Currite nunc matres ⁊ filię· currite oẽs quę poſt Euam ⁊ ex Eua parturimini· ⁊ parturitis cũ triſticia: Adite virginalẽ thalamum· ingredimini ſi poteſtis ſoꝛoꝛis nr̃ę pudicũ cubiculũ. Ecce enĩ deus mittit ad virginẽ· angelus affatur Mariã: Apponite aurẽ parieti· auſcultate quid nũciet ei ſi foꝛte audiatis vnde conſolemini. Lętare pater Adam· ſed tu magis o Eua mater exulta· qꝛ ſicut omniũ parẽtes· ſic omniũ fuiſtis perẽptoꝛes· ⁊ qđ infęlici⁹ eſt· pꝛius perẽptoꝛes q̃ꝫ parentes. Ambo inqꝫ ꝯſolamini ſuper filia ⁊ tali filia· ſed amplius illa de qua malũ illud oꝛtũ habuit· cuius oppꝛobꝛiũ in oẽs mulieres ꝑtranſijt. Inſtat nãqꝫ tẽpus quo iam tollatur oppꝛobꝛiũ. Nec habeat vir quid cauſet̃ iã aduerſus fęminã· q̇ dũ impꝛudenter excuſare ſe conaret̃· illã crudeliter accuſare nõ cũctabat̃ dicẽſ: Mulier quã dediſti m̊ dñe dedit mihi de ligno et cõmedi. Propterea curre Eua ad Mariã curre mater ad filiã· filia ꝓ mr̃e rñdeat· ipſa matris oppꝛobꝛiũ auferat. Ipſa patri pro mr̃e ſatiſfaciat· qm̃ ecce ſi vir cecidit per fęminã· iam nõ erigitur niſi ꝑ fęminã. ¶ Idẽ in ſermone de aſſũptione. Ecce Maria tã officioſiſſime ſalutat̃ ut iã in regali ſolio ſuper oẽs cęleſtium oꝛdines legionũ exaltatã eã cernere videat̃· ⁊ paulominus fęminã adoꝛare qui ſolebat hacten⁹ ęquanimit̃ ab hominibꝫ adoꝛari. ¶ Aug⁹ vbi s. Itaqꝫ matrẽ dñi mox futuram pꝛioꝛ ſalutat· ⁊ oꝛaculũ pr̃is alta de ſede fuſum nũciat. ¶ Idẽ in alio ſermo. de eodem. Arram tribuit· matrimonia ſcribit· ſalutat puellã viri ſalutationis ignarã: Aue inq̇t gr̃a plena· ⁊ vacuata eſt culpa. Maledictio Euę mutat̃ in bñdictionẽ Marię. Ipſa quippe mater generis nr̃i mũdo pęnã intulit· genitrix xp̃o dñi nr̃i mundo attulit ſalutẽ· Auctrix peccati Eua· meriti Maria· Eua occidẽdo obfuit· Maria viuificãdo ꝓfuit. Obediẽtia ꝓ inobedientia mutat̃· fides ꝓ perfidia cõpẽſat̃.

¶ De gratię illius plenitudine. Hiero⁹ vbi s. Cap. XX.

Aue inquit gratia plena. Talibuſ decebat virginem oppignerari muneribꝫ ut eſſet gr̃a plena· quę dedit cęlis gloꝛiã· terris deũ· pacẽqꝫ refudit· gentibꝫ fidẽ· vitijs finem vitę oꝛdinem· moꝛibus diſciplinam. Et bene plena· quia cęteris quidem per partes pꝛęſtatur: Marię vero ſe ſimul infudit plenitudo gratię tota. Deſcendit

quippe ſicut pluuia in vellus· ⁊ ſic ſtillici-
dia ſtillātia ſuper terrā. Plane celeſtis
imber elapſu placido virgineū vellus in-
fudit· ⁊ tota diuinitatis vnda in carne
ſe cōtulit· ac deinde per crucis patibulū
expreſſum· omnibuſ terris pluuiā ſalutis
effudit· ⁊ humanis mētibꝫ ſtillicidia gr̄e
preſtitit. Vere ergo plena ꝑ quā largo
ſācti ſpūs imbre ſupfuſa ē oīs creatura.
Bern̄. vbi ſupra omel. iij. Le-
gimus Stephanū plenū gratia ⁊ apo-
ſtolos ſpū ſancto repletos· ſed lōge diſſi-
militer a Maria. Alioquin nec ī illo cor-
poraliter habitauit diuinitatis plenitu-
do· nec illi cōceperūt de ſpū ſctō. Idē
in quodā ſermone. Bene quoqꝫ
Maria dicit̄ gratia plena· qꝛ deo ⁊ an-
gelis ⁊ hominibꝫ grata. Deo per humili
tatem· angelis per virginitatē· hominibꝫ
per fecunditatē. Idem. O plena gra-
tiarū· non ſolum puero Abrae· ſed ⁊ ca-
melis potum tribuas de ſuperfluēti hy-
dria tua· qꝛ tu es vere puella preelecta ⁊
altiſſimi filio preparata. Idē. Offe-
rentur inquit virgines regi ſed poſt eam:
nam primatum ipſa ſola vendicat. Feli-
ces itaqꝫ qui cum regina noſtra de priui-
legio virginitatis gloriantur. Sed pe-
riit iſta virtus a me· computruit vt iumē-
tum in meo ſtercore. Nūquid ideo non
eſt ꝙ de hydria tua poſſim bibere? Nū-
quid in ſola virginitate plenitudo conſi
ſtit gratie? Puellam angelꝰ querit quā
dominꝰ filio domini ſui preparauit. Bi
bit ille de hydria tua· delectatus virtu-
te ſibi cognata. Sed nunquid etiam iu-
mentis potum tribues? vtiqꝫ. Bibit an-
gelus ꝙ virū nō cognoſcis. Bibāt ⁊ iu-
menta ꝙ de humilitate ſingulariter ſin-
gularis. Bibat etiam architriclinus· qꝛ
tres metretas hydria tua continet. Pa-
ter enim qui eſt principiū trinitatis iure
vocatur architriclinus. Tertia vero me-
treta fecunditas ea de qua bibit ipſe pa-
ter. Vn̄ volēs angelus fecunditatē tuā
cōmendare dixit: Quod enī ex te naſcet̄
ſanctū· vocabitur filiꝰ dei. Ac ſi diceret:

Cum eo ſolo tibi cōīs eſt iſta generatio

De contubernio dei cum virgine. Petrus epūs vbi ſupra. ·Cap ·XXI·

Dominus tecum qui nō
ad te venit viſitandi ſtudio· ſed
in te nouo illabit̄ naſcēdi ſacra
mento. Augꝰ vbi ſ. Tecū ergo do-
minus in corde· tecū in ventre· tecū in au-
xilio. Gratulare ergo beata virgo· chriſtus
e celo ſuo ī vtero tuo ex ſinu pr̄is digna-
tur in vterū deſcēdere mr̄is. Dn̄s inquit te-
cum. Bern̄. vbi ſ. omel. iij. Quid
ergo mirū ſi gr̄a plena erat cum q̄ dn̄s erat?
Hoc potiꝰ mirandū eſt quō ab angelo
inuētꝰ eſt eē cū virgine q̇ angelū ipſū ad
virginē miſerat. Ita ne velocior angelo
deꝰ fuit quē feſtinantē ad terras celerior
ipſe ꝓuenit? vtiqꝫ. Nā cū eſſet rex in accu
bito ſuo· nardus virginis odorē ſuū de-
dit· et aſcēdit in ꝯſpectu eiꝰ fumꝰ aroma-
tum illius· ⁊ inuenit gratiā corā oculis
dn̄i· clamātibꝫ circūſtantibꝫ: Que ē iſta
que aſcēdit ꝑ deſertū ſicut virgula fumi
ex aromatibꝫ. Statimqꝫ rex egrediēs de
loco ſctō ſuo· exultauit ut gigas ad cur-
rendū viā· ⁊ licet a ſūmo celo egreſſio eiꝰ
nimio ꝑuolās deſiderio nunciū ſuū ꝓue-
nit ad virginem quā amauerat quā ſibi
elegerat cuiꝰ decorem ꝯcupierat. Quem
alonge veniētē ꝓſpiciēs ait eccl'ia gra-
tulans ⁊ exultās: Ecce iſte venit ſaliēs in
mōtibꝫ tranſiliens colles. Meritoqꝫ rex
decorē virginis ꝯcupierat q̄ nimiꝝ obſer
uauerat q̇cq̇d a pr̄e ſuo Dauid lōge an̄
ꝓmonita fuerat· dicente ſibi: Audi filia
⁊c. Audiuit· n· ⁊ credidit· vidit ⁊ ītellexit
aurēqꝫ ſuā inclinauit ad obediētiā· ⁊ cor
ſuū ad diſciplinā. Nec ꝑplm ſuū augere
ꝓlis ſucceſſione· nec domui pr̄is ſui cura
uit heredem relinquere· ſed quicquid ho
noris in ꝑplo· quicq̇d de paterna domo
terrenaꝝ reꝝ habere potuiſſet q̄ ſterco-
ra reputauit ut xp̄m lucrifacēt. Nec eā ī-
tētio fefellit· cū ⁊ ipſū ſibi filiū vēdicauit

Petrus epũs vbi ſupra. Dominus inquit tecũ. Cũ ꝟgine inquit erat q̇ ad virginez miſerat. pręceſſit nunciũ ſuũ deus. ſed a deo nõ receſſit nũcius. Teneri ſiquidẽ anguſtia loci nõ poteſt qui totus vbiqꝫ eſt ſine q̇ nihil eſt. Bern. vbi ſupra. Cũqꝫ ſit ęqualiť vbiqꝫ totus per ſuã ſimplicẽ ſubſtantiaz: aliť tñ eſt in rationalibus creaturis qꝫ in cęteris ⁊ ipſaꝝ aliter in bonis qꝫ in malis per efficaciã. Ab vtriſqꝫ quidẽ capi põt ꝑ cognitionẽ. ſed a bonis tm̃ capiť etiam per amorem. Sic igitur eſt in ſolis bonis. ut etiã ſit cũ ipſis ꝓpter concordiã volũtatꝫ. Sed licet cũ omnibꝫ ſanctꝫ ita ſit ſpecialiter. tñ cũ Maria cũ qua vtiqꝫ tãta ei cõſenſio fuit ut illius nõ ſolũ volũtatẽ ſed etiã carnẽ ſibi coniungeret. ac de ſua virginiſqꝫ ſubſtãtia. vnũ chriſtũ efficeret. vľ potius vnus chriſtꝰ fieret qui totus dei totus virginis. vnꝰ vtriuſqꝫ filius eſſet. Dñs inquit tecũ nõ ſolũ filiꝰ quẽ carne induis. ſed etiã ſpũſſanctus de quo cõcipis. ⁊ ipſe pater qui genuit quẽ concipis. Pater inqꝫ tecũ q̇ filiũ ſuũ facit ⁊ tuum. Filius tecũ qui ad condendũ in te mirabile ſacramentũ miro modo ⁊ ſibi reſerat genitale ſecretũ. ⁊ tibi ſeruat integrũ virginale ſignaculũ. Spũſſanctus tecũ qui cũ patre ⁊ filio tuũ ſanctificat vterum.

De benedictione virginitatis eius fęcunde. Augꝰ vbi ſupra. Cap. XXII.

Benedicta tu in mulieribus quę vitã paries viris ⁊ mulieribꝫ. Petrꝰ epũs vbi ſ. Reuera in mulieribꝫ bñdicta. q: in qbꝫ Eua maledicta puniebat viſcera. in illis nũc gaudet honoratť ſuſcipiť Maria benedicta. Et facta eſt vere nũc mater viuẽtium per gratiã quę prius erat moriẽtiũ mater per naturã. Ex glo. ſuꝑ Lucam. Benedicta ergo inquit in mulieribus. i. prę mulieribꝫ. ⁊ q: virginitatez nouiſti ſine exemplo muliebris cõditionis. ⁊ quia virgo mater eris. ⁊ q: deum generabis. Bern. vbi ſupra. Benedicta inqꝫ tu in mulieribus quę generalem mulierum euaſiſti maledictionẽ. ⁊ ſingularem conſecuta es benedictionẽ. ut nec ſterilis maneas. nec cum dolore parturias. Dura quidẽ neceſſitas ⁊ iugum graue ſuper omnes filias Euę. Naz ⁊ ſi pariunt cruciantť. ⁊ ſi nõ pariunt maledicũtur. Quid inter hęc facies virgo quę iſta legis? Mihi inquit pro minimo eſt ꝙ hominibꝫ diſpliceo dũ me poſſim virginẽ caſtã exhibere chriſto. Quis o prudens ⁊ deuota ꝟgo. quis te docuit virginitatẽ placere deo? Quę lex. quę pagina veterꝫ teſtamenti vel pręcipit vel cõſuluit in carne nõ carnaliter viuere ⁊ angelicã in terris vitã ducere? De virginibus ait apoſtolus: preceptum domini nõ habeo. cõſilium aũt do. Tu vero. non dicam ꝑceptum. ſed nec cõſiliũ habuiſti. nec exẽpliũ niſi ꝙ vnctio te docebat de omnibus. et ſermo diuinus ⁊ efficax ante tibi factus magiſter qꝫ filius. tuã prius inſtruxit mẽtem qꝫ indueret carnẽ. Aperi virgo ſinũ. prępara vterum. qm̃ ecce facturus eſt ibi magna qui potens eſt. intantũ ut ꝓ maledictione iſrael beatã te dicant oẽs generationes. Nec ſuſpectã habebas fęcũditatẽ. q: nõ aufert integritatẽ. Cõcipies quidẽ ſed ſine culpa. grauida eris. ſed nõ grauata. paries. ſꝫ nõ cũ triſticia. Neſcies viꝝ ⁊ gignes filiũ. Illiꝰ eris mr̃ cuiꝰ deꝰ eſt pater. filiꝰ p̃rnę charitatis erit corona tuę caſtitatꝫ. ſapiẽtia paterni cordiſ erit fructus vteri ꝟginalis. Deũ deniqꝫ paries ⁊ de deo concipies.

De trepidatiõe virginis ad angeli affatum. Augꝰ vbi ſupra. Cap. XXIII.

Deniqꝫ poſt illius benedictionis pręſagiũ terretur virgo nouitate verborum. Petrus epũs vbi ſupra. Venerat ſiquidem angelus in ſpecie blãdꝰ. in bello fortis. ĩ habitu mitꝫ. ſmone tribiľ. hũana ꝓferẽs. diuina ꝓmittẽs. Vñ ⁊ ꝟginẽ quã

leniter ſollicitauit viſu · turbauit auditu ⁊ quā miſſi pręſentia parum mouerat toto pondere cōcuſſit mittentis auctoritas. Quis enim motu blādo · affectu pio virginem ſibi deus in matrē · famulā ſibi dominus verteret in parētem: viſcera tamē eius turbata ſunt · ipſaqꝫ tremefacta conditio cū eius cōditor deus quē tota creatura non capit · totū intra pectus humanum ſe recepit ⁊ condidit. Idem. Nā etiam ut angelū vidit · mens eius ſcꝫ virginis · tremuit ⁊ obſtupuit · in eius ingreſſu diuinitatis ingreſſum ſenſit. Templū humani corporis turbabatur ⁊ domicilij carnalis anguſtię mouebantur · cū in pectore ꝟgineo tota dei magnitudo cōderetur. Ipſe nimirum hominem ex vtero mulieris reſumpſit · qui virginē ex viri corpore formauit. ¶ Ambro. ſuper Lucam li. ij. Trepidare quippe virginum eſt ad omnes virorū ingreſſus pauere · omnes eoꝝ affatus vereri. Diſcant ergo mulieres ꝓpoſitum pudoris imitari. diſce virgo verborum vitare laſciuiam. Maria etiam angeli verebatur ſalutationem ¶ Hiero⁹ ad Occeanum. Mariam in penetralibus angelus ſolā non cum agapeta loquentem inuenit · et illa virilem introitum formidauit. Tu q̄ es malicię fornax · quid a viro frequenti⁹ ſalutari deſideras? ¶ Bern. vbi ſ̄. Solent virgines quę vere virgines ſunt ſemꝑ eſſe pauidę · ⁊ ut timenda caueant etiam tuta pertimeſcere · ſciētes ſe theſaurum ꝓcioſū in vaſis victilibus portare · ⁊ nimis arduū eſſe celibem ducere in carne vitam. Deinde quicquid nouum quicquid ſubitum fuerit ortum ſuſpectas habent inſidias totumqꝫ contra ſe eſtimāt machinatum. Idcirco Maria turbata eſt in ſermone angeli · ſed nō perturbata. Turbatus ſum inquit Dauid ⁊ nō ſum locutus · ſed cogitaui dies ātiquos · ⁊ annos ęternos in mente habui. Similiter ergo Maria turbata eſt ⁊ non eſt locuta ſed cogitabat qualis eſſet ſalutatio illa. ¶ Petrus epūs vbi ſ̄. Cito nāqꝫ reſpondere facilitatis eſt hūanę · cogitare vero ponderis eſt maximi ⁊ iudicij ꝑmaturi. ¶ Bern. vbi ſupra. Quod ergo turbata eſt verecūdię fuit virginal' · ⁊ ꝙ nō perturbata fortitudinis · ꝙ tacuit ⁊ cogitauit prudentię. Sciebat nempe virgo prudens ꝙ frequenter angelus ſathanę ſe in angelū lucis transfigurat · ſed quia ſimplex ⁊ humilis erat · nihil tale de ſctō angelo penitus eſtimabat · ⁊ ideo qualis eſſet iſta ſalutatio cogitabat. ¶ Idem in ſermo. de aſſūptiōe. Nimirum indignam ſeſe angelica ſalutatione reputabat · ⁊ forſitan in mente talia meditando voluebat: Unde hoc mihi vt veniat angelus domini mei ad me? ¶ Glo. ſuper Lucā. Eliçabeth erubeſcit de culpa · Maria vero de verecundia. In muliere nāqꝫ mod⁹ pudoris adhibetur · ⁊ in virgine gratia pudoris augetur.

¶ Qualit' āgel⁹ ab ea fugauit metū. Bern. ſuꝑ miſſus e omel. iij. Cap. XXIIII.

Angelus itaqꝫ Mariam virginem intuens ⁊ varias eā ſecū voluere cogitationes facilime deprehendens · pauidam conſolat' · dubiam cōfirmat · eamqꝫ familiariter ex nomine vocans · benigne perſuadet ne timeat. ¶ Petrus epūs vbi ſupra. Dum enim eam ad totā deitatis gloriā in ſe portandam exhortatur · ne tāto pōdere fabricę cęleſtis in ea ſubtilis nr̄i corporis harena ſuccumbat · ⁊ totius humani generis fructum portatura tenuis virga frangatur · metū fugans eam conſolatur dicens: Ne timeas Maria. Ecce añ cauſam dignitas virginis ex nomine nūciatur. Maria ſiquidem hebraicę domina nuncupatur. Uocat igitur angelus eam dominam · ut dominatoris genitricem. Ac ſi dicat: Trepidatio deſinat ſeruitutis · quā vocari dn̄am facit ⁊ impat auctoritas ipſa ſui germinis. ¶ Aug⁹ vbi ſ̄. Ne ergo īquit terrearis a ꝯſpectu meo mr̄ dn̄i mei. Nā ego cōceptiōis tuę

miniſterꝰ adueni· non ut virginitatē amit
teres interueni. ¶Petrꝰ epūs vbi s̄
Ergo ne timeas inquit Maria· quare?
quia inueniſti gratiā apud deū. Timet
ſiquidem nō qui inuenit·ſed qui perdit·
Inuenit aūt Maria cōcipiendo in ſe ſu-
perni gratiā germinis que ꝛ pariendo nō
perdidit inſignia virginitatis. Quid ḡ
timet que ſecuritatem concepit rerū gau-
dia parit ſeculoꝝ? Timor nō eſt vbi di-
uinum eſt negociū·nō hūanū vbi eſt cō-
ſcientia virtutis·non pudoris. Quid ti-
met Maria que ſuſcepit cū quē timent
que timētur oīa? Quid timet cui iudex
eſt cauſa·aſſertor integritas· teſtis inno-
centia. ¶Bern̄·in ſermone vbi s̄.
Ne ḡ timeas Maria·nec mireris ꝙ an-
gelus ad te venit: nam ꝛ maior angelo
venit. Ne mireris angelū dominicum·
nā ꝛ dn̄s angeli tecū. Poſtremo q̄d ni
angelū videas cū iā āgelū iuuas. Quid
ni ſalutet ſanctoꝝ ciuē ꝛ domeſticū dei?
¶Idez ſuper miſſus eſt omel.
iij. Dic ergo Maria ne timueris· nihil
hic doli vel fallacie· nullas hic inſidias
ſuſpiceris·non ſum hō ſed ſpiritus·nec ſa
thane ſed dei angelus. O ſi ſcires q̄tum
tua humilitas altiſſimo placeat·q̄ta te
apud ipſum ſublimitas maneat· angeli-
co te indignā nec alloquio nec obſequio
iudicares.

¶Qualiter eadē virgo inuenit gratiā apud deum. Cap ·XXV·

VT quid enim o virgo indebitā tibi dixeri grām angelorum que inueniſti gratiā apud deū? Inueniſti enī q̄d querebas Maria xp̄o·inueniſti q̄d inuenire potuit añ te nemo·gratiā videlicet apud deū. Quā gratiā? Dei ꝛ hoīu3 pacē·mortis deſtructionē·vite repationē. ¶Idē in ſermone vbi s̄. Sane fons vite chriſtus eſt. Fons inq̄3 indeficiēs q̄ vniuerſā irrigat ſupficiē paradiſi·eiuſq3 fluminis impetus letificat ciuitatē dei. Et ipſa q̄dē exinaniuit ſe plenitudo ut fieret nob ſanctificatio ꝛ redēptio. Deriuatus eſt fons vſq3 ad nos q? deſcēdit illa celeſtis vena p aqueductū·nō tñ fōtis copiā exhibēs s ſtillicidia gre cordib nr̄is arētib infūdēs. Alij q̄dē plꝰ ꝛ alij q̄dē minꝰ. Plus equidē aqueductꝰ ut ceteri de plenitudine s nō plenitudinē ipſā accipiāt. Aqueductus eſt Maria cui dictum eſt: Aue Maria grā plena. Hec nimiꝝ fontē plenitudinē de corde prīs accepit·ꝛ nob illā nō ꝓut eſt·ſed prout capere poteramꝰ edidit. An xp̄o inueniri potuiſſe mirāmꝰ vñ talis ac tātus aqueductꝰ fieret· Maria videlicet cuiꝰ nimiꝝ ſūmitas inſtar ſcale quā vidit Jacob tāgere celos·imo trāſcēdere illūq3 mūdiſſimū aquaꝝ q̄ ſuper celos ſūt fontē attigere poſſet. Propterea ſiq̄dē hūano generi tāto tpe fluenta gre defuerūt·ꝙ necdū aqueductꝰ iſte tā deſiderabilis intercederet· nec mirabilis expectatū diutiꝰ·ſi recorderis quot annis in arce fabrica laborauerit Noe vir iuſtꝰ. in qua pauce·i·octo aīe ſalue facte ſūt·ꝛ s ad modicū tēpus. Sz quō noſter hic aqueductꝰ fontē illū attigit tā ſublimē· quō putas niſi vehemētia deſiderij feruore deuotiōis·puritate orōis? Oratio.n.q̄ ppe iuſti penetrat celos·ꝛ quis iuſtus ſi nō Maria iuſta de qua ſol iſte iuſticie nobis eſt ortus? Quomodo igit illa maieſtatem attigit inacceſſam niſi pulſando petēdo querendo? Deniq3 ꝛ quod querebat inuenit· quia gratia3 apud deum obtinuit. Nec ſola celos Maria penetrauit oratione ſed etiam incorruptione· ſicut ſapiens ait: Erat enim virgo ſancta·cui ſpecialiter dicere cōuenit: In celo eſt conuerſatio noſtra. Sancta inq̄3 corpore ꝛ ſpiritu ne quid forſitan dubites ſuper hoc aqueductu· quin ꝛ valde ſublimis eſſet ꝛ integerrimus permaneret Non enim erat fatua virgo· cui nō ſolū erat oleū·ſed olei i vaſe recōdita plenitudo·aſcenſiones in corde ſuo Maria diſpoſuit ꝯuerſatione parit ꝛ orōe· ſicut iā diximus aſcendit. Deniq3 in montana

cum feſtinatione abijt· ⁊ Eliçabeth ſalu/
tata·in eius miniſterio quaſi menſibꝫ tri/
bus humiliter ſtetit. Tertius hic fuit vir/
ginis aſcenſus ut difficile rūperetur tri/
plex funiculus. Feruebat ſiquidē in quę/
renda gratia charitas·ſplendebat in car
ne virginitaſ· ⁊ obſequio eminebat hūili
tas. Merito proinde cantor ille diuin⁹
in eius admiratiōe pręcinebat: Quę eſt
iſta quę aſcendit? Plane ſuper homīes
aſcendit et ipſos etiam angelos trāſcen/
dit. Nimirū ſupra angelos aquam viuā
neceſſe eſt hauriat quā hoībꝫ refūdat.

Qꝫ eadē virgo repleta toti mū/ do refudit gratię beneficium Petrus epūs vbi ſupra. Cap. XXVI.

Inueniſti ergo iquit gra
tiam apud deū. Quātam pu/
tas inuenit gratiam? Quātam
vtiqꝫ ſuperius dixerat·videlicet plenam
⁊ vere plenā·per quā imbre largo totam
infūderet creaturā· Hiero⁹. Hęc eſt
enī gratia q̄ dedit gloriā cęlis·deū terris
gentib⁹ fidē·vitijs finē·vitę ordinē·mo/
ribus diſciplinā. Hanc detulit angelus
gratiā·accepit virgo· ſalutē ſęculis red/
ditura. Bern. vbi ſupra. Inue/
niſti ait angelus gratiā. Sed qd? Ple
na eſt gratia ·⁊ gratiā adhuc īuenit. Di
gna prorſus īuenire qđ quęrit·cui ꝓpria
non ſufficit plenitudo·nec ſuo poteſt eſſe
cōtenta bono·ſed ad ſalutem vniuerſita
tis ſupeffluentiā petit· vnde ⁊ poſtmo/
dum audire meruit: Spūſſanctus ſup/
ueniet in te· ⁊ precioſum illud balſamū
tanta tibi copia tantaqꝫ influet plenitu/
dine ut copioſiſſime efluat vſqꝫquaqꝫ·
Altius igitur intuemini fratres·quanto
deuotionis affectu Mariā a nobis ho/
norari voluerit·qui totius boni plenitu
dinē ꝫ in ea poſuit: vt proinde ſi quid in
nobis eſt ſpei· ſi quid gratię vel ſalutis
ab ea nouerimus redundare·quę aſcen/
dit afluēs delitijs. Hortus planę deli/
tiarū quā nō ſolum afflauerat veniens·
ſed etiam perflauerat ſupueniens auſter
ille diuinus·vt vndiqꝫ fluant ⁊ effluant
aromata illius. Totis ergo medullis cor
dium ⁊ votis omnibus veneremur Ma
riam·quia ſic eſt voluntas eius qui totū
nos habere voluit ꝑ illā. Ipſa eſt apud
deum aduocata noſtra qui non poteſt
ſuſtinere repulſam·qm̄ apud deum inue
nit gratiam. Prudens quippe virgo nō
ſapientiam ut Salomon · non diuiti/
as·non honores quęrebat· ſed gratiam
requirebat. Sola nimirum eſt gratia
qua ſaluamur ·ſola gratia indigemus.
Quid alia concupiſcimus? Quęramus
igitur gratiam·ſed per inuentricem gra/
tię Mariam·qđ quęrit inuenit ac ſem/
per inueniet ⁊ fruſtrari non valet. Quę/
ramus inquit gratiam ſed apud deū· nā
apud homines fallax gr̄a. Cęterꝫ q̇cq̇d
illud eſt quod offerre paraſ deo· Marię
cōmendare memento·ut eodem ad gra/
tię largitorem gratia redeat quo influxit
alueo. Neqꝫ enim impotens erat deus ⁊
ſine hoc aquęductu gratiā prout vellet
infundere· ſed tibi vehiculū voluit ꝓui/
dere·quia forte manus tuę plenę ſūt ſan/
guine vel muneribus infectę. Itaqꝫ mo/
dicum qđ offerre deſideras gratiſſimis
illis ⁊ oī acceptatiōe digniſſimis ·Ma/
rię manibus offerenda trade·ſi nō vis re/
pulſam ſuſtinere.

De prenunciatione filij ex vir/ gine naſcituri. Petr⁹ epūs vbi ſupra. Cap. XXVII.

Hęc nimirum dicēs et an
gelus ipſe miratur aut tātū fę/
minam aut omnes homines mi
ſericordiam meruiſſe per fęminam. Stu
pet totum deum intra virginales angu/
ſtias venire·cui tota ſimul creatura ꝓba
tur anguſta exiſtere. Hinc eſt qđ remo/
ratur·ꝙ virginē de merito vocat· de gra
tia cōpellat·bona trepidatione deponit
nec ſine metu metum audientis diſcutit.

Bern. omel. iij. vbi s. Hec e inqt o virgo gratia quā inuenisti apud deū ꝛ h̄ tibi signū: Ecce ꝯcipies in vtero ꝛ paries filiū. Petrꝰ epūs vbi s. Ecce cōcipies in vtero · qđ caro neſcit · non habet cōditio · natura nō admittit. Quis enī ad fructū añ ꝑuenit · ꝗ̄ trę laboꝛē ac ſudoꝛē ſentiat? Quis añ poma carpit ꝗ̄ ſuę plantę induſtriā impēdat? Quis ꝑter viā ad manſionē ꝑuenit? Quis ꝑter naturā incremētū naturę ſuſcipit? Beata ḡ ꝛ vere beata Maria q̄ ꝑter generandi curas · pꝛęter materna faſtidia ad tātā gloriā germinis ꝑuenit. Beata q̄ diuinum pignus totis coꝛpoꝛ꜀ externis neſcientib̄ in ſuo pectoꝛe ſuſcepit atq̄ſ ſeruauit. Beata q̄ qđ de ſuꝑnis angelo deferente ſuſcepat · ſoli ſuę mēti cōmiſit ꝛ credidit. Itaq̄ſ negociū cęleſte ſic gerit' intra domū v̄ginis vt ipſa domꝰ ſepta nō ſētiāt manētib̄ clauſtris. Idē. Ecce inqt cōcipies in vtero ꝛ paries · vt cōceptꝰ ſit veritas nō figura · partꝰ ꝓprietas nō imago · ſicut verꝰ deus natus eſt de deo vero. In oꝛtu ſiqdē chꝛiſti fratres hūani coꝛpoꝛis iniuria ſublata eſt nō natura · nec ē creatura deleta ſed culpa damnata. Eſt igit' hęreſis q̄ chꝛiſtū aereū coꝛpus aſſumpſiſſe dicit · nec habuiſſe carnē h̄ hominē ſimulaſſe confingit. Idem. Cōcipies inqt ꝛ paries filiū: Nō dixit tuū nec tibi qꝛ ſctm̄ illud vocabit' filiꝰ dei. O igitur v̄go Maria te matrē ꝯſtitit grā: nō nā genitricē te dici voluit pietas quā nō ſinebat integritas. In tuo ꝯceptu creuit pudoꝛ · aucta ē caſtitas · ſolidata virginitas · tibiq̄ſ nō modo ſalua ſūt oīa · verū etiam aucta nilq̄ſ minuta. Ex te incipit auctoꝛ tuꝰ · ex te oꝛigo tua oꝛitur. In tuo germine ē genitoꝛ tuꝰ. In tua carne deꝰ tuꝰ. Ipſe lucē mūdi ꝑ te capit qui lucem mūdo dedit. Monita ḡ ꝑ āgelū ne ꝑſumas hūc vocare filiū · h̄ mox ut genueris inuoca ſaluatoꝛē · i · Jeſu3 · qꝛ virginitas nō ſibi parit filiū · ſed parit pignꝰ auctoꝛ꜀ ꝛ integritas ſuū geſtat dominū · nō aliū num.

De pꝛędictione nominis pueri. Cap · XXVIII ·

Hoc eſt ergo quod ſubiūgit' ab angelo: Et vocabis nomen eiꝰ ieſū. Jeſus hebꝛaice · ſother grece · ſaluatoꝛ dicit' latine. Merito ergo virgini ſalua ſūt oīa q̄ genuit oīū ſaluatoꝛē. In h̄ nomine tota deitat꜀ maieſtas adoꝛat' · ꝛ ut ait apl'us: In nomīe Jeſu omne genu flectat' cęleſtiū · terreſtrium ꝛ infernoꝝ. Hoc deniq̄ſ nomē eſt qđ cęcis viſum · ſurdis auditū · claudis greſſum · ſermonē mutis · vitā moꝛtuis dedit. Totāq̄ſ diaboli poteſtatem de obſeſſis coꝛꝑib̄ virtus huius nomīs effugauit. Bern. vbi s. Deniq̄ſ vocabis inqt nomē eiꝰ Jeſū. Ipſe · n · ſaluū faciet populū ſuū a peccat꜀ coꝝ. Duos legimꝰ Jeſus in huiꝰ typo ꝓceſſiſſe · ꝛ ābos ꝑplis ꝑfuiſſe · quoꝝ vnꝰ de babylone populum ſuū eduxit · alter ſuū in terrā ꝓmiſſionis introduxit · neuter aūt a peccatis ſaluauit. Iſte vero nr̄ Jeſus ꝛ a peccat꜀ ſaluat ꝑplm ſuū ꝛ introducit in terrā viuētium. Hic erit magnus ꝛ filiꝰ altiſſimi vocabitur. Plane magnꝰ cuius magnitudinis nō eſt finis. Quis · n · magnꝰ ſicut deꝰ nr̄? Altiſſimꝰ pater nāq̄ſ ꝗ̄uis omnipotens ſit · nō tñ̄ vel ęqualē ſibi cōdere creaturā vel inęqualē ſibi gignere filiū potuit. Fecit igitur angelū magnū h̄ nō altiſſimū. Solū aūt vnigenitū qꝛ nō fecit ſed genuit · ipſū ſibi ꝑ oīa cōpari · nec rapinam eſtimat nec iniuriā. Sed quare dī: Hic erit magnꝰ · ꝛ nō potius eſt · niſi foꝛte qꝛ qui magnus deus ſemꝑ erat · ex tempoꝛe magnus hō · magnus doctoꝛ · magnꝰ ꝓpheta erat futurus. Et tu quidē o virgo paries ac nutries paruulū · ſed vidēs paruum · cogita magnum · qꝛ magnificabit eū dñs in ꝯſpectu regū · ita ut omnes gētes ꝛ reges adoꝛēt eū. Magnificet ḡ dominū ꝛ aīa tua · qꝛ hic erit magnus ꝛ tibi faciet magna. Magnificet' ꝛ a nobis magnus dñs quos ut faceret magnos factꝰ eſt paruulus. Studeamus ꝛ effici ſicut

A

paruulus iſte. diſcam⁹ ab ipſo q² mitis eſt ⁊ hūilis corde. ¶ Petrus epūs vbi ſ. Et filius inq̄t altiſſimi vocabit̄. Vn̄ qđ virgo concepit nō terrenū ſed celeſte germē eſſe cōuincit̄. Virgo quidem peperit. ſ; de⁹ filiū ſuſcepit. Sequit̄. Et dabit ei dn̄s deus ſedē Dauid p̄ris ei⁹. Hinc heretic⁹ pfidie ſue nebulas inuenit. Hinc ſibi materiā erroris fingit: Ecce inq̄t nō ego dico ſed angel⁹. q² dabit illi dn̄s deus: Nūq̄d maior eſt qui dat q̄ʒ qui accipit? Sed qui accipit. an̄q̄ʒ acciperet non habuit. Nos aūt frēs h̄ audiam⁹ ut fideles n̄ ut pfidi. qđq̄ʒ illis erroris eſt occaſio. nobis ſit augmentū fidei. Dabit inq̄t dn̄s illi. quis. cui? vtiq̄ʒ dn̄s hoī. diuinitaſ carni. Apoſtolū audi dicentē: q² de⁹ erat in ipſo mūdū reconcilians ſibi. Hic ḡ de⁹ qui erat ī chriſto regnuʒ ſibi dabit in chriſto. ſuſceptoq̄ʒ corpori conferebat qđ ſemp diuinitate ſua poſſiderat. Itaq̄ʒ qn̄ accipit filius Dauid dicit̄. cū aūt dat dei fili⁹ nūcupatur.

¶ Qualit̄ virgo inquiſiuit modū concipiendi. Idem. Cap. XXIX.

Dixit aūt Maria ad angelū: Quō fiet iſtud? Ecce et Maria iterrogauit. Cur ergo Zacharias velut querulus pcunctator pnā incurrit. q² pectorȝ cognitor nō verba ſed corda puidit. nec q̄d dixerit q̄ſq̄ʒ ſed quid ſenſerit iudicauit? Erat. n. interrogantiū diſſimilis cauſa. ſpes pdiuiſa. Hec ptra naturā credidit. ille p natura dubitauit. Hec ītegre rei ordinē querit. ille qđ deus iubet fieri nō poſſe ſ̄ſcribit. Ille īplētib⁹ exēplis ad fidē nō accedit. hec ad fidē ſine exēplo ſ̄currit. Hec miratur de partu virginali. ille de cōceptu diſputat coniugali. Merito igit̄ loquit̄ hec deū q̄ʒ ſuū cognoſcit. ⁊ cōfitet̄ in corde. ille vero tacet donec Iohānē quem negabat cōuict⁹ pprio reddat ex corpe. ¶ Aug⁹ in ſermo. de annūciatiōe dn̄ica. Quō inquit fiet iſtud. ut ⁊ vtero graueſcā pudico. ⁊ imunis ſim a marito qm̄ penit⁹ virū nō cognoſco? Deſpō ſata nāq̄ʒ ſū homini iuſto. Si illū nō cognouero vnde erit qđ generabo? Si fieri pōt ut concipiam intacta generē clauſa indica modū ⁊ paratū īuenies animū meū. Omnib⁹. n. modis exopto ego deo meo ut ⁊ habeā prolē ⁊ nō perdā pudorem. ¶ Bern̄. vbi ſ. omel. iiij. Hic quidē ad vocē angeli prudent̄ tacuit virgo dū adhuc dubia cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. malens humilit̄ nō reſpōdere. q̄ qđ neſciret loqui temere. Iā vero pfortata ⁊ bn̄ premeditata angelo quidē foris loquēte ſed deo intus pſuadente. fide. ſ. depellente timoreʒ ⁊ leticia verecundiam ait ad angelum: Quō fiet iſtud qm̄ virȝ nō pgnoſco? Nō dubitat de facto. ſ; modū requirit ⁊ ordinē. Non enī querit an fiat. ſed quō. ac ſi diceret: Cū dn̄s cōſcientie mee teſtis ancille ſue votū eſſe virū non cognoſcere ſciat. qua lege. quo ordine ſibi placebit ut illud fiat? Si me inq̄t oportuerit frāgere votuȝ ut talem pariā filiū. ⁊ gaudeo de filio. et doleo de pposito. fiat tn̄ voluntas eius. Sin aūt virgo concipiaȝ ⁊ virgo pariā qđ vtiq̄ʒ ſi ei placuerit impoſſibile non erit. tūc ſcio vere quia reſpexit hūilitatē ancille ſue. ¶ Ambro⁹ ſuper Lucam li. ij. Non itaq̄ʒ de effectu dubitauit ſed qualitatē effectus inquiſiuit. legerat enī q̄ virgo generaret ſed nō quō generaret Nō ergo fidē renuit. non officiū recuſauit ſed accōmodauit affectū ⁊ ſpopōdit obſequiū. ¶ Bern̄. in ſermone de aſſūptiōe. Hoc aūt inuiolabile ppoſiti fundamentū eſſe pbauit. q̄ angelo pmittenti tam cōſtanter rn̄dit: Quō fiet iſtud? Fortaſſis. n. idcirco primit⁹ turbata eſt in ſermone illi⁹. q² benedictā ſe in mulierib⁹ audierat. que nimiȝ in virginibus benedici ſemp optabat. Et ex tunc quidem cogitabat qualis eſſet ſalutatio illa q̄ tā videret̄ eſſe ſuſpecta. Vbi vero in filij pmiſſione manifeſtum videbatur

virginitatis periculū inminere· nō potuit vltra diſſimulare quin diceret: Quō inqt fiet iſtud qm̄ viꝝ nō ꝯgnoſco? Merito ꝓīde ⁊ illā bn̄dictionē habere meruit· ⁊ iſtā nō amiſit ut longe glīoſioꝛ fieret ⁊ ex fęcūditate virginitas· ⁊ ex virginitate fęcunditas. Magnū ſiquidē eſt eſſe virginē· ſed longe amplius ꝑ omnē modum eſſe virginē matrē.

¶ De reſpōſione angeli ſuꝑ modo concipiendi. Idem ſuper miſſus ē vbi ſupꝛa. ·Cap ·XXX·

Vt ergo Maria moduꝫ ⁊ oꝛdinem ꝯceptionis quęſiuit Angelus ei reſpōdit: Spūſſanctus ſuperueniet in te. Sed quō dicit̄ h̄ ei iam gratia plenę? Nūqd gratia impleri potuerat· ⁊ necdū habere ſpiritūſanctum cū ipſe ſit datoꝛ graꝝ? Cur igit̄ angelus repꝛomittit eū tanq̄ꝫ adhuc nouit̄ ſuꝑuentuꝝ? An foꝛtaſſis ideo non dixit ſimpliciter veniet ſed ſuꝑueniet· qꝛ pꝛius quidē in ea fuit ꝑ multā gratiā· ⁊ nūc ſuperuenturus nūciat̄ ꝓpter abundatioꝛis gratię plenitudinē quā effuſur⁹ erat ſuꝑ illā? At vero quę iā plena erat· illud amplius quō capere poterat? An pꝛioꝛ quidem eius gratia tantū repleuerat mentē Sequēs vo debebat etiā perfūdere vētrem· ut plenitudo diuinitatis quę añ in illa ſicut ⁊ in mult̄ ſanctoꝝ ſpūaliter inhabitat· in ipſa etiā ſicut in nullo ſanctorum coꝛpoꝛaliter inhabitare incipiat. ¶ Beda ſuꝑ Lucam. Spiritus itaqꝫ ſanctus in virginē ſuꝑuenit qui ⁊ mentē eius ab omni ſoꝛde vitioꝝ emūdauit· et in eius vtero redēptoꝛis coꝛp⁹ operatiōe ſua ſine virili ſemīe de ipſi⁹ virginis carne creauit. ¶ Bern̄. in ſerm. de natiuitate btē Marie. Item ſpūs inqt ſanctus in te ſuꝑueniet· i· deſuper angelos· ⁊ omnem creaturaꝫ in te veniet· ac ſi diceret: Ne me interroges· qꝛ ſupꝛa me ē ⁊ nō potero ad illud aſcēdere; Igitur ⁊ ne ſteteris· vel inter angeloſ virgo ſancta paululū cū ꝑtranſieris eos inuenies quē diligit aīa tua. ¶ Petr⁹ epūs vbi ſupꝛa. Ecce dic̄: qm̄ virū nō cognoſcis quē viꝝ mulier quęrit· quē tu in paradiſo ꝑdidiſti. Redde mulier viꝝ· redde dei depoſitū· oꝛdinē naturę pꝛętermitte· creatoꝛis oꝛdinē recognoſce. Ille ex te aſſumet ⁊ virū faciet qui te in ꝑncipio fecit ⁊ ex viro aſſumpſit. Ne ḡ virū quęras· ceſſet opus hoīs· qm̄ ad hoīs reꝑationē ars diuina ſufficit. Hinc ē q̄ꝑ de⁹ ipſe venit ad te· nec iam caro ad carnē· ſ ſpūſſāct⁹ ſuꝑueniet in te. Qđ· n· ex carne natū eſt caro eſt· ⁊ qđ ex ſpū· ſpūs eſt· deus auteꝫ ſpūs ē. Ideo qui de ſpū naſcit̄ ſine ꝯtrouerſia de⁹ eſt. ¶ Hiero⁹ in ſermo. de aſſūptione. Et h̄ eſt pꝛiuilegiū nō naturę ſ gr̄ę virginis beatę de qua nat⁹ eſt ipſe de⁹ ⁊ hō· idcirco ⁊ ipſa plus ē meritis nō natura q̄ꝫ virgo ⁊ hō. Nā ⁊ ſi cęterę virgines illā imitāt̄ vſqꝫ ad Gabrielis obſequiū noue ſalutatiōis· ⁊ ꝯceptū part⁹ deinceps totū ē diuinū qđ oꝑatuſ eſt in ea ſpūſſanct⁹. Añ hoc ipſū ſanc virginis vter⁹ q̄ꝫuis mūd⁹ q̄ꝫuis impollut⁹ ⁊ ſanct⁹ adhuc tn̄ vilitate hūanitat̄ erat īdut⁹· ut ita dicā· ac ſi lana cādidiſſima ſuiqꝫ coloꝛis dealbata. Ad quā cū acceſſit ſpūſſanct⁹ velut eadē lana cū inficitur ſanguine conchilij vel muricis vertit̄ in purpurā· verſa ē ⁊ ipſa ſine coitu in matrē ut nō ſit iā admodū qđ fuerat· ſ purpura veriſſima ad indumētū ſūmi regis diuinit⁹ aptiſſime dedicata. Itaqꝫ licet dudū vniu̇ſis q̄ ſub cęlo ſūt v̄ginibꝫ īcōparabilis eſſet· ut ī ſe diuinitat̄ admixtionē ſalua vtraqꝫ natura decēter ſuſcipe poſſet· tamen cum gratia repletur· cū ſpiritu ſancto perfunditur· cum virtute altiſſimi obumbꝛatur· fit celſis ſublimioꝛ faſtigijs pulcrioꝛ· ſanctitate gloꝛioſioꝛ meritoꝛum pꝛęrogatiuis· ita ut nullis iam vſibus eſſet mācipanda niſi diuinis.

¶ De obũbꝛatione virtutis altiſſimi. Aug⁹ i ſer. de anũciatione dñica. · Cap · XXXI ·

Hic ergo refert angelus modũ cõceptionis qđ in verbo fieret ſaluatoris. O inqt Maria ꝟgo dei · deſpõſata dei · dilecta dei · mater dei · filia dei · ſi hũc a me modũ requiris quõ virgo parias ꝛ poſt partũ virgo ꝑmaneas · vel quõ fiet in te · qui fecit te · audi me ꝛ nõ ꝑturberis in te. Spũſſanctus ſuꝑueniet in te · ꝛ virtus altiſſimi obumbꝛabit tibi · ita ut nec eſtũ patiaris libidĩs ꝛ mater ſis creatoꝛis. ¶ Petr⁹ epũs vbi ſ. Idcirco quidẽ eã dei virtus obumbꝛat ne poꝛtãs deũ fragilitas hũana ſuccũbat. Eſtus itaqꝫ coꝛporis nr̃i neſciat quã diuine virtutis vmbꝛa ꝓtegit nec habitatiõis mũdane ſecretũ inquirat q̃ ſe ſuꝑni ſplẽdoꝛis velamẽto ſeptã circũſpicit. ¶ Bern̄. ſuꝑ miſſus ẽ vbi ſ. Uirtus inqt altiſſimi obumbꝛabit tibi. Qui põt capere capiat. Quiſ · n · excepta foꝛtaſſis illa q̃ h̄ in ſe ſola experiri meruit intellectu capere poſſit · qualiter ille ſplẽdoꝛ inacceſſibilis virgineis ſe viſceribus infuderit · ꝛ ut illa qđ eſt iacceſſibile ferre poſſet ad ſe accedere · dũ partiũcula eiuſdem coꝛꝑis cui ſe aĩate ꝯtẽꝑauit reliq̄ maſſe vmbꝛaculũ fecerit · ꝛ foꝛte ꝓpter velamen ſacramẽti dictũ obumbꝛabit tibi qꝛ ꝙ ſola ꝑ ſe trinitas in ſolã ꝛ cum ſola virgine dicat̃ operari · ſoli datũ eſt noſſe cui ſolũ datũ ẽ experiri. Dicat̃ ḡ ſpũſſanctus ſuꝑueniet in te · qui vtiqꝫ ſua potentia fecũdabit te · ꝛ virtus altiſſimi obumbꝛabit tibi. Hoc eſt illũ modũ q̊ de ſpũ ſancto cõcipies dei virt⁹ ꝛ dei ſapientia chꝛiſt⁹ in ſuo ſecretiſſimo conſilio ſic obumbꝛãdo ꝯteget ꝛ occultabit ut ſibi tm̃ not⁹ habeat̃ ꝛ tibi. Ac ſi diceret angelus virgini: Quid a me requiris qđ in te mox experieris? Scies vtiqꝫ ſcies · ſed illo doctoꝛe q̊ ꝛ actoꝛe. Nõ · n · doceri põt niſi a donãte · nõ põt addiſci niſi a ſuſcipiente ¶ Glo. ſuꝑ Lucã. Poteſt aũt his verbis vtraqꝫ natura ſaluatoris intelligi · qm̃ vmbꝛa ſolet ex lumine ꝛ obiecto coꝛpoꝛe foꝛmari. Cũ ḡ btã virgo tante maieſtatis lumẽ capeꝛe ñ poſſet eo ꝙ h̄õ pur⁹ eẽt · hãc altiſſimi virt⁹ obũbꝛauit · dũ ipſa lux incoꝛpoꝛea diuinitatis in ea coꝛpus hũanitatis ſuſcepit ut eã pati poſſet. ¶ Hiero⁹ vbi ſ. Igit̃ angeloꝝ ꝗuis natura ſit celſioꝛ · nõ tñ gr̃a maioꝛ. Nã ꝛ ipſi ne coꝛruerẽt ſaluati ſunt gr̃a gratuita · ſicut ait ꝓph̄a: Uerbo dñi celi firmati ſũt ⁊c. Et ſi ſpũ dei oĩs virtus eoꝝ ꝯſtat virginem glorioſã in quã ſuꝑuenit ſpũſſãct⁹ ꝛ de⁹ tot⁹ illapſus poꝛtat̃ in vtero nouẽ menſibus amplioꝛa virtutũ pꝛiuilegia ꝓmeruiſſe ꝛ gr̃am ab angelis collaudatã ꝑcepiſſe. Uñ ꝛ ſi mirabilis eoꝝ virt⁹ ꝛ firmitas ꝑpetuitatis · mirabilioꝛ tñ ẽ ĩ Maria quã obũbꝛauit altiſſimi virtus · vt vltra omnem virtutem angelicã ſit qđ in ea factũ eſt. Ac etiã ꝑ h̄ angelis exinde gr̃a maioꝛ pꝛeſtat̃ ab eo quẽ venerãt̃ ꝛ adoꝛãt ſuper ſe chꝛiſtũ dñm ſuuꝫ regẽ ex eadẽ virgine natum.

¶ De ſanctitate pueri naſcituri. Petrus epũs vbi ſupꝛa. · Cap · XXXII ·

Ideoqꝫ inquit ꝛ qđ naſcet̃ ex te ſctm̃ vocabit̃ fili⁹ dei. Nemo ſanctũ h̄ coĩter accipiat ſed illa ſingularitate q̃ celeſtis exercitus clamat: ¶ Bern̄. vbi ſ. Sanct⁹ ſanctus ſanct⁹ dñs de⁹ ſabaoth. Ceteꝝ credo ꝙ nõ habuit ꝙ ꝓpꝛie noĩaret illud eximiũ · illud magnificũ · illud reuerẽdũ qđ de puriſſima virginis carne cum aĩa ſua vnigenito patris erat vniẽdũ. Nã ſi dixiſſet ſãcta caro vel ſctũs h̄õ vel ſctũs infans · parũ dixiſſe videret̃ · poſuit igit̃ indefinite ſanctũ · qm̃ illud qđ virgo genuit ſingularit̃ ſanctũ fuit ꝛ ꝑ ſpũs ſanctificationẽ ꝛ ꝑ verbi aſſũptionẽ. ¶ Petr⁹ epũs vbi ſupꝛa. Ueꝝ q̃ deo naſcendi neceſſitas fuit cui ſuppetit faciendi poteſtas · qꝛ naturã ipſam naſcendo refecit

quā operādo fecerat · nimirū' que facta fuerat ut generaret ad vitā · ad morte generabat. Per peccatū quippe naturale vulnus acceperat et accepit eſſe mortis origo que vite initiū erat. Hoc eſt negociū qd naſci cōpulit chriſtū · ut auctoris natiuitas daret nature remediū · et nature curatio eſſet viuificatio filiorū. Venit ergo deus ad virginē · opifex ad opus ſuū · creator ad creaturā ut ſuā reparet facturam. Et qd in partu virginis agitur · nō creatoris iniuria ſed creature ſalus eſſe probatur. Nā ſi deus hoīem fecit · qs arguet cur refecit · et qd ex limo formaſſe creditur dignū · cur ex carne reformaſſe iudicatur idignū? Quid precioſius caro aut limus? Ergo reparatiōis noſtre quāto precioſior materia et maior eſt gloria. Hiero' vbi s. Igitur qd natura nō habuit · vſus neſciuit · ratio ignorauit · mens hūana nō capit · celū pauet · terra ſtupet · creatura oīs etiā celeſtis miratur. Hoc totū ē qd per Gabrielē Marie diuinitus nūciatur ac per chriſtū adimpletur

De anūciatione precurſoris iam cōcepti. Bern. vbi s.

Cap · XXXIII ·

Et ecce inquit Elizabeth cognata tua et ipſa cōcepit filiū in ſenectute ſua. Quid neceſſe fuit etiā huius ſterilis cōceptū virgini nūciare? Nūquid forte adhuc dubiā et incredulā oraculo recentiori voluit miraculo cōfirmare? Abſit: Sed ideo dicitur ut dū miraculo miraculū additur · gaudiū gaudio cumuletur. Neceſſe erat quippe illā non modico leticie et amoris queniente inflāmari incēdio que filium patris dilectionis mox erat cōceptura cū ſpū ſancti gaudio Necq; n. niſi in deuotiſſimo et hylariſſimo corde tāta ſe poterat dulcedīs et alacritatis affluētia capere. Vel ideo cōceptus Elizabeth nūciatur Marie · quia perfecto decebat · ut verbū mox diuulgandum vbiq; prius ſciret virgo per angelū quā audiret ab hoīe · ne videlicet dei mater a cōſilijs filij videretur amota · ſi eorū que in terris tā prope gererentur remanſiſſet ignara. Vel ideo potius ut dū nūc ſaluatoris · nūc precurſoris aduētū edocetur. Maria rerū tēpus et ordinē tenens ipſa melius poſtmodū ſcriptoribus et predicatoribus euangelij reſeraret veritatē que plene de oībus a principio myſterijs celitus eſſet inſtructa. Vel ideo ut audiēs cognatā ſuā vetulā et grauidam cogitet iuuēcula de illius obſequio · ſicq; paruulo prophete adhuc paruulo dño officij ſui primitias offerēdi detur occaſio: fiatq; mirabilius miraculū de miraculo dū ad ſeinuicē cōcurrit matrē et infantiū ab alterutro excitata deuotio. Petrus epūs vbi s. Deniq; mittitur ad Elizabeth Maria virgo ad ſterilē · ad anū iuuēcula · ut ambe pio certamine ſumant paritq; percipiāt · altera de nouitate fidē altera de neceſſitate virtutē.

De expectatione virginei reſponſi. Bern. ſup miſſus eſt.

Cap · XXXIIII ·

Audiſti virgo factū · audiſti et modum · vtrūq; mirum · vtrūq; iocundū · et quoniam auditui tuo datū eſt gaudiū et leticia · audiamus et nos a te reſpōſum leticie qd deſideramus ut iā exultēt oſſa humiliata. Expectat angelus reſpōſū tuū · expectamus et nos verbū miſerationis · qs miſerabiliter premit ſnīa dānatiōis · et ecce offertur tibi preciū nrē ſalutis ſtatimq; liberamur ſi conſenſeris. Hoc flebilis Adā cū miſera ſoboleā te ſupplicat · hoc Abraam · hoc Dauid · et ſancti prēs qui habitāt in regione vmbre mortis · hoc totus mūdus tuis genibus prouolutus expectat · quoniam ex ore tuo pēdet cōſolatio miſerorū · redēptio captiuorū · liberatio dānatorū. Aug' vbi s. O beata Maria tuū omne ſeculū deprecatur aſſenſum et expetit · te fidei ſue mūdus obſidem fecit. Noli virgo morari nūcio feſtinanti rñde verbum et ſuſcipe verbū: Recole virginē in Eſaie libro quā parituram legiſti · gaude et exulta quia tu illa eſſe meruiſti. Paries quidē filiū et virginitatis nō

patieris detrimentū· efficieris grauida ⁊ eris mr̄ ſemꝑ intacta. Paries aūt non meriti cuiuſlibet hoīem · ſꝫ totius ſeculi ſaluatorē. Bern̄. vbi ſ̄. Da itaqꝫ virgo reſpōſū· reſpōde verbū· qđ t̄ra· qđ inferi· qđ expectāt ⁊ ſuperi. Ipſe qꝫ rex oīuꝫ ⁊ dn̄s q̄ſtū ꝯcupiuit decorē tuū· tm̄ deſiderat ⁊ reſpōſionis aſſenſū in q̄ ꝑpo ſuit ſaluare mūdū· ⁊ cui placuiſti in ſilentio· iam magiſ ei placebis ex ꝟbo cū ipſe tibi clamat e cęlo. O pulcra int̄ mulieres fac me audire vocē tuā: R̄n̄de verbū et ſuſcipe verbū. Profer tuū ⁊ cōcipe diuinum. Si grata in ſilentio verecūda· nūc tm̄ magis in ꝟbo pietas neceſſaria. Aperi cor fidei labia cōfeſſioni· viſcera creatori. Ecce deſideratus cūctis gentib⁹ foris pulſat ad oſtiū: ſurge curre aperi.

De excellenti eiuſdeꝫ virginis hūilitate. Petrus epūs vbi ſ̄. Cap. XXXV.

Ecce iquit ancilla domini: Ecce quā vocauit angel⁹ dominā· ipſa ſe cognoſcit ⁊ ꝯfitet̄ ancillā· qꝛ deuotus aīm⁹ infulis bn̄ficiorum ad obſequiū creſcit· augetur ad grām nō ad ſupbiā ꝓtumeſcit· nō ad arrogantiā proſilit. Bern̄. vbi ſ̄. Ecce inq̄t ancilla dn̄i: humilitas r̄n̄detur· ut ſedes grē ꝑparet̄. Et eſt hęc hūilitas tā ſublimis quę honori cedere nō nouit· inſoleſcere gloria neſcit· dei mater eligit̄ ⁊ ancillā ſe nominat. Nō magnū eſt hūilem eſſe in abiectione· magna ꝟo prorſus et mira virtus hūilitas honorata. Si me miſeꝝ homuntionē meis decepta ſimulationib⁹ ad aliquē vel mediocrē honorē ꝓuexerit eccleſia deo nimirū ſꝫ ꝑmittēte vel ꝓpter mea vel ꝓpter ſubditoꝝ peccata· nōne ſtatim oblit⁹ qui fuerim talē me puto qualis ab hoīb⁹ q̄ cor nō vidēt putat⁹ ſū· famę credo qꝛ cōſcientiā nō attendo· reputāſqꝫ nō honorē virtutib⁹· ſꝫ virtutes honori eo ſanctiorē· q̄ ſuperiorē me eſtimo. At illa q̄ dei mater eligebat̄ hūilitatē nō obliuiſcebat̄: Ecce inq̄t ancilla dn̄i. Idē i ſermone de aſſūptione. Lātę ꝟo hūilitati· tāta quoqꝫ fidei magnanimitas in ſecretario virginei cordis acceſſit ut iſte duę virtutes ī ea fierēt ex mutuo reſpectu clariores· qꝛ videlicet nec hūilitas tāta minuit magnanimitatem· nec tāta magnanimitas hūilitatem ut in eſtimatiōe ſua tā eſſet hūilis ⁊ nihilomin⁹ ī ꝓmiſſionis credulitate magnanimis· ⁊ quę nihil aliud q̄ꝫ exiguā ſe reputabat ancillā· ad hoc tn̄ incōprehēſibile myſteriū nullaten⁹ dubitaret electā· ſi verā dei ſe ⁊ hoīs genitricē crederet mox futurā. Agit ſꝫ nimiꝝ in cordib⁹ electorū diuinę grē prerogatiua· ut eos nec hūilitas puſillanimes nec magnanimitas faciat arrogantes.

De ipſius deo cōſentanea petitione. Idē ſup miſſus ē omel. iiij. Cap. XXXVI.

Fiat ergo: fiat mihi ſecundum verbū tuū. Vult a ſe req̄ri deus etiā quę ꝓmittit· ⁊ ideo forte multa prius pollicet̄ q̄ dare diſpoſuit· ut ex ꝓmiſſiōe deuotio excitet̄· ſicqꝫ qđ gratis datur⁹ erat· oratio deuota ꝓmereat̄. Sic pius dn̄s merita nobis extorquet a nobis· ⁊ dū nos ꝓuenit tribuē do qđ retribuat gratis agit ne grat̄ tribuat. Hęc virgo prudēs intellexit qn̄ ꝓuenienti ſe muneri gratuitę promiſſionis iunxit meritū ſuę orationis: Fiat iquiēs mihi de verbo ſ̄m verbū tuū. Verbum qđ erat in ꝑncipio apud deū fiat caro de carne mea ſ̄m verbū tuū. Fiat obſecro mihi verbū nō prolatū ut trāſeat· ſꝫ ꝯceptuꝫ ut maneat carne· ſ· indutū nō aere. Fiat mihi nō tm̄ audibile aurib⁹· ſꝫ ⁊ viſibile oculis· palpabile manib⁹· geſtabile humeris. Fiat mihi non mutis figuris in pellib⁹ mortuis exaratū· ſed in humana forma meis caſtis viſcerib⁹ viuaciter impreſſum· ⁊ hoc nō mortui calami depunctione· ſed ſpūſſancti operatione. Fiat

inqt mihi verbũ eo modo quo nulli añ me factũ ẽ·nec poſt me faciẽdũ eſt. Multipharię quidẽ multiſq3 modis olim de⁹ locutus eſt pſib9 in ꝓphetis· ⁊ aliis qdẽ in aure·aliis in ore·aliis etiã in manu factum eſt·mihi aũt oro ut fiat ⁊ in vtero. Nolo ut mihi fiat aut declamatorie ꝑdicatũ·aut figuralit' ſignatũ·aut imaginarie ſomniatũ·ſed ſilenter inſpiratũ·ꝑſonaliter incarnatũ·corpaliter inuiſceratum. Verbũ igit' qd nec poterat nec indigebat fieri·digne' ĩ me ⁊ mihi fieri. Fiat quidẽ omni mũdo generaliter ſ3 mihi fiat ſm verbũ tuum ſpecialiter.

De angeli reuerſiõe ⁊ virginis impregnatione. Petrus epũs vbi ſupra. Cap ·XXXVII

Ecce audiſtis fratres angelũ cũ muliere tractantẽ hoĩs reparationẽ ut eiſdẽ curſib9 hõ rediret ad vitam·quib9 dilapſus fuerat ad mortẽ. Agit angel⁹ de ſalute cũ Maria·q2 cũ Eua angelus egerat de ruina. Audiſtis angelũ de limo nrę carnis arte cõſtruentẽ ineffabili templũ diuinę maieſtat. Audiſtis ĩ terris deũ·in cęlis hoĩe3 incõprehẽſibili ſacramẽto collocari. Audiſtis inaudita ratione in vno corpe deum hominẽq3 miſceri. Audiſtis fragilẽ noſtrę carnis naturã ad portandã totã gloriam deitatis angelica exhortatione roborari. Aug⁹ vbi ſ. Vt igit' illa ꝑmiſſũ immane ſaluo pudore cõplendũ placita mẽte concepit ·⁊ virgineo ſic ore ſermonẽ hũilitatis·ſ·⁊ obedientię reddidit·mox angel⁹ ardua cęli letiore curſu petijt ⁊ añ patris ęterni ſoliũ pfectis myſterijs exultauit. Nec mora dñ ſereni ſemine cęli clauſus vter⁹ tumuit·dũ occultum ſermonẽ ꝑ venas fidei ſecretis viſceribus infudit. Intra virginẽ ſpũs verſatur mẽbra format·intra penetralia ſacra corpus aĩat'. In illa breuitate menſuras tẽpoꝝ deus patit' magnos inter paruos eſſe dignat'·ſed cõſtitutus in paruo non decreuit in magno. Petr⁹ epũs vbi ſ. Hoc eſt qd virgini nũciatũ erat per angelũ: Inueniſti gratiã apud deũ. Nã vtiq3 qd erat in principio apud deũ intra ſe virgo verbũ reperit. Factaq3 eſt magnu3 deitad templum· ⁊ puſillũ erat humanitatis hoſpitiũ·⁊ quẽ non capiebat puſillitas humani corpis· magnitudo cepit meriti virginalis. Idem. Quãtus aũt ſit deus ignorat ille ſatis qui nõ mirat' animũ huius virginis·cęlũ pauet·tremũt angeli·creatura non ſuſtinet·natura nõ ſufficit ⁊ vna puella ſic deum in ſui pectoris hoſpitio capit·recipit ⁊ oblectat·ut terris pacẽ·cęlis gloriã·ſalutẽ perditis·vitã mortuis·terrenis cũ cęleſtib9 parentelã·ipſius dei cũ carne cõmertiũ ꝓ penſione dom⁹ exigat·ꝓ vteri mercede cõquirat·illudq3 ꝓpheticũ impleat: Ecce hereditas dñi filij merces fructus ventris. Quę etenĩ verbo credit·merito verbũ cõcipit ⁊ ad totã rem ꝑuenit·quę ſecreto auditu fidei cõſentit. Vtum ergo peccat hereticus qui poſt cauſã nõ credit cũ hãc añ cauſã credidiſſe ꝯſpicit.

De verbi patris incarnatione Bern. i ſermo. d' natiuitate btę Marie. Cap ·XXXVIII·

Dies itaq3 diei verbum eructauit dñ Maria verbũ de patris corde ſuſcepit. Nã vtiq3 pater nomẽ habet diei·ſiquidẽ ex die dies ſalutare dei·ſ3 ⁊ virgo plane dies rutilans quę ꝑcedit ſicut aurora cõſurgens. Fons aũt ſapiẽtię verbũ patris in excelſis qd virgine mediante ſuſcepit naturã hominis. Erat quippe verbũ apud deũ in principio iam quidẽ ſcaturiens fons·ſed interim tñ in ſemetipſo. Et dicebat dñs ab initio: Ego cogito cogitationes pacis ⁊ non afflictionis. Sed quis ſenſum dñi cognouerat? aut quis cõſiliari⁹ ei⁹ erat? Ergo penes ipſũ cogitatio ſua latebat. Deſcendit itaq3 cogitatio pacis in opus pacis·dũ verbũ caro factum eſt

⁊ habitat iam in nobis. Habitat plane verbū iſtud in cordibꝫ nr̄is ꝑ fidē. Habitat in memoria · in cogitatione noſtra · et vſqꝫ ad ipſam deſcēdit imaginationem · Quid · n · prius hō de deo cogitaret niſi forſitan idolū corde ſacrificaret? Nunc aūt cōprehēdi voluit · videri cogitari Quonam modo? In ꝑſepio iacēs · ī virginali gremio cubās · in mōte ꝑdicās · in oratione ꝑnoctās · aut in cruce pendēs · in morte pallens · inter mortuos liber · et in inferno imperās · ſeu etiā t̄tia die reſurgens · ⁊ aplis loca clauoꝝ · victorie ſigna demōſtrās · nouiſſime ꝓ coꝛā eis c̨li ſecreta cōſcendēs. Quid hoꝝ · nō vere · nō pie · nō ſancte cogitat? quicq̇d hoꝝ cogito deū cogito · ⁊ ꝑ oīa ipſe eſt deus meꝰ.

¶Augꝰ de doctrina chriſtiana li. j. Sicut aūt cū loquimꝰ ut id qđ aīo gerimus in animū audiētis ꝑ aures carneas illabat̄ fit ſonus verbū qđ ī corde geſtamꝰ · ⁊ locutio vocat̄ · nō t̄n in eū ſonum cogitatio noſtra cōuertit̄ · ſed apud ſe manēs integra formā vocis qua ſe inſinuet auribꝫ aſſumit ſine aliqua labe ſue mutationis · ita verbū dei nō cōmutatū caro tū factū eſt · ut habitaret in nobis. Itaqꝫ corrupto aīo femine ingreſſus eſt morbꝫ · ⁊ ītegro aīo femine ꝓceſſit ſalus.

¶De tanti bn̄ficij grata valde recordatione. Bern. in ſermo. de pentecoſ. ¶Cap · XXXIX ·

Ampliſſima ꝓrſus nunc mihi ſuppetit materia ⁊ maloꝝ meoꝝ ⁊ bonoꝝ dn̄i mei que ſūt ineffabilia. Ut aūt breui verbo cūcludā oīa · verbo incarnato dei ſapiētia in omni ſua copia · nihil vn̄ redimeret nos īuenire potuit melius. Sed ⁊ mala circūdederant nos quoꝝ nō erat numerꝰ. Miſſus erat a diabolo coluber tortuoſus · ut venenū ꝑ aurē mulieris in eiꝰ mentē trāſfunderet · ⁊ ſic in totius poſtentatꝫ originem refunderet. Miſſus eſt iterum a deo Gabriel angelus ut verbū patris ꝑ aurē virginis ī ventrē ipſius eructaret · ut eadem via qua venenū intrauerat · antidotum intraret. ¶Bern̄. in ſermone quodā. Eramꝰ ġ iā nō quaſi in incertum · ꝑfecto · n · tale eſt erga nos cor dei p̄ris · quale nobis expreſſit q̇ de eiꝰ corde ꝓceſſit. ¶Idem in ſer. de pente. Vidimus q̇ppe gloriā eiꝰ quaſi vnigeniti a patre · q̄ totū paternū · totum dulce q̇cq̇d nob de p̄ris attulit corde. ¶Idē in ſermo. de natiui. btē Marie. Curandū eſt aūt nobis ſūmopeꝑ ne verbum ipſū qđ de ore patris ad nos egreſſum eſt virgine mediāte vacuū reuertat̄ · ſed ꝑ eandē virginē nihilominus gratiā ꝓ gratia referamꝰ. Eructemꝰ memoriam donec ſuſpiramꝰ ꝑſentiā ⁊ origini ſue fluenta gratie reddāt̄ · ut iteꝝ fluāt. Alioq̇n ſi nō ad fontē redeāt exiccāt̄ · ⁊ infideles ī modico qđ maximū eſt accipere nō meremur. Modicū ad ꝑn̄tiā plane mēoria modicū ad id quod cupimꝰ · magnū ad id qđ meremꝰ · longe quidē infra deſiderium · ſed nihilominꝰ ſupra meritū. ¶Idē in ſermo. de natiui. dn̄i. O duricia cordis mei · vtinā dn̄e ſicut verbū caro factū eſt · ſic ⁊ cor meū carneum fieret. Siquidē ⁊ hꝰ ꝑ ꝓphām pollicitꝰ es: Auferā inq̇t a vobis cor lapideū ⁊ dabo vobis cor carneum.

¶De tota incarnati verbi diſpēſatione. Idem in ſermo. de pētecoſ. ¶Cap · XL.

Placebit ne tibi domine Ieſu ut dones mihi vitā tuam ſicut donaſti cōceptionē? Nō ſolū eni ꝯceptio nr̄a imūda ſed ⁊ vita ꝑuerſa · mors periculoſa. Nō ſolū ait conceptionē ſed ⁊ vitā meā ꝑ ſingulos etatum gradus tibi donabo · mortē quoqꝫ reſurrectionē aſcēſionē adijciēs ⁊ ſpiritusſancti miſſionē ut cōceptio mea emūdet tuā · ⁊ vita mea inſtruat tuam · mors mea deſtruat tuā · reſurrectio mea precedat tuā · aſcēſio mea ꝑparet tuā. Porro

ſpūs adiuuet infirmitatē tuā. Sic enim plane videb ⁊ viā ꝑ quā ambules ⁊ cautelam qua ambules ⁊ ad quam manſionem ambules. In vita mea cognoſces vitam tuā. In morte mea tibi dabo iuſticiam meā· ⁊ bis cōpletis reuertar ī domū. Ne aūt de abſentia mea murmures aut cōtriſteris· mittā tibi paraclytū qui tibi donet pignus ſalutis robur vitę· lumen ſciētię. Hoc itaq꜠ pr̄is verbū in ſublimi ꝯſtitutū· ut ad nos deſcēderet ꝓpria benignitas inuitauit· miſericordia traxit· veritas qua ſe venturū ꝓmiſit compulit· puritas vteri virginal' ſuſcepit· ſalua virginis integritate potētia eduxit· in oībus obediētia deduxit· patiētia vero armauit· charitas verbis ⁊ miraculis manifeſtauit. ❡ Chryſoſto. iii ſermo. de natiuitate ſancti Iohannis.

Itaq꜠ viij· kalēdas aprilis concept⁹ eſt dn̄s· qui dies futurus erat ⁊ paſſionis ei⁹ In eadē eteni dic paſſus eſt in qua ⁊ cōceptus eſt.

❡ Qualiter virgo cōcepit de ſpū ſancto. Hugo de ꝑpetua virginitate bte Marię. · Cap · XLI ·

voluerit. Si enĩ in eã ſuſpitio/
nem habebat quõ iuſt⁹ erat? Si nihil
tale de illa cogitauit· cur illã ſctãm ⁊ im
maculatã ex iuſticiaʒ dimittere voluit?
Sʒ myſterij ꝟtutẽ ⁊ ſacrm̃ quoddã ma
gnificũ in eadẽ cognoſcebat cui ſe appro
ximare indignũ eſtimabat. Hũilians ḡ
ſe añ tantã ⁊ ineffabilẽ rẽ ſe longe facere
querebat· ſicut ⁊ btũs Petr⁹ dño ſe hu
milians aiebat: Recede a me· q2 hõ pec/
cator ſum dñe· vel ſicut ille centurio mit
tens dicebat ad eũ: Dñe nõ ſum dign⁹
vt intres ſub tectũ meũ. Sic igit' ⁊ Jo/
ſeph iuſte ſe hũilians in oĩbus cauebat
⁊ timebat illi⁹ tantę ſctitatꝭ coniũctionẽ
ſibimet adhibere· ideo voluit eã occulte
dimittere dicẽs: Maior ẽ ei⁹ dignitas·
ſuperexcellit eius ſctitas· nec mee cõgruit
indignitati. ¶ Johãnes os aureũ
ſup Mattheũ· li· j· O ineſtimabiliſ
laus Marię· magis credebat Joſeph
caſtitati eius q̃ʒ vtero ei⁹· ⁊ plus grę q̃ʒ
naturę. Conceptionẽ mãifeſte videbat ⁊
fornicationẽ ſuſpicari nõ poterat. Poſ
ſibili⁹ credebat eſſe mulierẽ ſine viro cõ/
cipere q̃ʒ Mariã poſſe peccare. ¶ Bern̄
ſup miſſus eſt omel· ij· Bene ḡ cũ
eſſet iuſtus noluit eã traducere· q2 ſicut
nequaq̃ʒ iuſtus eſſet ſi incognitã reã cõ/
ſenſiſſet· ſic etiã iuſt⁹ nõ eſſet ſi pbatam
innoxiã cõdẽnaſſet. Uidebat aũt ⁊ hor
rebat diuinę pñtię certiſſimũ geſtantẽ in/
ſigne· ⁊ q2 myſteriũ penetrare nõ poterat
indignũ ſe eius cõtubernio reputabat:
⁊ volebat eã occulte dimittẽ. Expauit
Petrus in Chriſto potẽtię magnitudi/
nem· expauit centurio pñtię maieſtatẽʒ:
⁊ horruit Joſeph in Maria ſicut hõ ni/
mirũ tanti miraculi nouitatẽ myſterij p
fũditatẽ· ⁊ iõ voluit eã dimittẽ. Mira/
ris ꝙ Joſeph pgnand cõſortio virginis
indignũ iudicabat ſe· cuʒ audias etiam

Eliçabeth eiuſdē ꝓn̄tiā ferre nō potuiſ-
ſe·niſi cū reuerētia q̇dem ⁊ tremore? Ait
nāqꝫ: Vn̄ h̄ m̄ vt veniat mr̄ dn̄i mei ad
me? Ob h̄ g̊ Ioſeph voluit eā dimittē
Sꝫ q̄re occulte ⁊ nō palā voluit dimit
tere eā? Ne videlꝫ diuorcij cā inq̇reret·⁊
ratio exigeret. Quid enī rn̄deret vir iu-
ſtus ꝓꝑ̇o dure ceruicꝫ·ꝓꝑ̇o nō credēti ⁊ ꝯ̄
dicēti? Si diceret ꝙ ſentiebat ꝙ de illi⁹
puritate cōꝓbauerat ·nōne mox icre-
duli iudęi atqꝫ crudeles illū ſbſannarēt
⁊ illā lapidarēt? Qn̄ nāqꝫ ꝟitati crede-
rent tacēti i vtero·quā poſtea ꝯtēpſerūt
clamātē in tēplo? Quid facerēt nec dn̄ī
appārēti cui poſtmodū impias man⁹ in-
iecerūt etiā miracul̄ coruſcāti? Merito
ergo vir iuſt⁹·ne aut mētiri aut diffama-
re cogeret innoxiā voluit occulte dimit-
tere eam.

De cauta eiuſdē ſuſpitiōe circa eam. Cap · LXVIII ·

Sin vero q̇s aliꝰ ſētiat et
Ioſeph vt hoīeꝫ dubitaſſe cō
tendat·ẜ q̇ iuſt⁹ erat noluiſſe
q̇dē habitare cū ea ꝓpt̄ ſuſpitionem·nec
tn̄ q̇ pius erat traducē voluiſſe ſuſpectā
et iō voluiſſe occulte dimittē eaꝫ. Bre-
uiꝰ etiā ſic illā dubitationē Ioſeph ne-
ceſſariā fuiſſe rn̄deo quę dīno certificari
meruit oraculo· Meritoqꝫ Ioſeph tāqꝫ
hoī Maria venit in ſuſpicionē·aliunde
q̇ppe eē credebat qꝺ de ſe nō eē ſciebat.
Sꝫ iō corrigi dign⁹ fuit ab angelo·q̇ n̄
erat in eo maliuola ſuſpicio. Maliuolę
nāqꝫ ſuſpitiōes ſūt calūniantiū· beniuo
lę gubnātiū·licꝫ cuiqꝫ de filio male ſuſ-
picari ẜ nō licꝫ calūniari. Qui beniuole
ſuſpicat̄ vinci cupit·tunc·n·lętat̄ qn̄ qꝺ
male ſuſpicat̄ falſū inuētū fuerit. Talis
igit̄ erat ſuſpicio Ioſeph erga ꝯiugē ſu-
am Aug⁹ in ſermōe ꝺ annūciatione. Neſciebat q̇ppe Ioſeph ſpōſus
q̇d cū Maria egerit āgel⁹. Subitoqꝫ io
ſeph ītuitu familiari ⁊ licentia maritali
aſpicit Mariā ꝯiugē ſuā velut ſponſus
ſpōſaꝫ ſuā· videt ī ea tumeſcētes venas
i gutture attenuari·faciē q̇tidie pallori-
bus oblitterari. Poſtrēo videt eā greſ
ſibus ḡuari·ītelligit ei⁹ vterū grauidari.
Turbat̄ Ioſeph hō iuſtus ꝙ Mariam
quā de tēplo accepat ⁊ nō dū coguerat
ḡuidā ſētiebat·⁊ quā nō meruerat ī ꝯiu
gij honorē hr̄et ī ꝯfuſionē. Secūqꝫ diu
heſitāſ ac diſputāſ dic̄: Vn̄ h̄ ꝯtigit q̇d
ne euēit? Nō cogui·n̄ tetigi·ſi n̄ tetigi·n̄
violaui·ſi nō violaui n̄ ḡuidaui. Quid
ergo faciā? Anxio gemo doleo curro ꝯſi
liū quero donec plenū inuenio·ꝓdo ad-
ulteriū aut taceo ꝓpt̄ opprobriū? Si ꝓ-
didero·adulteriū q̇dē n̄ ꝯſentio· ẜ neuū
crudelitatꝭ īcurro·qm̄ ẜm librū Moyſi
lapidandam eē cognoſco. Si tacuero
malum coſentio ⁊ cum adulteris portio-
nē meā pono. Qm̄ g̊ adulteriū tacē ma-
lū eſt·ꝓdere peius ē·ne ꝑ me fiat homici-
diū dimittā ꝯiugiū. Cogitauit inqꝫ Io-
ſeph occulte dimittē Mariā ꝯiugē ſuā·
cogitat vt eēt alteri⁹ cū iā eēt alteri⁹ nō
mētꝭ refragatiōe·ẜ dei ꝯceptiōe. Sꝫ nō
timeat Maria Dauid regꝭ filia· qm̄ ſic
in Dauid veniā ꝯtulit ẜmo ꝓphalis·ſic
Mariā libat āgel⁹ ſaluatorꝭ. Veni iaꝫ
mr̄ dn̄i caſta in q̄ nō viril̄ cōmixtiōis ē
appetitio·ẜ ſpūſſcti adimpletio·quā nō
violauit iudę⁹·ẜ ſolus imp̄gnauit opꝰ
de⁹·q̄ nō es cōmixta Ioſeph ſpōſo tuo
nec cognita alicui viro· ẜ ſoli deo. In-
uoca deū tuū Dauid prēꝫ tuū· nō illum
Dauid adulterio fucatū·homicidio di-
uulgatū·ẜ illū forti mān̄ p̄lliatum diu
cū diabolo altercatū. Surgat dn̄s ī ad
iutoriū tuū·mittat ꝺ cęlo āgelū ſuū·viſi
tet ꝺ cęlo ſponſum tuū.

De īſtructiōe Ioſeph ꝑ āgelū facta. · Capitulū · LXIX ·

Ecce ergo iterū virgīs il
le panymph⁹ Gabriel·ille cō-
ſpicuus cęli curſor ęq̇ſſim⁹·me
dio noctꝭ libamīe dic̄ ad Ioſeph ī viſio
ne: Ioſeph inq̇t fili Dauid cur tm̄ tri-
bularꝭ? Cur ꝺ Maria malā īgerꝭ t̄ ſuſpi
tionē·cū ipſa genuerit t̄ ſaluatorē? Au-
fer çelotypię animū ab ea q̇ ipſe impre-
gnauit eā q̇ naſcet̄ ex ea. Iō triſtis ē aīa

tua·q: ḡ legiſti ī ꝓphia·nō intellexiſti in Maria. Joſeph fili Dauid natꝰ ex genere ſacerdotali ⁊ regali·filiꝰ ꝓpharū ſocius ſcribarū·ille q̄ ſcripſit mirabilia in lege ſua·ipſe fecit mirabilia ī cōiuge tua Quid aūt ſūt dei mirabilia·niſi ḡ ſunt hoīb⁹ impoſſibilia? Qui ḡ lapideas inſcripſit tabulas ſine ſtilo ferreo·ipſe gui‹dauit› Mariā ſpūſctō. Qui ꝑduxit panes ī heremo ſine aratiōe·ipſe impgnauit ꝟginē ſine corruptiōe·Et q̄ fec ꝟgā ſine pluuia germīare·ipſe fecit filiā Dauid ſine ſemīe gnāre. Qd ḡ legiſti ī libꝛiſ tuis aſpice in Maria oculis tuis·vt digne dicas canticū Dauid pr̄is tui: Sic audiuimꝰ ſic vidimꝰ in ciuitate dn̄i ī ciuitate dei nr̄i. Accipe ḡ Mariā cōiugeȝ tuā ſemp de ea ſecurꝰ·in nullo ſis ſollicitus·q: qd natū eſt ī eiꝰ vtero nō eſt d pec cato ſ; de ſpūſctō. Et qd naſcit̄ ex eius vtero nō vocabit̄ filiꝰ iudei ſ; filius dei. Habe ḡ Joſeph cū Maria cōiuge tua cōem ꝟginitatē mēbꝛoꝝ·q: de ꝟginalibus mēbꝛis naſcit̄ virtus angeloꝝ. Sit Maria Chꝛiſti ſpōſa carne ſua ꝟginitate ſeruata·ſis ⁊ tu pr̄ Chꝛiſti cura caſtitatis ⁊ honoꝛificētia ſctitatꝭ·vt de ꝟgineiſ mēbꝛis vr̄is generetꝭ ſecul̄ chꝛiſtianis ſpōſum ꝟginitatꝭ ⁊ maritū caſtitatꝭ·cōeȝ ſingulis ꝟginib⁹ ⁊ maritatis. Virginitas Marię angeli ſalutatiōe ē impgnata·⁊ a Johāne de vtero ē ſalutata. Gaude itaqȝ Joſeph·nimiūqȝ cōgaude ꝟginitati Marię·q: ſolus meruiſti virginale coniugiū poſſidere·q: p meritū ꝟginitatis·ita ſepatꝰ es a cōcubitu vxorꝭ vt pat̄ dicarꝭ. Bern̄ vbi·ſ· Itaqȝ ſicut pro Suſanna ī Daniele affuit Chꝛiſtꝰ·ita p Maria affuit dn̄i angelꝰ. Glo·ſuper Mattheū. Apparuit aūt ei per imaginationē coꝛdis oculis oſtenſaȝ et ſ; in ſomnis·q: p̄mebat̄ ipſe ſomno dubietatꝭ. Joſeph inq̄t fili Dauid In nomine vocat familiaritatē ⁊ vitę cognitionē. Beda ſup miſſus ē. Qd autem dī fili Dauid·nō tm̄ ad Joſeph ſ; etiā ad Mariaȝ ꝑtinet·q: legꝭ ꝑceptum erat vt vxoꝛē q̄ſqȝ de tribu ⁊ familia ſua duceret. Glo· ſup Mattheum. Noli inq̄t timere illā accipe· q: licȝ non ſis neceſſariꝰ cōceptui·eris tn̄ ꝓcuratiōi: Recognoſce q̄d olim domui Dauid ē ꝓmiſſum ⁊ vide ī illa impletū. Origenes vbi·ſ· Cur ḡ dubitas·q̄d imprudent̄ cogitas? Deꝰ eſt q̄ gnāt·ꝟgo q̄ gnāt. Huiꝰ gnātiōis miſter es nō largitoꝛ·ſeruꝰ nō dn̄s neqȝ plaſmatoꝛ. Ergo miſtra ⁊ ſerui·intēde·fer curā·⁊ ei q̄ naſcitur ⁊ eius genitrici. Accipe igit̄ eā ſecurꝰ ſ̄m legꝭ ꝑceptū vxoꝛē tibi noīataȝ ⁊ ſ̄m ꝯſuetudinē nuptiarū atqȝ coniūctionē longe alienā. Accipe illā vt cōmēdatuȝ cęleſtē theſaurū vt honoꝛabile dei tēplū vt regis ac ſponſi cęleſtis īmaculatā domū. Ne timuerꝭ eā accipe t̄ cōmēdatā re ligioſitati tuę creditā. Serua·fer curaȝ ne timuerꝭ accipe ꝯiugē tuā. Jpſam dico cōiugē vt diabolo ꝟginitatē eiꝰ occultē·vt iudeoꝝ ꝑuitatē excludā·vt legꝭ inſtituta nō deſtruā. Jn ſequētib⁹ autē demōſtrabo q̄ nec iſta ꝯiūx tua ſ̄m cōiugiꝭ ꝯſuetudinē habeat̄· nec iſte q̄ gnāt̄ tuus eē filiꝰ credat̄. Qd enī in ea natuȝ eſt de ſpūſctō eſt·q: videlȝ opatoꝛ huius natiuitatꝭ ſpūſſctūs eſt.

De ꝓphetia Eſaię ſup conceptu virginis cōpleta. Glo·ſup Mattheū. · Capitulū ·LXX·

Hoc aūt totū qd dictum ē videlȝ vt ꝟgo ꝓpinq̄ ſuo deſpōſaret̄·⁊ caſta ſeruaretur·vt Joſeph p angelū in ſomnis eā ſpōſam accipe iuberet̄·vt ꝟgo pareret ⁊ nomen pueri Jeſum vocaret·totū inqȝ ſ; factū eſt vt adīpleret̄ qd p ꝓphaȝ a dn̄o dictū eſt: Ecce virgo in vtero habebit ⁊c. Chꝛyſoſtomꝰ ſup Mattheū. omel·v· Hic iudei nō dicūt ꝟgo ſed puella. At ſi puella ideȝ ē qd ꝟgo habemus ꝓpoſitū. Si ꝟo puella cōi lege cōiugiꝭ eēt ī vtero habitura· iaȝ nō eſſet ſignū·q: ſignū excedere debet oēȝ oꝛdinē

rerū. Quō ꝗ cōuenit qd Esaias dicit? Dabit inqt ipſe dñs vobis signū: Ecce ꝟgo cōcipiet. ꝛc. Bern. in ſermone. ij. de aduētu dñi. Audiuim⁹ q̄dem Esaiā regi Achaz a dño signū in ꝓfundū inferni vel in excelſū ſup̄ petere ſuadētē. Audiuim⁹ ⁊ ei⁹ rñſionē. formā quidē pietatꝫ habētē. ſꝫ nō ꝟtutē. Non petā inqt ⁊ nō tēptabo dñz. Diſſimulat ille ptātꝫ excelſę vel iſcrutabilis ſapię ſignū querere. faſtigio ſolij regal' elat⁹ et hūanę ſapię ꝟbis aſtut⁹. ꝓpterea dñs ipſe ꝓmittit domui Dauid ſignū bonitatꝫ vt qs nec ptās nec ſapīa terret alliciat ſaltē exhibitio charitatꝫ. Pōt tñ in eo qd ait in ꝓfundum inferni ⁊ charitas ipſa qua nemo maiorē habuit vt ī inferno qꝫ moriēdo ꝑ amicꝫ deſcenderet non īmerito deſignari. videlꝫ vt precipiatur Achaz. vel in excelſo regnātꝫ expaueſcere maieſtatē. vel ad inferos deſcēdentis amplecti charitatē. Moleſt⁹ eſt ꝗ nō ſolum hoīb⁹ ſꝫ etiā deo q̄ nec maieſtatē cogitat ī timore. nec charitatē meditat' cū amore. ꝓpt' hꝫ inqt dabit vob ſignū domin⁹ ipſe in q̄ ⁊ maieſtas ⁊ charitas īnoteſcat māifeſte: Ecce ꝟgo concipiet ꝛc.

De noīs emanuel intelligētia Capitulū . LXXI.

Ecce inqt virgo cōcipiet ⁊ piet filiū ⁊ vocabit' nomē ei⁹ emanuel qd interptat' nobiſcū de⁹. Noli fugē Adā q: nobiſcū deus. Ne timeas hō nec dei noīe terrear: audito. q: nobiſcū de⁹. nobiſcū carnis ſilitudine. nobiſcū vtilitate. ꝓpter nos venit tāqꝫ vn⁹ ex nob. ſilis nob paſſibil'. Hugo de ſctō victore. Deniqꝫ nobiſcū eſt de⁹ qttuor modis. videlꝫ ꝑ pñtiam maieſtatꝫ. ꝑ participationē hūanitatꝫ. ꝑ vinculū charitatꝫ. ꝑ patrociniū ꝟitatꝫ. In pmo mala nr̄a cogſcit. in ſecūdo expt⁹ ē in tertio cōpatit'. in qrto aufert. et ē emanuel nobiſcū de⁹. Bern. in ſermōe vij. de aduētu dñi. Nō ſolū autē nobiſcū eſt de⁹. verū etiā in nob habitat ⁊ ꝓ nobis ſtat. Triplex enī erat ⁊ ē vniuſalis miſeria gnīs hūani. quā triplex comitat' indulgētia. cōſilij. ſ. ⁊ auxilij ⁊ pſidij. Quotqt enī degim⁹ in regione vmbre mortꝫ. ī infirmitate corpis. in loco tēptatiōis. faciles ſum⁹ ad ſeducēdū. debiles ad opandū. fragiles a reſiſtēdū. ſi diſcernere volum⁹ int' bonū ⁊ malū decipim̄. ſi tēptam⁹ facere bonū deficim⁹. ſi conam̄ reſiſtere malo deijcim̄. Neceſſaria ꝓ inde ſaluatoꝝ pñtia q̄ ⁊ in nob per fidē habitās cecitatē nr̄az illumīet ⁊ nobiſcū manēs infirmitatē adiuuet. ⁊ pro nob ſtās fragilitatē ꝓtegat ⁊ ꝓpugnet. Si enī ille ī nob eſt. qs iā decipiet nos? Si ille nobiſcū. qd d' cetero nō poſſum⁹ in eo q̄ cōfortat nos? Si ille ꝓ nob. qs cōtra nos? Fidelis cōſiliarius eſt q̄ nec falli nec fallere queat. Fortꝫ auxiliari⁹ q̄ nō laceſcat. Pron⁹ efficax q̄ ſathanā ſꝫ pedib⁹ nr̄is velocit' cōterat ⁊ ei⁹ oīa machinamēta cōfringat. Ipſe nimirū ē dei ſapīa cui ſemp in ꝓmptu ſit ignorantes inſtruere. Ipſe dei ꝟt⁹ cui facile ſit ⁊ deficientes reficere. ⁊ piclitantes eripe. Ad hūc ꝗ tm̄ eruditorē in oī delibatiōe curram⁹. Hūc tam ſtrenuū adiutorē in oī opatiōe inuocem⁹. Huic tā fido ꝓpugtori in oī colluctatiōe aīas nr̄as cōmittam⁹. q̄ nimirū ad hꝫ venit ī mūdū. vt habitās cū hoīb⁹ ī hoīb⁹ ꝓ hoīb⁹. ⁊ tenebras nr̄as illuminaret ⁊ labores leuaret ⁊ pericula ꝓpulſaret.

De trina mirabili mixtura et pmo d' pma. Idē in ſermōe. iij. de vigilia natiuitatis domini Capitulum . LXXII.

In illa qdē aſſūptione carnis nr̄ę fec' ops illa maieſtas mixturas tres mirabilit' ſinglares ⁊ ſinglarit' mirabiles. coniūcta qppe ſūt adinuicē de⁹ ⁊ hō. mat' ⁊ ꝟgo. fides ⁊ cor hūanū. In pma cōmixtiōe trinitas

eſt ī ſubſtātijs· ⁊ vnitas ī pſonis· ſicut in
ſūma deitate trinitas ī pſonis ⁊ vnitas
in ſubſtātia· Et ſic ibi pſone nō ſcindūt
vnitatē nec vnitas minuit trinitatē. Ita
etiā hꝫ pſona nō cōfundit ſubās nec ipſe
pſone diſſipāt vnitatē. Sūma qdē illa
trinitas hāc nob exhibuit trinitatē opꝰ
mirabile· opus ſingulare ī oīa ⁊ ſup oīa
opa ſua. Idē ī ſermōe· iij· d na
tiuitate dni. Verbū enī qd erat in
pncipio ⁊ aīa nouiter creata de nihilo ⁊ ca
ro de maſſa corruptiōis abſqꝫ vlla cor-
ruptione dīno ſegregata artificio ī vni-
tatem pſone ꝯuenerūt indiſſolubili vin-
culo. Hec itaqꝫ coniūctio fit ex tribꝫ ſb-
ſtātijs· vt ex hꝫ ipſo diſcas ad ſacrm acce
dere trinitatꝭ. Et habes ī his triplex ge-
nus potētie· qd nō erat creatū qd pierat
repatū· qd erat ſup oīa paulominꝰ ab
angelis minoratū. Hec ſūt euāgelica il-
la farine ſata pariter fermentata vt ſit pa-
nis angelorꝫ quē hō māducet · ⁊ ipſe pa-
nis cor hoīs cōfirmet. Felix mulier bene
dicta ī mulieribꝫ· in cuiꝰ caſtis viſceribꝫ
ſupueniēte ſpūſcti igne coctꝰ eſt panis
iſte. Felix inqꝫ mulier q̄ in hꝫ tria ſata fi-
dei ſue fermētū immiſit. Fide ſiqdē con
cepit· ⁊ fide pepit. Beata qppe q̄ credi-
dit· qm pfecta ſūt oīa q̄ dicta ſūt ei a do
mino. Nec indignū videt ſi regnū celo-
rū fidei Marie cōpat· q̄ ⁊ repat. Huiꝰ
itaqꝫ vinculū vniōis nulla ſoluere crea-
tura pōt. Si qdē nec pnceps mūdi huiꝰ
habet ī eo quicq̄· nec ipſe Johēs dignꝰ
eſt ſoluere calciamēti eiꝰ corrigiā. Quid
tn? Certe neceſſe ē aliqten ſoluat· alio-
qn qd diſſolutū eſt nō reſolidat. Panis
integer· ſapiā occulta· theſaurꝰ abſcōdi-
tus· que vtilitas ī his oībꝫ? Aperi tu li-
brū clauſum agne dei vera māſuetudo
fodiēdas manus tuas ⁊ pedes expone iu-
deo vt pcedat q̄ latet ī eo theſaurꝰ ſaluꝭ
⁊ copioſa redemptio. Frange panē tuū
eſurientibꝫ. Solus enī frangere potes q̄
ſolus vt confracta ſolides ſtare potes·
habens poteſtatē ponendi animā tuā
cum volueris reſumendā. Ergo tua mi
ſeratiōe templū hoc aliquatenus ſolua-
tur non penitꝰ diſſoluatur. Ab anima q̇-
dem caro ſeparetur· ſed verbū carni ſer-
uet incorruptionē ⁊ anime plenam con
ferat libertatē· vt ſola libere inter mortu
os agat ⁊ vinctos de domo carcerꝭ edu-
cat· moriēſqꝫ caro mortem perimat et
hominū vita cum reſurgente reſurgat.

De prima ſecūda ⁊ tertia. Idē in ſermone· iij· de vigilia natiuitatis dni. · Cap · LXXIII·

Hec eſt ergo prima com-
mixtio mirabilis facta in vbi
patris incarnatiōe· videlicꝫ de
us ⁊ homo conſtans ex anima ⁊ carne.
Aduerte homo quia limus es ⁊ non ſis
ſuperbus· quia deo iunctus es· ⁊ non ſis
ingratus. Secunda eſt mater virgo ⁊ hꝫ
vtiqꝫ mirabilis ⁊ ſingularꝭ. A ſeculo q̇p-
pe non eſt auditū ꝙ virgo peperit· ꝙ ma
ter virgo permanſit· ſola hec eſt in qua
fecunditas ⁊ virginitas obuiauerūt ſibi
Tertia eſt fides ⁊ cor humanū. Mirum
eſt enī quō cor humanū his duobus ac
cōmodauit fidem· ꝙ deus homo eſſet· ⁊
ꝙ virgo peperiſſet. Sicut enī ferrū ⁊ te-
ſta non poſſunt coniūgi· ſic ⁊ hec duo ne
queunt miſceri ſi non miſceat ea glutinū
ſpūſſancti. Tam facile vbo potenterqꝫ p-
ſuaſum eſt orbi vniuſo. ⁊ ꝙ deus homo
ſit· ⁊ ꝙ mater virgo vt hoc mihi credibi-
le faciat credentiū multitudo. Iuuenes
enī ⁊ virgines ſenes cum iunioribꝫ elege-
runt mori mortibꝫ mille qꝫ vel ad momē
tum ab hac fide deficere. Et hec quidē
eſt excellens mixtura· ſed excellentior eſt
ſecunda· tria vo excellētiſſima. Primā
auris audiuit. Auditum eſt enim ⁊ cre-
ditum vbiqꝫ terrarū illud magnū pie-
tatis ſacramentū· ſed oculus non vidit
quomodo dei filius intra vginalis vte-
ri anguſtias hūano corpi ſe ꝯiūxit. Se-
cundam oculꝰ vidit· qr fecūdā ⁊ vginē

illa ſingularis regina ſe ꝯſpexit. Joſeph
q̄ꝫ cog̃uit nō min⁹ teſtis q̄ꝫ cuſtos tante
ꝟgĩtatꝭ. Tertia ꝟo ĩ cor aſcẽdit cū magis
oraculo q̄ꝫ oculo credim⁹. cū ea q̄ dicta
vel facta ſūt firmiſſime ꝛ abſqꝫ vlla du-
bitatiōe tenem⁹. In pͥma vide qd. ĩ ſe-
cūda ꝑ qd. in tertia ꝓpt̃ qd dederit t̄ de⁹
Dedit enĩ t̄ Chriſtū ꝑ Mariā ꝓpt̃ ſani-
tatē. In pͥma remediū ē. qm̄ ex deo ꝛ ho-
mine cataplaſma ꝯfectū ē. qd oēs infir-
mitates tuas ſanaret. Cōtuſe ſūt aūt et
cōmixte due ſpẽs iſte ĩ ꝟgĩs vtero tāqꝫ
in mortariolo ſpūſctō tanqꝫ piſtillo illa
ſuauit̃ cōmiſcēte. Sꝫ qꝛ tu dignus non
eras cui donaret̃: Marie datū eſt vt per
illā accipes quicqd habes. Cū igit̃ in pͥ-
ma ſit remediū. in ſecūda adiutoriū eſt.
qꝛ nil hr̃e nos voluit deus qd ꝑ Marie
man⁹ nō trāſiret. In tertia ꝟo fidei me-
ritū habem⁹. ꝛ in fide ſanitas ē. qꝛ q̄ cre-
diderit ſaluus erit.

¶ De prophetia cibi pueri emanuelis. Capitulū. LXXIIII.

Addidit quoqꝫ ꝓpheta
de puero emanuele quē ꝑdixit
naſciturū de ꝟgine: Butyrū
inqt ꝛ mel cōedet. ac ſi diceret: Erit par-
uulus ꝛ alimētis veſcet̃ infantilib⁹. vt ſci-
at inqt reprobare malū ꝛ eligere bonū.
Hic etiā bonū ꝛ malū audis. ſic in arbo-
re vetita. ſic in ligno trāſgreſſiōis. ſꝫ mul-
to meli⁹ q̄ꝫ Adā pͥm⁹ patit̃ iſte ſecūdus
bonū eligēs ꝛ malū reprobās. Nā ꝛ ĩ eo
qd ꝑmittit̃: butyrū ꝛ mel comedet hui⁹
electio adūti pōt. Duo qppe ſūt ĩ ouis la-
cte. butyrū videlꝫ hūidū ꝛ pingue. caſe⁹
ecōtra dur⁹ ꝛ arid⁹. Hūc ḡ paruulus nr̃
eligē nouit q̄ butyrū comedēs. caſeū reli-
quit. Que ē enĩ ouis cēteſima q̄ errauit
ꝛ perijt? Utiqꝫ gen⁹ hūanū qd paſtor
benigniſſim⁹ alijs nonagĩta noue in mō-
tib⁹ derelictis reqſiuit. In hac igitur oue
duo reperies: Naturā dulcē ꝛ bonā val-
de tanqꝫ butyrū. ꝛ pctĩ corruptiōnē vt
caſeū. Uide ḡ q̄ꝫ oportune puer nr̃ ele-
git q̄ naturā nrã ſine vlla pctĩ corrupti
one ſuſcepit. Nā de pctōrib⁹ legit: Coa-
gulatū eſt ſicut lac cor eoꝝ. ĩ qb⁹ vtiqꝫ pu-
ritatē lactis fermentū malicie corrupat et
coagulamētū iniqtatis. Sic etiā apis hꝫ
ꝛ mellis dulcedinē ꝛ aculei pūctionem.
Apis aūt ē que paſcit̃ int̃ lilia q̄ florige-
ram inhabitat pãaꝫ angeloꝝ. Uñ ꝛ in
naçareth qd interp̄tat̃ flos aduolauit.
ꝛ ad redolētē ꝑpetue ꝟginitatis florē ve-
nit. illiqꝫ ĩſedit ꝛ illi adheſit. Cui⁹ apis
mel ꝛ aculeū nō ignorat q̄ cū ꝓpha mĩaꝫ
ꝛ iudiciū ei decātat. Attñ ad nos veniēs
ſolū mel attulit. nō aculeū qꝛ nō venit vt
iudicaret ſꝫ vt ſaluaret mūdū. Uerū no-
lite ſpare ĩ iniqtate. nolite peccare in ſpe
Habet enĩ apis nr̃a qñqꝫ reſumē acule-
um. ꝛ acrit̃ nimis infigere medulliſ pecca-
toꝝ qꝛ pr̃ filio dedit oē iudiciū. Nūc aūt
paruuluſ nr̃ butyrū ꝛ mel comedit. qꝛ bo-
nū hūane nature ꝛ diuine mĩe ſic ĩ ſeipſo vni-
uit vt eēt hō ver⁹ ꝛ pctm̄ nō hn̄s de⁹ mi-
ſericors ꝛ iudiciū nō exhibens.

¶ De partu ſanctiſſime virginis Glo. ſup Mattheū Ca. LXXV

Joſeph igit̃ vt ꝑdictum
eſt ab angelo monitus accepit
cōiugē ſuā. videlꝫ ad vitandū
ipſi⁹ ꝟginis infamiā. ꝛ ad referādū ſal-
uatoris aduētum. ad neceſſariū q̄ꝫ pueri
naſcētis obſequiū. ſꝫ ꝓpt̃ ſecreta q̄ didice-
rat ad op⁹ eā cōiugale nō cognouit. donec
filiū ſuū pͥgenitū peperit. nō qꝛ poſtea co-
gnouerit. ſꝫ ponit̃ donec ꝑ ꝛ. vel ꝑ etho.
ſicut dr̃ in pſ: Donec ponā ĩimicos tu-
os ſcabellū pedū tuoꝝ. Et dr̃ pͥgenitus
Marie Chriſt⁹ nō poſt quē ali⁹ ſꝫ ante
quē nullus ex ea ſit nat⁹. De qppe quod
apit vuluā ſiue ſequat̃ aliud ſiue nō pͥ-
gēitū appellat̃. vel pͥgēit⁹ int̃ oēſ electos
ꝑ grãꝫ Chriſt⁹ intelligit̃. ꝓprie ꝟo vni-
genit⁹ dei pr̃is vel Marie dr̃. ¶ Glo.
ſup Mattheum. Dicitur autem q̄
Joſeph Mariam facie ad faciem vide-
re non poterat. quam ſpūſſctūs a conce-
ptiōe pēit⁹ impleuerat. Ideoqꝫ quā de-
ſponſauerat in facie nō cogſcebat donec

vterus eius euacuaret. De q̄ h̄ nō agi-
tur. Aug⁹ in sermōe de anūciatione. Sȝ ecce iaȝ infans pulsat clau-
stra v̄ginis vrget secreta pudoris. Quid
ergo inq̄t agā? Quo me p̄utaȝ? Iaȝ pu
gnat ꝯ naturā de⁹. spūs parit incūbit ꝛ
corp⁹. Succurre ḡ fides. succurre ineffa-
bilis part⁹. Exit itaqȝ cū deo ꝑ figulū
v̄ginis corpus ꝛ pudor ꝑseuerat illesus.
Assint ḡ sodales angeli. canticū nouuȝ
decantēt lyris tubis ꝛ tympanis armo-
niam celestē ac melos cōcrepēt. Nupsit
v̄go. ꝑpepit v̄go. mat̄ est v̄go. O v̄ginē
v̄ginū mīma sūt terrena gaudia. desce-
dant dīna mysteria. Egerūt ī celo festa
dū Gabriel rediȷt ꝛ v̄go cōcepit. Agāt
in t̄ris gaudia noua q꞉ v̄go ꝑpepit ꝛ con-
cepit. Glo. sup Luca. ij. cap. Pe
perit aūt ī bethleē nō in naçareth. q̄niaȝ
alibi cōcipi ꝛ alibi nasci voluit dn̄s. vt
insidianꝭ Herodis furorē facili⁹ euade-
ret. Greg⁹ ibidē. Nec in domo pa-
rentū h̄ in via nascit̄. q꞉ ꝑ hūanitatē q̄si
in alieno nascebat̄. Nō h̄m ꝑtātēȝ h̄ h̄m
naturā. Glo. sup Esaiā. xix. cap.
Ascēderat q̄ppe sup nubē leuē. i. sancte
v̄ginis corp⁹. vel carnē a pondere pecca
ti imunē. ꝛ sic ingressus ē egyptū. i. mū-
dum infidelitate tenebrosū. Bern̄. ī
sermōe. ij. de natiuitate beate
Marie. Proinde signant̄ de ipso ꝓ
pheta loquit̄ dicēs: Spūs an̄ faciē no-
stram Christ⁹ dn̄s ī ei⁹ vmbra viuem⁹
in gētib⁹. Nā int̄ celestes q̄dē btitudi-
nes nō in vmbra viuit̄ h̄ poti⁹ in splēdo
re. Vn̄ in splēdorib⁹ inq̄t sctōꝝ ex vte-
ro an̄ luciferuȝ genui te. verū id q̄dē pr̄:
At eūdē ipsū sane mat̄ splēdorē genuit
h̄ ī vmbra. nō tamē nisi ea q̄ altissim⁹ ob
umbrauit. Merito ꝓinde p̄ns ecclīa ca-
nit: Sub vmbra eius quē desiderauerā
sedi. lucem q̄ppe meridianā indicari sibi
petierat vbi spōsus pascit. h̄ repl̄sa ē. ꝛ ꝓ
plenitudine lumīs vmbram ꝓ satietate
gustum interim recipit.

De integritate parientis. Aug⁹
cōtra. v. hereses. Ca. LXXVI.

Dicunt aūt Christ⁹ natus
est sol⁹ int̄ mortuos liber. sic ꝛ
m̄ris ex q̄ nat⁹ est pudor solus
ꝑmāsit integer. Vnde ꝛ Christ⁹ h̄mis
dict⁹ est. nō solū ꝓpt̄ hūilitatē carnis. sed
fortassis ꝛ ꝓpt̄ v̄ginis partū. q꞉ sine coi-
tu nat⁹ est. Idē sup Iohānem.
Nō enī quesiuit in t̄ra ꝑ̄rē m̄rēȝ q̄ iam
habebat desup p̄rēȝ. Beda super
Marcū. li. ij. Nec tn̄ sine certi ꝓui-
sione sacramēti faber ꝛ fabri fili⁹ estima-
ri voluit ꝛ dici. Quin poti⁹ ꝑ h̄ sē docu-
it ei⁹ filiū eē q̄ fabricator ē oīuȝ. q̄ etiam
opat̄ spū ꝛ igne. vnde ꝛ de illo tanq̄ fi-
lio fabri dicebat Iohes ꝙ baptiçaret ī
spūsctō ꝛ igni. In magna siq̄dē huius
mūdi domo vasa diūsi generis fabricat.
imo vasa ire sui spūs igne moliēdo ī va-
sa mīe cōmutat. Aug⁹ in sermone
de natiuitate dn̄i. Ceterū ꝑcesserat
ꝑma gnātio sine viro ꝛ femīa. secūda q̄ȝ
de viro sine femīa. iam erat ꝛ tertia d̄ vi-
ro ꝛ femīa. Restabat ḡ q̄rta sine viro de
femīa. q̄ tres ꝑdictas libauit cūctꝭ viuē-
tib⁹ desiderata. Idē in sermōe d̄
anūciatiōe. Itaqȝ bis nat⁹ ē dei fili⁹
q꞉ secūdo nascitur⁹ fuerat mūd⁹ q̄ peri-
erat nat⁹. Bern̄. in exhortatorio
de passiōe dn̄i. Tu es ḡ dn̄e Iesu
christe q̄si tenerrim⁹ ligni v̄miculus qui
v̄ginalit̄ edit⁹ oēȝ ꝑforas duritiā hūili
tate tua ꝛ charitate. vno īpetu spūs tui
octingētos interficiēs ꝑncipes malitie
Aug⁹ vbi. s. Sȝ quō inq̄t incredu-
lus: Maria fuit sine viro feta post partū
integ. Ipsa dicat spōsa dei arcani ꝯscia
facti. Ipsa qd̄ senserit nūcio īterloquēte
dicat. Ipsa incredulos disputādo con-
uincat. Ipsa īimicos suos īfideles ac re-
belles tāq̄ potēs regīa ꝓsternat: Potuit
v̄ga nuda in lege vitalib⁹ abscisa ramis
sine t̄ra atqȝ radicib⁹ fructuare. non po-
tuit de⁹ ꝛ m̄rēȝ facere ꝛ v̄ginē ꝯsecrare?
Erubesce iam ꝑfide ꝛ regine orb̄ simul et
celi captiua colla submitte. Per hāc t̄ de-
us succurrere voluit non nocere. Assint
nunc quoqȝ v̄gines simul et m̄res que

vterū mēq̄ fide complēt·geſtuqꝫ decoro modulantibꝫ ſonis feſta diei celebrent atqꝫ ante thoros huiꝰ ꝟginis frequent dulcia cātica dragmatis. Orb audiat· mūdꝰ gaudeat· tra celo ꝯiūgat ſe·qꝛ natus ē deꝰ in carne·ſignū ꝟginale ꝑmanſit·ꝛ oē ſeculū in Chriſti natītate reuixit

De inualida iudeoꝝ ꝛ manicheoꝝ obiectione. Augꝰ in ſermōe d̄ natiᵭ dn̄i. Ca·LXXVII·

Sed ecōtra iudeus cōtra naturā inqt ꝟgo Maria parere nō potuit. Deteſtādus q̄ꝫ manicheꝰ ait: Si Maria erat caro non potuit eē ꝟgo·ꝛ ſi ꝟgo ꝑpit·fantaſma fuit. Vtriqꝫ igit̄ eſt rn̄dendū·et exēplū neceſſariū de veteri teſtō ꝯ iudeū eſt ꝓferendū. Ecce ꝟga vt dictū eſt Aaron ꝓtulit qd̄ añ nō habuit· nō radicata plātatiōe·nec defoſſa ſarculo·nō aīata ſucco nec fecūdata ſemīario. Et cū illi deeſſent vniūſa iura nature·ꝓtulit qd̄ nec ſemine ſuggeri potuit nec radice. Virga ḡ potuit ꝯ naturā nuces adducē·ꝛ ꝟgo n̄ potuit ꝯ nature iura dei filiū gn̄āre? Dicat ergo m̄ iudeꝰ incredulus queādmoduꝫ arida ꝟga floruit ꝛ frōduit ac nuces ꝓtulit: Et ego dicā illi·queādmodū ꝟgo ꝯcepit ꝛ ꝑpit. Sꝫ ille ꝓfecto nec virge poterit explicare ꝯceptū nec ꝟginis ꝑtū. Veniat ḡ ad eccl'iaꝫ ꝛ exponat̄ illi·vt cognoſcat veꝝ ordinē natal' officij· Virgo ꝑpit tꝑe pariēdi·ꝟga nō habuit tēpora germinādi. Illa nāqꝫ decurſis nouem mēſibꝫ ꝑpit· ꝟga ꝟo alia die qd̄ natura nō habuit germīauit. Deus ḡ q̄ mirabile ꝯ naturā ſignū on̄dit vt aſina loqueret̄·ipſe mirabiliꝰ facere voluit vt Chriſtꝰ de ꝟgine naſceret̄. Audiat ꝟſutus ille manicheꝰ. Solis radiꝰ ſpecular penetrat ꝛ ſoliditatē eiꝰ inſenſibili ſb̄tilitate ꝑtraijcit· et talis videt̄ intrinſecus q̄lis extrinſecus. Itaqꝫ nec cuꝫ ingredit̄ violat nec cū egredit̄ diſſipat·qꝛ ī ingreſſu ꝛ egreſſu eius ſpecular integrum perſeuerat. Specular ergo non rūpit radius ſolis ꝛ integritatē ꝟginis ingreſſus aut egreſſus vitiare poterat deitaţ? Sꝫ q̄d vlterius īmoramur? Audiat chriſtianꝰ qd̄ nō vult audire iudeꝰ aut manicheꝰ·vt iſte ꝓficiat ī fide redēptꝰ·ꝛ ille deficiat īduratꝰ. Virga illa vn̄ agebamꝰ Aarō ꝟgo Maria fuit q̄ nob Chriſtū verum ſacerdotē cōcepit ꝛ ꝑpit· de q̊ Dauid cecinit dicēs: Tu es ſacerdos ī eternum ſm ordinē melchiſedech. Supiore nāqꝫ ꝟſu iā dixerat· virgam ꝟtutiſ tue emittet dn̄s ex ſion. Et Eſaias ꝓpheta apertiꝰ: Exiet inquit virga de radice ieſſe·ꝛ flos de radice eiꝰ aſcendet. Qd̄ ḡ virga h' nuces ꝓduxit imago dn̄ici corꝑis fuit. Nux enī trinā hꝫ ī ſuo corꝑe ſubē vnione coriū teſtā ꝛ nucleū. In corio caro·in teſta oſſa·in nucleo interior cōꝑat̄ aīa.

De illiꝰ ſecreti icōprehēſibilitate. Petrus epūs vbi ſupra. Capitulū LXXVIII.

VErū ad illud ſecretū regalis cubiculi nulli ꝑmittit̄ acceſſus exꝰneo·nulli īmūdo· nulliqꝫ infideli. Ad thalamū ſpōſi nullꝰ admittit̄ niſi ſatq̄ ꝓximꝰ·niſi ſatq̄ intimꝰ·niſi bone conſcie·niſi laudabil' fame·niſi ꝓbabil' vite. Vn̄ eſtima hō q̄s q̄ntꝰ ꝛ q̄liſ ſis·ꝛ tūc cogita vtrū natiuitatiſ dn̄ice ſecretū penetrare poſſis: vtrū ad illud cubiculū totiꝰ maieſtatis ꝑuenire merearis. Vtrū debeas cōceptū ꝟginis temerariꝰ diſcurſor attēdere·ipſaſqꝫ dei manꝰ operantes ſctiſſimi corꝑis templū intra genitricis aluū audax ꝛ curioſus arbit̄ inſpicere·myſteriū ſecul' abſcōditū oculis tuiſ nudare·ꝛ ipſis angel' inuiſibile ſacr̄m tibi reuelare·ſicqꝫ templū celeſtis fabrice ꝯſidere·vt liquido deꝑhendas quō deꝰ penetrale clauſe carnis ītrauerit·queādmodum ſacri corporis in illo venerabili vtero preter virginis conſcientiā liniamenta pinxerit·quomodo preter concipientis ſenſum manſura ſeculis oſſa ſolidauerit·qualit̄ preter hominis ordinē hominis veram formam ꝓduxerit·queādmodū pret̄ carnis ſollicitudinē totā carnis aſſumpſerit veritatē· qua ratiōe

p̄ter naturam nature nr̄e integrā ſuſce-
perit qualitatē. Et ſi adhuc tibi liber ac-
ceſſus nō patuerit· conceptū ꝟginis diſ-
cutere noli· ſed crede ac pie ſenti· qꝛ ſi ſa-
cramētū reqris iniuriā facis. Fide pcipe
qꝛ deo totū eſt poſſibile· nec mīma q̄dem
operū eius aſſequi poteris ſine fide· ſcp̄tu-
ra q̄ʒ dicente· ꝙ oīa opa eiꝰ in fide: ve-
runtā niſi totū ex fide conſiſtit· non ſine
ratione ſubſiſtit ſed ratiōe dīna nō tua.
Quid enī tam rōnabile· q̄ʒ vt quicquid
voluerit deus poſſit? Nam vtiqʒ q̄ qđ
vult non pōt deus non eſt. Que ḡ man-
dat deus exequit̄ angelus· implet ſpūs
efficit ꝟtus· virgo credit· natura ſuſcipit
celi enarrāt· ſtelle annūciant· magi p̄di-
cant· paſtores adorāt· cognoſcūt pecora
teſtante ꝓpheta: Cognouit inqt bos poſ
ſeſſorē ſuū ⁊ aſinꝰ p̄ſepe dn̄i ſui. Tu igit̄
homo ⁊ ſi nō mox cū angelis· agnoſce vl̄
tardiſſime cū iumētis· ne dū morarīs ⁊ ob-
latas ipſis q̄ʒ iumētis poſtponarīs q̄bꝫ ante
vel cōpatꝰ fueras: Ecce iumēta caudis
adulant̄· auribꝫ blandiūt̄· linguis lam-
bunt· ⁊ nutu q̄ poſſūt auctorē ſuū fatent̄
cōtra naturā in tuā veniſſe naturā· ⁊ tu
cū iudeis diſcutis· carpis· qui dn̄ʒ ſuuʒ a
ſuis diuſorijs excluſerūt· quem iumenta
ſuis in p̄ſepibꝫ ſuſceperūt.

Iterū de ipſius reuerētia ⁊ honore. Augꝰ in ſermōe de annūciatione. Cap· LXXIX·

Caſtiſſimū ergo Marie
ꝟginis vterū· clauſū ventris cu-
biculū· ſignatū pudoris cena-
culū merito pleniſſime collaudarē· ſi me
terē meſſem quā nō ſemiarē· Deus ſolꝰ
pōt metere qđ non ſemiauit· ſicut ipſe in
euāgelio dicit: Dicat igitur ſolus· dicat
natus ex ꝟgine filius Marie· dicat ſpō-
ſe matri ſue: Meto vbi non ſeminaui· et
colligo vbi nō ſparſi. Dicat ⁊ Maria:
Et ego te filiū generaui ſed ꝟginitateʒ
meam non violaui. Regnū tenui virgi-
nitatis· ⁊ regeʒ genui caſtitatis. Ingrediē-
tem ⁊ egredientē habui in palatio ven-
tris filiū impatoris· ⁊ e manibꝫ meis nō
auulſi clauem regis pudoris. Porta
facta ſum celi· ianua facta ſum filio dei.
Illa porta facta ſum clauſa· quaʒ in vi-
ſione dīna vidit Ezechiel ꝓpħa. Itaqʒ
conſidero conceptū tuū btā ꝟgo ⁊ expa
ueſco· intueor partum tuum ⁊ contre-
miſco. Adoro filium tuum ⁊ reuiuiſco.
Enarra obſecro m̄ quō meruiſti dici nu
rus dei ſpōſaqʒ filij dei? Ignoſce inqʒ m̄
ꝙ audeā ſeruus atqʒ vtinā vel bonꝰ vel
nō etiā inutilis ⁊ malꝰ ſeruꝰ· cū ſpōſa dn̄i
mei cōfabulari· ⁊ tn̄ indica m̄ quō potue
rit dei filius per te gnāri. Audite audite
Mariam nob colloquentē· carne abſcu
tem· ſpū p̄ntē· verecūdia ꝟginitatis vul-
tum auertentē a collocutore ⁊ iudican-
tem quō impḡnata ſit a creatore: Eram
inqt Maria in domo mea puella iudea
ex ſemīe Dauid regis gnāta. Adulta ſuʒ
facta ⁊ deſpōſata ꝯiugi· placui alteri nō
intueniēte adulterio· ħ intcedēte ſpūſan
cto. Deſpōſata ſum hoī iudeo ⁊ placui
hoī deo. Ignorauit q̄dem Ioſeph ſpō-
ſus meus ꝙ amaſſet me deꝰ meus· ⁊ pu-
tauit ꝙ adulterio impḡnatꝰ ſit vent̄ meꝰ
Nāqʒ ignorāte ſpōſo meo Ioſeph ve-
nit ad me q̄dā magnꝰ Chriſti paranym-
phus· nō p̄triarcha p̄mꝰ· aut ꝓpħa egre
giꝰ· ħ Gabriel ille archāgelꝰ· facie ruti-
lans· veſte coruſcās· īceſſu mirabili· aſpe-
ctu terribili viſitauit me ⁊ pturbauit et
ſalutauit ⁊ guidauit. Dixitqʒ m̄: Aue
ḡra plena dn̄s tecū. Dn̄s inqt tecū· ſed
plus q̄ʒ mecū· vt ſit in corde tuo· ſit ⁊ in
vtero tuo. Adimpleuit mentē tuā ⁊ car-
nē tuam· pcedat ex vtero tuo formoſus
tanqʒ ſpōſus de thalamo ſuo· pnceps ex
aula regali ita vt ꝟginitatē tuā nō faci-
atꝰ violari. Gaude itaqʒ Ioſeph nimi-
umqʒ cōgaude ꝟginitati Marie· qꝛ ſo-
lus meruiſti ꝟginale ꝯiugiū p̄ſidere· qꝛ
p meritū ꝟginitatis ita ſepatꝰ es a ꝯcubi
tu vxoris vt pater dicaris.

De mūdicia partus ipſiꝰ ⁊ puritate. Idem i ſermōe đ natiuitate dn̄i. Cap· LXXX·

Non aūt deſūt heretici·
q̄ cū ipſi ſint imūdi dicūt non
potuiſſe fieri vt Chriſt⁹ d̄ Ma-
ria naſceret̄· eo q̄ illa corpis pars turpis
fuiſſe putet̄. Nō ſi etiā ibi aliqd imūdi-
tie fuiſſet· ſua p̄ntia dn̄s purificaſſet. At
tēdite ſolē vbiq3 radios mittētē i ſordib⁹
i cloacis i locis etiā ſqualidiſſimis Ecce
cloace ſiccant̄ ꝛ radi⁹ ſolis nō coinqnat̄
Audi etiā aliud imūde heretice· vbi eſt
aīa tua impia ꝛ īfidel' q̄ iſta ſibi ꝯfingit
credēs ſpiritib⁹ error̄: Nūqd tm̄ ē in ca
pite i manib⁹ i ocul' ꝛ nō etiā i inteſtinis
tuis· vbi ſūt ſtercora tua? Ergo ſtulte
aīa tua nō coinqnat̄ a ſtercore tuo ꝛ de-
us inqnari potuit ab ope ſuo? Idē
de eodē. Quid ḡ nob̄ ꝯſtiterit tāte ſb̄
limitati̇ hūilitas? Fides h̄ chriſtianorū
remota ē a cordib⁹ impioꝝ· q̄m abſcon-
dit h̄ de⁹ a ſapiētib⁹ ꝛ prudētib⁹ ꝛ reue-
lauit ea paruul'. Sapiētes· n· illi dū alta
querūt ꝛ hūilia nō credūt· iſta p̄termit-
tentes· ꝛ iō nec ad illa ꝑueniētes· ianes
ac leues inflati ꝛ elati· tāq3 int̄ celū ꝛ ter-
ram i vento ſe medio ꝑpēderūt. Sūt· n
ſapiētes hui⁹ ſeculi nō dei. Nā ſi eēt in
eis vera ſapiā q̄ dei ꝛ de⁹ ē· itellgeret ab
eo carnē potuiſſe ſuſcipi· nec eū i carnem
potuiſſe mutari· ꝛ īfātili corpi potētiā eē
inditā· ꝛ mūdane moli nō eē ſbtractam
Cui⁹ op⁹ eſt apud pr̄ez manēs vniūſus
mūdus· cui⁹ op⁹ ē apud nos veniēti̇ vir-
ginis partus. Dedit q̄ppe v̄go mr̄ ma-
ieſtati̇ ei⁹ indiciū· q̄3 v̄go an̄ cōceptū· tā
v̄go poſt partū. A viro nō grauida fa-
cta h̄ inuēta ꝑgnās· maſculū ſine maſcu-
lo geſtās· felicior atq3 mirabilior fecūdi-
tate edita ꝛ integritate nō ꝑdita. Idē
de eodē. Nat⁹ ē ḡ de⁹ nr̄ ex carne ſed
nō ex carnali corruptione. Nat⁹ vt hō
ſed nō genitus vt hō· ita ſuſcepit carnis
hūanitatē vt ſeruaret maieſtati̇ honorē
Ac ſic ſegregādo puritatē natiuitati̇ ſue
a cōcretiōe colluuiōis hūane. Peregit
q̄dē in ortu ſuo plenā hoīs diſpēſationē
ſed dei tamen non deſeruit dignitatē.
Ideoq3 i mūdo iſto talis actu q̄lis na-
tiuitate· puritatē ort⁹ ſui ſeruauit ꝛ i vite
ſinceritate. Solus eni eſt ille in cui⁹ ore
vt ſcriptū eſt dolus nō fuit· vtiq3 vt qui
colluuionē humanā in creatiōe neſcie-
rat· etiā in conūſatiōe neſciret· ac ꝑ ſince
ritatē imaculatā in mūdo viueret· quē
ſinceritas imaculata genuiſſet.

**De perpetua beate Marie vir
ginitate. Hugo in· li· de perpe-
tua virginitate beate Marie.
·Capitulum ·LXXXI·**

De virginitate ſiqdē eius
h̄ pie fides ꝛ pietas fidelit̄ con-
fitet̄· q̄ ei⁹ ꝑfectiōnē nullaten⁹
iminuit cōiugal' cōſenſus· ſic ipſi⁹ caſti-
tatē nō violauit cōcept⁹· nec integrita-
tem abſtulit part⁹. Aug⁹ in ſermo-
ne de natiuitate dn̄i. Sūt aūt qui
dicūt eā poſt partū dn̄i filios ex Joſeph
habuiſſe· qd̄ vtiq3 nephas ē credē. Ge-
nitalia ſiqdē q̄b⁹ i mūdū ꝓgredim̄ porte
dicūt̄· ſicut i libro Job ſcribit̄: Qui con
cluſit portas ventris ꝛc. Ergo porta per
quā ingreſſus ē dn̄s ſp clauſa fuit· ſic ad
Ezechielē dn̄s ait: Porta h̄ quā vides
clauſa erit ꝛ nō apiet̄· ꝛ vir nō trāſiet ꝑ
eā q̄m dn̄s de⁹ iſrl' ingreſſus ē ꝑ eā. Ecce
vbi euidēt̄ oñdit nob̄ q̄ ſctā Maria ſp
v̄go fueīt· v̄go ꝑmāſerit v̄go an̄ partū
v̄go in partu v̄go poſt partū. Cōcepit
ꝛ v̄go ē· gnāt ꝛ v̄go ē· lactat ꝛ v̄go eſt.
Maria ſancta heretice mat̄ eſſe potuit·
mulier eſſe nō potuit. Intumeſcūt vbera
virginis ꝛ intacta manēt genitalia mr̄is
vtiq3 corrūpi nō potuit q̄ integritatē ge-
nuit. Idē in eodem. Legit̄ tamē
Chriſt⁹ dn̄s fact⁹ ex muliere fact⁹ ſb̄ lege
Sz nemo cū mulierē audit mr̄ez dn̄i eē
noīs moueat̄ offenſione. Virgo ꝯcepit
ex ſpū· ſ̄ mulier ex ſexu noīat̄. Et iō euā
geliſta v̄ginē· apl's aūt mulierē nūcupa
uit· vt oēs in partu v̄ginis oīpotentiam
diuinitatis agnoſcerent· in appellatiōe
autem mulieris nomē ꝯditiōis audirēt
Hieronym⁹ cōtra Heluidi-
um. Tu āt Heluidi dicis Mariā v̄ginē

nō pmanſiſſe. Ego mihi plus vendico Jo ſeph etiā virginē p Mariam fuiſſe vt ex ꝟginali cōiugio naſceretᷣ fili⁹ ꝟgo. Si eni in virū ſanctū fornicatio nō cadit. et aliā vxorē ille nō ſcribitᷣ habuiſſe. Marię ꝟo quā habuiſſe putatᷣ eſt cuſtos potius ꝙ marit⁹. Relinqtᷣ eū virginē ⁊ caſtū pmanſiſſe. qꝛ dn̄i pr̄ appellari meruit Sꝫ vn̄ inqs frēs dn̄i dicti ſūt qdā ſi frēſ ei⁹ nō erāt? Jā nūc doceberis qttuoꝛ modis frēs in ſcripturis dici: Natura. gente cogtiōe. affectu. Natura vt Eſau ⁊ Jacob. Gente vt oēs iudei. Cognatiōe vt Abraā ⁊ Loth. Affectu q in duo ſcinditur. in ſpāle. ⁊ ſic oēſ chriſtiani frēſ vocātur. ⁊ cōe ſic oēs hoīes qꝛ ex vno pr̄e. Jmperitiſſime hoīuꝫ iſta ñ legiſti ⁊ toto ſcripturarū pelago derelicto ad īiuriā virginis tuā rabiē cōtuliſti. Fact⁹ es ī exēplū ei⁹ quē fabulę ferūt. q cū vulgo eēt ignotus ⁊ nihil boni poſſet facinoris excogitare q not⁹ fieret. dianę templū incendit. Nulloqꝫ pdēte ſacrilegiū. fertᷣ ipſe ī medio pceſſiſſe clamitās ſeſe incēdiū ſubiciſſe. Sciſcitātibuſqꝫ epheſi pn̄cipibꝫ ꝙ ob cauſaꝫ h̄ facē voluiſſet: Rn̄dit: vt qꝛ bn̄ nō poterā male oībꝫ īnoteſcerē. Et h̄ qdē d̄ illo gręca narrat hiſtoria. Tu ꝟo templū dn̄ici coꝛporis ſuccēdiſti. tu cōtaminaſti ſacrariū ſpūſſancti. ex q vis fratrū ⁊ ſoroꝝ qdrigā pceſſiſſe cōgeriem.

¶ De hoc ꝙ peperit ſine doloꝛe. Hugo vbi. s. · Cap. LXXXII.

Reſtat nūc vt eā etiā ſine doloꝛe demonſtrem⁹ peperiſſe. Prima nāqꝫ illa nr̄i gn̄is ⁊ doloꝛiſ mater poſtqꝫ mala delectatiōe cōceperat. tūc deinde ꝙ filios ī doloꝛe paritura eēt audiebat vt apte demōſtraretᷣ ꝙ nō idcirco pariat cū doloꝛe ꝙ a viro concipit h̄ ꝙ cū libidine. Beata ꝟo virgo Maria vt ſupꝛa pmā conditionē eſſet ſecūda reſtauratio. ⁊ naturā gr̄a vinceret: ſaluatoꝛē ꝟo nō ſolum ſine libidine cōcepit h̄ neqꝫ de ſemīe viri partū acceptit. ⁊ ob h̄ ſine doloꝛe filiū ędidit. ⁊ cū integritatis decoꝛe poſt partū virgo pmāſit. ¶ Ildeffonſus ep̄us toletan⁹ in ſermōe de aſſumptione.

Abſit igitᷣ vt dei fili⁹ mr̄is pudoꝛē vllis vexauerit iniuriarū moleſtijs. Abſit vt illa q oīſ Eue maledictio ſoluta ē. ipſa ī partu maledictiōis ſbiacuerit pmę dānatiōis. Abſit vt vbi virt⁹ naſcitᷣ tanta vitioꝝ colluuio fuiſſe credatᷣ. ibiqꝫ tāta triſticia ⁊ gemit⁹ intuenerit vbi gaudiū oīuꝫ pdicatᷣ: ad cui⁹ etiā partū multitudo cecinit angeloꝛum. Abſit igitur vt inter angeloꝛum diſcurſus immūda ſederit in ſanguine ſepteꝫ diebꝫ ad quam ſi ita eſſet. nec paſtoꝛes mane iux legē. vt ita dicam ingredi liceret. Nūc aūt angelus eſſe euāgelicā di gr̄a deuot⁹ inuitat. veniūt ⁊ inueniūt de ꝟbo qđ eis pdicatum fuerat. h̄ ⁊ magi deinceps venerabiliter domū intrāt ⁊ īueniūt Mariā cum Joſeph nō doloꝛibꝫ vexatā h̄ puero obſequentem. ¶ Hieronym⁹ vbi. s.

Ergo in partu virginis obſtetrix nulla fuit. nulla muliercularuꝫ ſedulitas interceſſit. Jpſa pānis infantē inuoluit. ipſa mater ⁊ obſtetrix fuit. ⁊ eū in pſepio reclinauit ¶ Aug⁹ in ſermōe d̄ aſſūptione. Dicat ḡ Maria ꝟgo. q nat⁹ eſt ex vētre meo. exiuit curſu gigāteo magnificuſ. ⁊ ventᷣ meus pudoꝛe nō eſt exinauat⁹. Jtaqꝫ nec pceptiōe inuēta ſuꝫ ſine pudoꝛe. nec parturitiōe īuēta ſuꝫ cū doloꝛe. ¶ Jdē de eodem. Jpſa inqꝫ dicat ſpōſa dei. arcani pſcia facti: Spiritū angelo loquēte ſenſi. viruꝫ Chꝛiſto deuota neſcivi. nihil doloris in partu ſuſtinui. De⁹ voluit me glificare nō fedare Nō potuit lacerari pudoꝛ me⁹ p quem naſci voluit de⁹. Sic nimirū Chꝛiſt⁹ naſci debuit vt voluit. nec maieſtas illa potuit pollui q trāſiuit ⁊ matᷣ h̄ credidit qđ inuenit.

¶ De nouitate miraculoꝝ circa virginis partū. Jdē d̄ ſymbolo. li. iiij. · Cap. LXXXIII.

Quis autem nō expaueſcat cum audit deum natum?

Miratis adhuc · adhuc mirare · parit mat̄ ⁊ ꝟgo fęta ⁊ intacta. Factor oīuꝫ fit int̄ oīa · portat̄ manibꝰ mr̄is rector toti⁹ orb̄ · lambit vbera regēs ſidera · tacet ⁊ verbum eſt. Necdū ſe q̇s eēt demōſtrabat ⁊ vniu̇ſa creat̄a creatorē ſuū indicabat

¶ Bern̄ · in ſermōe de natiuitate dn̄i. In hac itaqꝫ natiuitate dn̄i cōſidera quędā rerū gn̄a · nō ſolum diu̇ſa ſed ⁊ valde diſſimilia. Siq̇dē ⁊ puer q̇ naſcit̄ de⁹ eſt · ⁊ mat̄ de q̄ naſcit̄ ꝟgo eſt ⁊ part⁹ ipſe ſine dolore ē. Fulget ī tenebris lux noua de cęlo · gaudiū magnum euāgeliçat angel⁹ d̄ excelſo · laudat multitudo militię cęleſtis · dat̄ glia deo · pax hoībꝰ bonę volūtatꝗ. Hęc ⁊ his ſiīa ſunt ꝟtutꝗ diīnę nō fragilitatꝗ hūanę.

¶ Idē in ſermōe de vigilia. Innoua dn̄e ſigna ⁊ īmuta mirabilia · qm̄ ꝯſuetudine ipſa viluerūt ṗora. Plane ſolis ort⁹ ⁊ occaſus terrę fęcūditas tpoꝝ viciſſitudo miracula mag̃ ſūt · ſꝫ toties viſa ꝙ h̄ iam hoīes nō attēdūt. Innoua ḡ ſigna ⁊ īmuta mirabilia Ecce inq̇t noua facio oīa. Quis h̄ ait? Agn⁹ vtiqꝫ q̇ ſedebat in throno. Agn⁹ plane tot⁹ ſuauis · tot⁹ delectabil̄ · deniqꝫ tot⁹ vnct⁹ · hoc enī interp̄tat̄ Chriſt⁹. Nā q̇ poterit aſꝑ aut durus videri · q̇ nec ipſi ī natiuitate q̇cq̄ꝫ leſiōis intulit mr̄i? O vere noua miracula · concept⁹ fuit ſine pudore · part⁹ ſine dolore. Mutata ē in ꝟgine nr̄a maledictio Euę: peperit enī filium ſine dolore. Mutata ē inq̄ꝫ maledictio in bn̄dictionem · ſicut ꝑ̄dicatū eſt ꝑ angelū Gabrielem: Bn̄dicta tu inq̇t in mulieribus. O beata ſūma int̄ mulieres · bn̄dicta ⁊ non maledicta · ſola a gn̄ali maledictiōe libera · ⁊ a dolore parturientiū aliena. Nec mirū frēs ſi dolorē nō intulit mr̄i q̇ tulit dolores totius mūdi. Adhuc etiā accumulāt̄ ⁊ īnouāt̄ ſig̃ · īmutāt̄ miracl̄a Nō enī ſolū ſine pudore ꝯcept⁹ ⁊ part⁹ ſine dolore · ſꝫ ⁊ mat̄ ſine corruptiōe. O ꝟe nouitas inaudita: Virgo ꝑpit ⁊ p⁹ partū inuiolata ꝑmāſit. Fęcūditatē ꝓlis cum carnis integritate · ⁊ gaudium mr̄is hn̄s cū ꝟginitatis honore.

¶ De myſterijs eorum Cap. · LXXXIIII ·

Ecce diuitię ſalutis cuꝫ glia nouitatꝗ. Duo q̇ppe ſūt q̄ timet hūana fragilitas · pudor ⁊ dolor. Vtrūqꝫ filius dei tollere venit vnde et vtrūqꝫ ſuſcepit · cū vt cętera ſileam · nō ſolū mortꝗ ſꝫ ⁊ mortꝗ turpiſſime cōdemnationē ab iniq̇s ſuſtinuit. Vt ḡ fiduciā nob̄ daret ꝙ h̄ a nob̄ tolleret ṗus mr̄em ſuā īmunē ab vtroqꝫ ſeruauit · vt nec ī ꝯceptu q̇cq̄ꝫ pudorꝗ · nec ī ꝑtu q̇cq̄ꝫ dolorꝗ exiſteret · ⁊ ꝑ̄ter h̄ mat̄ q̊ꝫ ꝑmāſit integra. Iam ſecur⁹ expecto ꝓmiſſaꝫ m̄ gliaꝫ incorruptiōis ī carne mea · qn̄quidem ꝯſeruata ꝑ eū eſt incorruptio etiaꝫ in mr̄e ſua. Facile ſiquidē erit illi ꝑ quē mat̄ incorruptionē nō ꝑdidit pariendo ⁊ vt corruptibile h̄ incorruptionē induat reſurgēdo Habes tn̄ adhuc maiores diuitias ⁊ gliaꝫ ampliorē. Mat̄ eſt ſine ꝟginitatꝗ corruptiōe · filius aūt ſine omni peccati labe. In mr̄em nō cadit Euę maledictio · nō cadit in ꝓlem gn̄alis illa cōditio · de qua dictū eſt ꝑ ꝓphetā: Nemo mundus a ſorde nec infans cui⁹ vnius diei ē vita ſuꝑ t̄raꝫ. Ecce infans ſine ſorde ſolus int̄ hoīeſ verax · imo ⁊ ipſa veritas. Ecce agn⁹ ſine macula · agn⁹ dei q̇ tollit pctā mūdi. Quis enī pctā melius tolleret q̄ꝫ is ī quē pctm̄ nō cadit? Iſte ſine dubio me pōt lauare quē ꝯſtat inq̇natū nō eſſe. Hęc man⁹ optū luto meū oculū det̄gat · quā ſine puluere eſſe conſtat. Iſte m̄ feſtucā educat d̄ oculo qui nō habet trabem in ſuo · imo iſte trabes educat de oculo meo q̇ nec exiguū puluerē hꝫ in ſuo. Vidim⁹ certe diuitias ſalutꝗ ⁊ vitę. Vidim⁹ gliaꝫ ei⁹ q̄ſi vnigēiti a pr̄e. Querꝗ a q̊ pr̄e? Et fili⁹ inq̇t altiſſimi vocabit̄. Manifeſtū ē q̇s ſit altiſſim⁹ Sꝫ ne q̇s remaneat loc⁹ diſſimilatiōis · qḋ ex te naſcet̄ ſanctū ait āgel⁹ ad Mariā vocabit̄ filius dei. O vere ſanctū. Non dabis dn̄e ſanctū tuū videre corruptionem · quod nec matri quidem abſtulit

icorruptionē. Creſcūt miracula· diuitie multiplicant᷑· theſaur⁹ aperit᷑. Que gnāt mater ⁊ virgo eſt· qui gnātur deus ⁊ hō eſt. Sȝ nūqd dabit᷑ ſanctū canib⁹· aut margarite porcis᷑ Abſcondat᷑ certe theſaurus nr̄ in agro ⁊ pecunia nr̄a reponatur in ſacco. Operiat᷑ concept⁹ ſine ſemine mr̄is deſponſatione· partus ſine dolore· paruuli ſine vagitib⁹ ⁊ merore. Abſcondat᷑ ⁊ pturiētis incorruptio legali purificatiōe· infantis innocentia ſolita circumciſione.

De filii virgis educatiōe Marie. Capitulū LXXXV.

Abſconde inq̄ȝ abſcōde Maria nouī ſolis fulgorē· pone in p̄ſepio· inuolue pānis infantē. Nam ⁊ ipſi pāni diuitie nr̄e ſunt precioſiores ſiquidēȝ panni ſaluatoris oī purpura· ⁊ glorioſius hoc p̄ſepe auratis regū ſolijs. Ditior deniqȝ Chriſti paupertas cūctis opib⁹ cunctiſqȝ theſauris. Idēȝ in ſermōe de annūciatione. Lacta Maria creatorē tuū· lacta panē celi· lacta p̄ciū mūdi· p̄be lambenti mā̄millam vt ille pro te p̄beat percutienti maxillā. Tu illi mater tpalē miniſtra ſubam vt ipſe nob ⁊ tibi vitā tribuat ſempiternā. Lacta q̄ fecit te q̄ talē fecit te vt ipſe fieret ī te. Ex alio ſermone de eodē. O felicia oſcula lactantis labris impreſſa cuȝ int᷑ crebra indicia reptātis infantie· vtpote ver⁹ ex te hoīs filius tibi mr̄i alluderet· cū ver⁹ ex patre dn̄s dei vnigenit⁹ imparet· q̄ etiaȝ poſt multas aſſūpte carnis iniurias ad vltimū affixus patibulo ſe verū hoīem patiēdo monſtrauit· vt verā te mr̄em oſtenderet. Odilo cluniacē. Vnū quippe ſcim⁹ p certo q̄ ois Marie vita ⁊ actio ſemp intēta fuit in dn̄o. Itaqȝ oē tpus dn̄ice infantie pueritie adoleſcētie cum illo pegit ⁊ obſequiū matne dulcedinis vt vera mat᷑ vero hūanitati ſue filio miniſtrauit. Quot aūt fuerīt int᷑ ſe colloqa q̄ȝ dulcia q̄ȝ amabilia· q̄n in mr̄e fulgebat v̄ginitas ⁊ letabat᷑ fecūditas· ī filio vero apparebat hūanitas ⁊ latebat diuinitas. Auguſtin⁹ in ſermōe de natiuitate dn̄i. Quale erat deificiū ac v̄ginale pſortiū· nō dico nr̄m ſ; oīuȝ hoīuȝ excedit ītellectū· laudē ergo dn̄i loquet᷑ os meū eius dn̄i p quē facta ſūt oīa· q̄ factus eſt int᷑ oīa· pr̄is reuelator mr̄iſqȝ creator· vtero v̄ginali recept⁹ ſ; non incluſus· in ſinu pr̄is manēs ⁊ matris vtero pcedēs. Idē in ſymbolo li. iiij. Portat᷑ manib⁹ mr̄is rector totius orb· lambit vbera regēs ſidera tacet ⁊ verbū eſt. Idē in ſermone Fatur in ſinu pr̄is· tacet in ſinu mr̄is· lacta ḡ mater v̄go cibū nr̄m· lacta paneȝ de celo venientē ⁊ in p̄ſepio poſituȝ· velut pio cibaria iumētoꝝ. Lacta euȝ q̄ talem te fecit· vt ipſe fieret in te· q̄ tibi et mun⁹ fecūditatis attulit cōcept⁹· ⁊ decus v̄ginitatis nō abſtulit nat⁹. Qui ſibi priuſqȝ naſceret᷑ ⁊ vterū ⁊ q̄ naſceret᷑· ⁊ diē q̄ naſceret᷑ elegit· ⁊ ipſe pdidit qđ elegit vt illinc velut ſponſus de thalamo ſuo pcederet· q̄ mortalib⁹ oculis videri poſſet ⁊ augmēto lucis annue luceȝ ſe ven ſſe mētium oſtenderet.

De ſerpētis antiq cōculcatiōe Bern. in ſermōe de duodecim ſtellis. Cap. LXXXVI.

Nunc videdū eſt qualit᷑ antiquus hoſtis ſb Marie pedib⁹ pculcat᷑ ⁊ ptrit⁹ miſerā ſeruitutē patit᷑. Ipſa nimirū eſt mulier q̄ndam a deo pmiſſa ſerpētis caput v̄tutis pede ptritura. Nā ⁊ ptinuo draco ille per Herodē inſidiat⁹ eſt parienti vt naſcētē excipiēs deuoraret filiū v̄ginis· eo q̄ inimicitie eēnt int᷑ ſemē illi⁹ ⁊ dracōis. Maxim⁹ in ſermōe de quadrageſima. Cū eni videret inimic⁹ dei filium ex Maria Que vtiqȝ filia p tāta pcreatuȝ miracula· ſecum vt arbitror voluebat: Quis ē iſte q̄ hūc ingreſſus ē mūdū neſciēte me᷑ Noui qdē q̄ ſit de femīa nat⁹ ſ; neſcio vn̄ cōceptus. Aſtat ecce mater.

ſed inueſtigare non poſſum qˀs fuerit pater. Partū video·ſed naſcētē nō agnoſco·⁊ quod accreſcit ſtupori meo inconſueta lege pariēdi·etiā ędito filio mater exultat vt virgo. En iacet in cunabulis paruulus vultum lachrymis ſuffundit ſimilemqȝ ſe eſſe mortaliū vagitibꝫ ꝓdit. Cūqȝ nihil eidē infantia deſit·nulla tamen illi velut infantię corruptio exiſtit. Pannis obſitus ſordet·ſed cęlū illi radio ſtellę lętioris arridet. Sed ⁊ in honorem ipſius angeli ei miſtrantes int̄ ſidera terraſqȝ concurrūt ⁊ exultātes annunciant quā non intelligo nouitatem. Quid eſt hoc miraculi? Video qđ aduertere nequeo·audio qđ ſuſtinē nō valeo·ſ·vt homo natus honoret̄ vt deus. A ſęculis quoqȝ nunqȝ hoc mihi cōtigit vt quiſqȝ homo naſcens hanc vitam intraret·⁊ hūani vitij nihil haberet. Quę tam noua hęc poteſqȝ gnātio? Int̄ peccatores ⁊ impios natus mortaliqȝ đ matre ꝓgreſſus purgat·cunctis naſcentibꝫ ⁊ ipſo cęlo purior apparet· nihilqȝ in eo reperio quod me delectet· ſed ꝗ oēs conatus meos euacuet. Quid agā? Quo me vertam? Fortiorē illuȝ ſentio·⁊ in regno meo velle regnare puto. Ergo ne forte deus ſit iſte quem nullū poteſt delictum maculare? Sed ſi deus eſſet quō fęminei partus indignitates ſuſtineret? Quō cunis panniſqȝ contentꝰ eēt·quis credere poſſit in deo vagitus infantię? Cui audienti ridiculū non ſit deum fęmineo nutriri lacte? Poſt oīa ecce etiā eſurit cum eſurire deum nulla ꝑſuadere ratio poſſit. Ignorabat quippe diabolus quia ꝗ Chriſtꝰ infantię nutrimenta ꝑferebat·⁊ ꝗ vt homo eſuriebat nō erat fragilitatꝭ corꝑe·ſed ſacramentū cęleſtis gratię. Illū itaqȝ congreſſum ꝑ̄ſumere partus fęmineꝰ animabat·ſed parientꝭ v̾ginitas deterrebat. Humani deniqȝ corꝑis forma callidiſſimū hoſteȝ ad pręlium ꝓdire ſuaſit. Sed verus dei filius ⁊ verus hō manifeſte victoriam peregit.

Bernardus vbi ſupra. Multꝭ deniqȝ verſutijs idem ſerpēns inſidiatꝰ eſt calcaneo ꝑ̄fatę mulieri·i·Marię virginis·ſed ſine cauſa·qm̄ vniūſam prauitatem hęreticam ipſa cōtriuit ſola. Aliꝰ ſiquidem illam non de ſub̄a carnis ſuę Chriſtū ędidiſſe dogmatiçabat. Alius paruulū non peꝑiſſe ſed reperiſſe ſibilabat. Alius vel poſt partū viro cognitam blaſphemabat. Alius dei matrē audire non ſuſtinēſ magnū illud nomē theothocos impijſſime ſuggillabat. Sed cōtriti ſunt inſidiatores·conculcati ſupplantatores·cōfutati derogatores·⁊ beatā eaȝ dicunt oēs gnātiones.

De ſapientię virginalis ꝓfunditate. · Cap· LXXXVII·

Non autē vt arbitror ſatis iuſte mouent̄ quidam ſuper quadam ſnīa mea qua dixi cū exponerem euangeliū·dei conſiliuȝ nulli etiam angeloꝝ beatoꝝ anteqȝ virgini reuelatū. Hanc auteȝ ſnīam non cōſtant̄ affirmo·ſed cuȝ temperamēto. Quis ſi ex ſnīa hoc dixerim· nō video cur incredibile videatur· nō quidē de opere v̾bi incarnādi qđ multis etiā mortaliū ⁊ pręſcire donatū eſt ⁊ ꝑ̄dicere·ſed de tempore ⁊ loco ⁊ modo ⁊ perſonę virginal̄ electione. Nam illuȝ incomp̄henſibilē quē ⁊ virgo ſollicita requiſiuit modū·m̄ videtur ne ipſi quidem vt eius pace dixerī qui annūciabat fuiſſe ꝑ̄cognitū. Reſpōdens quippe: ſpūſſanctꝰ ſuꝑueniet in te: nōne quideȝ apte mittit ad magiſteriū ſpūſſancti vt v̾go experiendo diſcat qđ audiendo nō poterat·ſed ⁊ ipſaȝ v̾ginē vn̄ ꝓbabit̄ ex noīe vel ex facie an̄ angel̄ cognitā·ꝗ ipſa videlicet eſſet quā deꝰ ſibi in mr̄eȝ elegiſſet·excepto dūtaxat archangelo cui ⁊ ſeruāda ab initio tradita fuiſſe credēda eſt. Ergo ſalua fide et ſcripturarū v̾itate dinū myſteriū de prędictis q̄ttuor ignoraſſe poterāt angeli· ꝑ̄ſertim vt hoꝝ reuelandoꝝ ꝑ̄rogatiua ſeruaretur matri virgini. Beda in

omel. Exurgens Maria. Hinc
7 apte poſt angeli viſionē in mōtana ſb-
ijt que guſtata ſuauitate ſupnoꝝ ciuiū
hūilitatē greſſibꝫ ſe ad alta virtutū trāſ-
tulit. Que mox vt ad ſalutandū os ape
ruit repleta ē ſpūſctō Elizabeth. replet⁹
7 Johānes: Quibꝫ vno eodēqꝫ ſpiritu
edoctis. illa ſalutantē que eſſet agnouit
7 vt matrē dñi ſui debita cū bñdictiōe
honorauit. Ille qꝫ illū eſſe dñm q̄ virgi-
nis vtero portaret intellexit. Illa itaqꝫ
dñi matrē agnouit. ſed nil in ſe reperit
talis meriti cꝫ digna fieret a tanta hoſpi
ta viſitari. Mirūqꝫ in modū idem ſpūs
eam cū repleuit pñtiū ſimul 7 pteritoꝝ
ac futuroꝝ factū inſtruxit. Dñi 7 Ma-
riam matrē dñi vocās fructū ventris eius
ſingularit bñdixit. 7 v̄ba angeli ad Ma
riam ꝯſenſūqꝫ Marie credentis ignotuiſ-
ſe ſibi pdidit. 7 a dño pficiēda q̄ illi di-
cta erant aperuit. Quis ē dicere vel eſti
mare ſufficiat q̄ tūc grā ſpūs dei genitri-
cem repleuerit. cū tanta ī mrē pcurſoris
lux doni celeſtis emicuit? Verū audia-
mus 7 verba que dixit. ſi forſitan ex his
valeam⁹ vtrūqꝫ dinoſcere qd intus ha-
buit. Audita namqꝫ reſponſione Eliza-
beth qua btām illam inter mulieres pdi-
cauit matrē dñi ſui cognominauit. fide
fortē laudauit. Ad cui⁹ etiā ingreſſum ſe
ipſam cū filio ſpūſancto repletā eſſe ſig-
uit. Non amplius bona q̄ pcepat tace-
re potuit. ſed que ſemp aio gerebat vbi
temp⁹ aptū inuenit etiā oris deuota ꝓ-
feſſione patefecit. Nam vt v̄ginalē de-
cebat pudorē acceptū diuinitus aliqꝫdiu
tegebat. oraculū 7 arcanū myſterij cele-
ſtis viſui pectoris abdito venerabat oc-
cultum. Expectabat reuerent donec ipſe
donoꝝ diſtributor quid ſibi doni ſpūal
tribuiſſet. quid ſecreti reuelaſſet qñcūqꝫ
vellet oſtēderet. At poſtqꝫ eadē que ſibi
maturitas · i · inter velocitatē ⁊ tarditatē
mediocritaſ. Ut enī Seneca dic ad Lu
cilium. Inopia vborū ⁊ exilitas minus
intentū auditorē facit · interrupto tedio
tarditatis · facilius tn̄ inſidet qđ expectat'
q̄ qđ ꝓteruolat · hęc Seneca. Itaq; ca-
uēda eſt ⁊ nimia inculcatio · ⁊ etiā nimia
interruptio. Deniq; ſicut dicit Aug⁹. in
libro de doctrina chriſtiana. iiij. Quid
prodeſt integritas locutionis · quā nō ſe-
quitur intellectus audiētis · cū loquendi
omnino nulla ſit cauſa · ſi qđ loqmur nō
intelligunt ꝓpter quos loquit' vt intelli-
gant. Quid enī prodeſt clauis aurea ſi
aperire qđ volumus nō poteſt · aut quid
obeſt lignea ſi hoc poteſt quādo nihil q̄-
rimus niſi patere qđ clauſū eſt. Bonoꝝ
ingenioꝝ inſignis eſt indoles · verū ī vbiſ
amare non verba. Itaq; nō exiſtimet q̄s
dici melius · niſi qđ dicit' verius · nec do-
ctor verbis ſeruiat · ſ; vba doctori. Cūq;
vir bonus ⁊ eloquens bona dicit · q̄ntū
debet · agit vt intelligenter · vt libenter · vt
obedienter audiatur · hęc Aug⁹. Hinc ⁊
Plinius in ep'la ad Urſum. Sic inq̄t
faces ignem aſſidua excuſtione cuſtodiūt
demiſſum egerrime reparāt · ſic ⁊ dicētię
calor · ⁊ audiētis intentio continuatione
ſeruat' · intercapedine aūt ⁊ quaſi remiſſi
one langueſcit. ¶ Oportet autem ma
giſtrum habere docendi modum · non ſo
lum in verbis ſ; etiā in factis. Ut enim
ait Boeti⁹ vnde ſup · Oportet vt ſit eru-
ditus · manſuetus · ac rigidus · non negli-
gens · nec arrogans. Erudit⁹ in q̄; q2 pri⁹
oportet vt diſcat q̄ doceat · Māſuetus

autem vt cum neceſſe eſt diſcipulo℞ elationem pati ſciat. Rigid⁹ etiā vt vindictam erroris imponat. oblatrātes remordeat. obliquētes deprimat. proteruiētes corripiat. Nec ſit negligens. ſꝫ in officio magiſterij ſedulus ⁊ diligens. Sicut enī in vno quoqꝫ opere mater inuenit̄ ꝯſtantia. ſic vniuerſę doctrinę ac diſciplinę eſt nouerca. Neqꝫ ꝓo ſit arrogās. qꝛ nūqꝫ arrogātes fideliter inſtruunt. ſed in faſtidio ſimplices deſpiciunt. ⁊ qꝺ ſciunt humiliter docere contemnūt. nec in datorez ſcientię cauſam referunt. ſed in ſe propriam excellentiā reſpiciunt. hec Boetius. Et recte dicit ī datorē ſcientię. quoniam a ſolo deo datur ſcientia. non ſolum docendi. ſed etiā addiſcendi. Unde ſol⁹ deus magiſter ꝓprie dicit̄. ⁊ nō homo. ſicut ab ipſo domino dicit̄ Mathei. xxiij. Nolite inquit vocari rabi. vnus eſt enim magiſter veſter. Hinc et Auguſtinus in libro de magiſtro. Omnes inquit diſciplinas quas ſe magiſtri docere ꝓfitent̄. cum verbis explicant diſcipuli. vtrum vera dicta ſint apud ſemetipſos cōſiderant. interiorem ſcꝫ veritatē ꝓ viribus intuentes. Fallunt̄ autem vt eos qui nō ſunt magiſtros vocent. quia plerūqꝫ inter tps locutionis ⁊ tps cogitationis nulla mora interponit̄. ⁊ quoniā poſt admonitionez ſermocinātis cito intus diſcunt. foris ſe ab eo qui admonuit didiciſſe arbitrātur. Nos autē intelligamus qꝫ vere ſcriptū ſit auctoritatē diuina. ne nob quēqꝫ magiſtrum dicamus in terris. ⁊ qꝺ vn⁹ omnium magiſter ſit in celis. Qꝛ aut ſit in celis docebit ipſe a quo ⁊ ꝑ homines foris ſignis admonemur. vt ad eum intro conuerſi erudiamur quē diligere ac noſſe vita beata eſt. hec Auguſtin⁹. Idē quoqꝫ dicit in libro retractationū. ꝑ. Credibile eſt idcirco vera reſpondere de quibuſdā diſciplinis. etiā impitos ea℞. qꝛ pſens ē vel qntum id cape poſſunt lumen ęternę rationis. vbi hec immutabilia vera conſpiciunt. non qꝛ ea ſicut Platoni viſuz eſt aliquādo nouerint ⁊ obliti fuerint. ħ ⁊ ego quondam ī libro ſoliloquio℞. qꝺ nunc improbo dixi. qꝛ videlicet liberalib diſciplinis eruditi illas in ſe obliuiōe obrutas erunt ⁊ qꝺammodo refodiūt. hec Auguſtinus

De impedimento addiſcēdi. Cap. IIII.

Dicto de magiſtro de pūro℞ diſciplina primitus conſideranda ſunt duo. ſ. quid eam impediat. ⁊ quid eam ꝓmoueat. Impedimenta qdā ſunt ex parte vitę. quędaz ex parte ſtudij vel doctrinę. Ex pte vitę impediūt ſeptē vitia. Et primo ſupbia. quę dum animā inflat. excęcat. Unn Auguſtinus in libro cōfeſſionū de ſtatu ſuo pſtino loquēs ita dicit: Tumor me⁹ refugiebat ſcripturę modū. ⁊ facies mea nimis inflata non ſinebat me videre ve℞. Secundum eſt inuidia. de qua dicit ſapiens. Sap. vj. Non inquit cum inuidia tabeſcente iter habebo. quoniam talis homo nō erit particeps ſapientię. Tertiū eſt iracundia. de qua etiaz dicit poeta. Ira impedit animum ne poſſit cernere ve℞. Quartū eſt accidia ſiue pigricia. de qua dic̄ Ambro⁹. ſup Geñ. Qꝛ nullus piger inuenit̄ in domo ſapientis. Ut enim legitur Sap. ꝑ. Spiritus ſanctus diſciplinę effugiet fictum. id eſt. pigrum. Unde recte dicit̄ pigro Prou. vj. Vade ad formicā o piger ⁊ diſce ſapientiam. Quintū eſt auaricia. de q̄ dic̄ Hieronym⁹ cōtra Uigilantiū. Nō eſt eiuſdem hominis aureos nummos et ſcripturas probare. Sextū eſt luxuria. de qua dicit Boetius ī libro de ſcholaſtica diſciplina. Luxurię feruore ſtudeat diſcipulus alienari. quā triplici membro diuidunt ſatyrici. ſcꝫ vnā conſiſtere

252 3

dicentes in oꝛnatu· alterã in coitu· tertiã
vero guloſitatis aſſiſtricē. ¶ Septimũ
eſt gula· de qua dicit Hieronym⁹ cõtra
Iouinianũ li.ij. Galienus etiã illos qꝛ
vita ⁊ ars eſt ſagina· dicit· nec viuere diu
poſſe nec ſanos eſſe· animaſqꝫ ipſorũ ita
nimio ſanguine ⁊ adipe quaſi luto inuo
lutas nihil tenue· nihil celeſte· ſed ſemper
de carnibus ⁊ ructu ⁊ vētris ingluuie co
gitare. Idem etiã Hieronym⁹ alibi dic.
qꝛ venter pinguis ſenſum tenuem nõ gi
gnit. Dicit ⁊ Boetius vbi ſupra. Qꝛ vi
num quidem modice ſumptũ intellectui
videtur acumen inferre. Nõ modice ꝓ
potatum rationē perturbat· intellectum
hebetat· memoriam eneruat. Hec ſũt igi
tur impedimenta vite· quibus ſcꝫ impe
ditur perceptio ſcientie vel ſapie. Quo
rum quinqꝫ ſunt ſpiritualia· ſ. ſuperbia·
inuidia· ira· accidia· ⁊ auaricia. Duo ve
ro carnalia· ſcilicet gula ⁊ luxuria. Vn
de Sap. j. dicitur. qꝛ in maliuolam ani
mã non introibit ſapientia· Propter vi
tia ſpiritualia nec habitabit ſubdito pec
catis· i· in guloſis ⁊ luxurioſis. ¶ Ex pte
vero ſtudij aut doctrine· dicit Hugo in
libro diaſcalicon. v. tria impedimēta eſſe
videlicet negligentiam· imprudentiã· ⁊
foꝛtunam. Negligentiam inqꝫ addiſcen
di· Imprudētiam oꝛdinis et modi. For
tunam paupertatis· vel infirmitatis· ac
defectus libroꝛum vel magiſtri. Itaqꝫ de
primo diſcipulus eſt admonendus. De
ſecundo inſtruendus. De tertio ſi op⁹ ſit
adiuuãdus. De primo dicit Boeti⁹
vbi ſupra. Qꝛ vniuerſe diſcipline nouer
ca eſt negligentia. Melius qꝫ inquit eſ
ſet mechanice deſeruire qꝫ ſcholaſticum
onerari iugo negligentie. hec Boetius
Hinc et Enodius. Artium inquit ma
ter eſt cõſtantia· nouerca eruditionis eſt
negligentia. Item Petrus in epla Cle
mentis. iij. Ignorantia inquit eſt mater
omnium malorũ· que in curia quidem ⁊
ignauia gignitur· negligētia vero alitur
et augetur· ſed quia ſubſtantiã non ha
bet facile ab his qui ſtudioſi ſunt effuga
tur. Vt autem dicit Apuleius in libro
de deo Socratis. In quibuſdam mirã
dum eſt qui ea que minime videri neſcire
volunt· diſcere tñ negligunt· et eiuſdem
artis diſciplinam ſimul et ignorantiã de
trectant. Cõtra qs in canone dicit Cle
mens papa diſtinctiõe. xxvij. Nullus
etiam inquit epiſcopus ꝓpter oppꝛobriũ
ſenectutis· vel nobilitatē generis a par
uiſſimis etiã vel minimis erudiri inqrere
negligat· ſi quid foꝛte vtilitatis eſt· atqꝫ
ſalutis. Et recte· vt enĩ dicit Seneca ad
Lucilium. Quid ſtultius eſt· qꝫ quia nõ
didiceris· ideo nõ diſcere. At vt dic Hie
ronym⁹ ad Vigilantiũ: Illud veriſſi
mum compꝛobatur· qđ apud grecos ca
nitur: Imperitia confidentiam· eruditio
creat timoꝛem ¶ De ſecũdo impedi
mento addiſcendi quod eſt impudentia
oꝛdinis et modi· dicit apoſtolus. j. Cor.
viij. Si quis exiſtimat ſe aliqđ ſcire non
dum cognouit queadmodum opoꝛteat
eum ſcire. Pauciſſimi nanqꝫ rectum ad
diſcendi modum obſeruant· vt ſcꝫ oꝛdi
nem ⁊ affectum· ⁊ intentionē debitam in
hmõi teneant· ſicut pleni⁹ dicetur inferi
us. Vñ Hugo didaſcalicon. iij. Scho
lares inquit noſtri aut neſciũt aut nolũt
modum congruũ in diſcendo: Et idcir
co quidem multos inuenim⁹ ſtudentes·
paucos vero ſapientes ¶ De tertio ſcꝫ
impedimento foꝛtune adiuuandus ē ſcḋm
Hugonem ſi opus eſt diſcipulus vt ei
pꝛouideatur in expenſis et libris· atqꝫ do
ctoꝛe. ¶ Poſſumus etiam adde
re et quartum impedimentum· ſcilicet in
quietudinem coꝛpoꝛis· et curioſitatem
oculoꝛũ· quia vt dicit Ariſtoteles in me
thaphiſica. libro pꝛimo· maxime ad do
ctrinam neceſſarij ſunt· quia multas no
bis differentias oſtendũt. Vnde Bo
etius vbi ſupra. Non ſic ait ſcholaris
diſcbol⁹. id eſt. a ſcola diuiſus p vicos

et plateas tabernaſq̃ diſcurrẽs· ac mere-
tricũ cellulas· ꝑ publica q̊ꝫ ſpectacula· ꝑ
pompas ⁊ choreas· ⁊ comeſationes· ⁊ pu-
blicas cenas ocul' vagis· ⁊ effreni lingua
luxurie q̊ꝫ feruore alienari ſtudeat· nec il-
las ſolũmodo ſpecies eiꝰ ꝗ ingulositate·
coituq̃ cõſiſtũt· ⁊ tanq̃ cauſatũ ⁊ cauſa
ꝑmutatim adnexe ſunt caueat· Sꝫ illã ni-
hilominus ꝗ ornatibꝫ inhiat gaudet ve-
ſtium frequẽti variatione· earũq̃ mẽbra-
tim ſigillatione pectinis beneficio ceſa-
riem polire· et calamiſtri tortuoſitate· flo-
rumq̃ diuerſitate ſertatim laſciuire· gu-
lam ſucco ꝑfundere frequenti· nouacule
caſtigationi inhiare· ſinus aromatibꝫ im-
plere gẽmatis colla monilibꝫ· parchoꝝq̃
cingulis ventrẽ plebi oſtendere· roſtratis
calceis ⁊ tabulatis incedere· collo elato
gutture inflato· ſuꝑcilio mutilato· oculo
ĩpudico· inceſſuq̃ faſtidioſo ſemicircula-
ris ꝓcedere· appoſitis q̊ꝫ cibarijs faſtidi-
re omnia· et vltimo raroq̃ ſcholis inter-
eſſe· hec Boetius. Qui etiã ibidẽ poſtea
tangit breuiter ⁊ alia quedã impedimẽta
dicens:. Cauendũ eſt ne delicioſus men-
tem appetitus excecet· ne lucrũ eneruet·
raroq̃ fidelis adulatio defraudet· ne fa-
mularis ſiniſtra viſu vel auditu ebibat·
qđ ſcribentis vel diſcentis dexterã emol-
liat· hec Boetius. ¶ Ceterũ duo ſunt
impedimenta diſcendi generalia. Vnũ
ex parte diſcẽdoꝝ ſcꝫ obſcuritas ſiue dif-
ficultas· ſꝫm illud Eccleſiaſtes. j. Cuncte
res difficiles. Aliud ex ꝑte diſcentiũ· ſcꝫ
ingenij tarditas· vel intellectus infirmi-
mitas: Juxta illud Ariſtotelis. in li. me-
thaphiſicoꝝ. ij. Sicut inquit noctuarũ
viſus ad lucẽ diei ſe habet· ſic ⁊ intellectꝰ
nr̃ ad oĩa nature manifeſta. Ideo dicit
Tullius ĩ dialogo ad hortentiũ. Omnis
cognitio multis eſt difficultatibꝫ obſtru-
cta. Eſt enĩ ⁊ in rebus ipſis obſcuritas· ⁊
in iudicijs noſtris infirmitas. Idẽ Hie-
ronymꝰ ſuꝑ Eſa· li. xiij. Illud inq̇t rhe-
toris Victorini breuit' admoneo vt ob-
ſcuritatẽ voluminum ex tribus rebꝫ fieri
ſcias· vel rei magnitudine· vel doctoris
imperitia· vel audiẽtis duritia.

¶ De tribus neceſſarijs ad diſcendi. Cap. V.

Tria vero ſicut dicit Hu-
go in libro diaſcalicon. iij. ſunt
ad diſcendũ neceſſaria. ſ. natu-
ra· exercitiũ· diſciplina. In natura conſi-
derat' vt audita facile ꝑcipiat· ⁊ percepta
firmiter cuſtodiat. In exercitio vt labore
⁊ ſedulitate naturalẽ ſenſuꝫ excolat. In
diſciplina vt laudabiliter viuens· mores
cũ ſcientia componat ¶ Ad naturam
itaq̃ ꝑtinent ingeniuꝫ ⁊ memoria. Que
duo ita ſibi in oĩ ſtudio coherẽt vt vnũ
nõ ꝓſit ſi alteꝝ deſit· Sicut nulla ꝓſunt lu-
cra vbi deeſt cuſtodia· ⁊ incaſſuꝫ recepta-
cula munit· q̇ qđ recõdat nõ habuit. In-
geniũ q̇ppe ſapientiam inuenit· memoria
cuſtodit. Eſt aũt memoria vis retentiua
eoꝝ que ſenſibꝫ ſuppoſita fuerint· vel eti-
am imaginibꝫ. Ingeniũ eſt vis quedam
naturaliter aĩo inſita ꝑ ſe valens. Inge-
nium a natura ꝓficiſcit'· vſu iuuat'· imo-
derato labore retundit'· ⁊ exercitio tempe-
rato acuit'. Ingeniũ exercent duo· lectio
ſcꝫ ⁊ meditatio. De q̇bus ſcꝫ plenius in-
feriꝰ dicet'. Hec aũt dic̃ Hugo de nat̃a
ad quã vt dic̃ ꝑtinẽt ingeniũ ⁊ memoria
¶ Exercitatio aũt eſt virtus animi q̃
quis molliciẽ ſiue rubiginem ocij faſtidi-
ens aut deteſtãſ aſſidue bonis honeſtiſq̃
ſtudijs vel actibus ſe occupat vt nullum
tẽpus vacuũ preteread. Juxta illud Eccl.
xiiij. Non defrauderis a die bono ⁊ par-
ticula diei boni non te pretereãt· Hic au-
tem accipimus illam partẽ exercitij que
eſt in occupatione ſtudij. De qua dicit
Tullius in tuſculanario li. p̊. Grecoꝝ ꝓ-
uerbiuꝫ eſt· quã quiſq̃ nouit artẽ in hac
ſe exerceat· Hinc ⁊ Gamfridus ĩ poetria
Ars certos· vſus promptos· imitatio red-
dit artifices aptos· tria ꝯcurrentia ſum-
mos. Vſuꝫ vocat exercitium· in quo ſcꝫ
exercitio ſicut dictum eſt iuxta Hugo-
nem attenditur: vt labore ac ſedulitate

naturalis ſenſus excolatur. Eſt aūt du/
plex hoīs ſenſus vterqꝫ laborioſe ad do/
ctrinā exercitādus· exterior ſcꝫ audit⁹ et
viſus· ⁊ interior.ſ.ingeniū ⁊ itellect⁹. Ex/
erceat ḡ diſcipul⁹ auditū in audiēdo· vi/
ſum in legēdo· ingeniū inueſtigādo · in/
tellectū in meditando. Nā de laborioſo
ingenij exercitio dic̄ Salomon Eccleſia/
ſtes.x. Si retuſū fuerit ferrū· ⁊ h̄ nō vt p̄/
us· ſ hebetatū fuerit· multo labore exacu
etur· ⁊ poſt induſtriā ſequet̄ ſapiā. Ubi
ferꝝ vocat̄ humanū ingeniū ſiue mēs ꝓ/
pter ꝑſpicacitatis acumē· ⁊ q̄r ipſū ocio/
ſitas ſicut ferrū obtūdit ac denigrat· ru/
biginat ac cōſumit. Ecōtra uo vſus il/
lud exacuit· dealbat· elimat· ⁊ a corrupti
one rubiginis cōſeruat. Sicut humanā
mentē ociū vel deſidia obtundit· ſic cete/
ra ꝓdicta in ea facit. Un̄ ſup ꝓdicto ver
bo dicit Hiero⁹. Ocio ingeniū hebetat̄·
⁊ deſidia eſt q̄ſi quedā rubigo ſapientie·
Hinc ⁊ Ouidi⁹ in li. triſtiū. iiij. Ingeniū
longa rubiginis leſum· torpet· ⁊ eſt mlto
q̄ fuit an̄ min⁹ Fertilis aſſiduo ſi nō re/
nouet̄ aratro. Nil niſi cū ſpinis gramē
habebit ager. Ita cōtra ꝓdicta mala q̄
fac̄ ocioſitas mēti hūane· exercitatio ſtu/
dij vel diſcipline illā exacuit ꝑſpicacita/
te· dealbat cādore puritatis ⁊ innocētie·
Elimat· i· a rubigine vitioꝝ detergit· et
ab oī pctī corroſiōe illeſā cuſtodit· Hec
ḡ q̄ttuor deſidie mala · ⁊ q̄ttuor exercitij
bona ibi Salomon inſinuare innuit̄· vt
ociū fugiat̄· ⁊ exercitiū diſcipline req̄rat̄·
De quo etiā exercitio q̄ ingeniū acuitur
in diſcendo: dicit idē Prou. xxvij. Fer/
rum ferro acuit̄· ⁊ homo exacuit faciē ꝓ/
ximi ſui. Sicut enī ferrū ferro acuit̄ ꝑ col
liſionem· ſic ⁊ diſcipuli mēs vel ingeniuꝫ
acuit̄ per doctrine a magiſtro receptionē
Sꝫ multū refert in q̄bus ingenia vel ſen/
ſus diſcipuloꝝ· ⁊ maxime pueroꝝ excolā
tur· i· in q̄bus doctrinis· vel ī qua doctri/
ne materia erudiant̄. Ut q̄d enī vſqꝫ ho
die puuloꝝ ſenſus ⁊ lingue poeticis fabu
lis ac luxurioſis figmētis imbuunt̄? Nā
⁊ ſi doctrina poetica ſit vtilis q̄ntū ad re
gulas metricas· inutilis tamē eſt· imo ꝑ/
nicioſa q̄ntum ad fabulas ꝓdictas. Un̄
Valeri⁹ maxim⁹ li. vij. refert· ꝙ lacede/
monij libros Archilochi ciuitate ſua fe/
cerant exportari· eo ꝙ parū verecundam
ac pudicā illoꝝ arbitrbāt̄ lectionē. No/
luerūt enī ea liberoꝝ ſuoꝝ animos imbui
ne plus eoꝝ morib⁹ obeſſet q̄ ingenijs ꝓ/
deſſet· hec Valerius. Hinc etiā dic̄ Iſi/
dorus in libro ſentētiaꝝ. Ideo ꝓhibetur
chriſtianis poetaꝝ figmenta legere· q̄r ꝑ
oblectamēta fabulaꝝ nimiū mentē exci/
tant ad incentiua libidinū. Non enī ſo/
lum immolat̄ demonib⁹ thura offerēdo
ſed etiam illoꝝ dicta libentius capiendo
Sunt aūt ⁊ alij libri metrici etiā antiq̄ſ/
ſimi· in q̄b⁹ eque vtiliter· imo multo vtili/
us in arte metrica pueri poſſent edoceri.
Uerbi grā· Libri Iuuenti p̄ſbyteri de
hiſtoria q̄ttuor euāgelioꝝ. Liber aratoris
de actib⁹ aploꝝ · Liber etiā epigrāmatū
ꝓſperi religioſiſſimi viri· de dictis ſcī Au
guſtini. Sꝫ ⁊ liber de cōflictu vitiorum
atqꝫ virtutū prudētij · carmē q̄ꝫ paſcale
ſedulij· Preter hos etiā extat liber Ma
thei de ſancto Tobia. Biblia q̄ꝫ a Pe/
tro riga verſificata· ⁊ alia plīma in q̄bus
vtiqꝫ poſſunt inſtrui ſalubriter · ⁊ in arte
grāmatica q̄ntū ad litterā· ⁊ etiā in fide
ac morib⁹ q̄ntū ad ipſam libroꝝ materiā
Un̄ de h̄ cōquerit̄ Aug⁹. in li. ꝯfeſſionū
ꝑ· peccata puericie ſue confitens· ⁊ inter
alia ſic loquēs: Tenere inq̄t tūc cogebar
Enee neſcio cui⁹ errores oblit⁹ erroꝝ me/
orum· ⁊ plorare Didonē mortuaꝫ · q̄r ſe
occidit ob amorē· cū interea me ipſuꝫ in
his a te moriēte· q̄r te nō amantem ſiccis
oculis miſerrim⁹ ferrē. Quid enī miſeri⁹
miſero nō miſerāte ſeipſaꝫ· ve tibi flumē
moris hūani· q̄diu nō ſiccaberis· quouſqꝫ
volues Eue filios ī mare magnū ⁊ formi/
doloſū· q̄d vix trāſeūt q̄ lignū cōſcēderūt
Nōne ego in te legi ioue· ⁊ tonātē· ⁊ ad/
ulterātē· ⁊ vtiqꝫ nō poſſet hec duo? Sed
actū ē vt hr̄et auctoritatē ad imitādum
adulterium verum lenocinante tonitru
falſo. Fingebat hec Homerus diuina

tribuendo flagitioſis hominib⁹ ne flagi-
tia flagitia putarent̃. ꝫ quiſquis ea feciſ-
ſet deos imitatos eſſe videret̃. Itaq; nõ
ꝑ ꝑdictas turpitudines cõmodi⁹ verba
diſcunt̃. ꝫ ꝑ talia ꝟba turpitudines ille
cõfidentius ꝑpetrant̃. Nec accuſo verba
quaſi vaſa electa ⁊ ꝑcioſa. ꝫ vinũ erroris
qđ nobis ꝓpinabat̃ in eis a doctoribus
ebrijs. His tñ delectabar miſer. ⁊ ob hoc
appellabar bone ſpei puer. ita ne aliud
nõ īueniebat̃ quo ingeniũ ⁊ lingua mea
exerceret̃. Nunc aũt laudes tue dñe. lau
des tue ꝑ ſcripturas ſanctas ſuſpẽderũt
palmitẽ cordis mei ad te. vt non raperet̃
per inania nugaꝝ turpis preda volatili-
bus. non enĩ vnico modo ſacrificat̃ an-
gelis tranſgreſſorib⁹. hec Auguſtinus de
exercitio. Deniq; ad diſciplinam vt di-
ctum eſt. ſpectat vt diſcipul⁹ ſiue ſchola-
ris laudabiliter viuens. mores cũ ſcien-
tia componat. Vnde Boetius vbi ſup
dicit ſcholari facultas munda. portio cõ-
tenta. viriliter incurſus ꝑferens. ad ſum-
ma ſemꝑ anhelans. ⁊ oĩbus obediens. fa-
mulatui prompta. ad obloquendũ tar-
da. fidelis obſequio. dulcis integraq; col
loquio. cordis tumoroſitate carens. De
hac quoq; materia. ſ. de moꝝ diſciplina
que neceſſaria eſt addiſcentibus: iam in
ꝑcedẽti capitulo dictũ ẽ. ⁊ adhuc inferi⁹
dicetur. vbi agendũ eſt de inſtructione
puerorum in moribus

De quinq; adminiculis addiſcendi. Cap. VI.

Sicut aũt dicit Hugo in libro ſupius nominato: Sapi-
ens quidã cum interrogaret̃ de
modo ⁊ forma diſcẽdi: Reſpõdit: Mẽs
humilis. ſtudiũ querendi. vita qeta. ſcru
tinium tacitũ. paupꝗtas. terra aliena. hec
reſerare ſolent multis obſcura legendi.
Audierat puto dictũ. Mores ornãt ſci-
entiam. Illaudabilis quippe eſt ſcientia
quã vita maculat impudica. Ideo ꝑce-
ptis legendi. precepta quoq; vite adiũ
xit. Principiũ ergo diſcipline eſt hu-
militas. cuius tria ꝑcipue ad lectionem
pertinent documẽta. ſcꝫ vt nullam ſcien-
tiam vel ſcripturã vilem habeat. vt a ne-
mine diſcere erubeſcat. vt cum ſcientiam
adept⁹ fuerit ceteros nõ ꝯtemnat. Mul-
tos ꝫ decipit ꝙ ante tꝑs ſapiẽtes vide-
ri volunt. Vñ ⁊ ſimulant qđ nõ ſunt. et
qđ ſũt erubeſcũt. eo ꝙ longi⁹ a ſapĩa ve-
ra recedũt. q̃ nõ eſſe ſe ſapienteſ. ꝫ putari
cupiũt. Eiuſmodi multos noui q̃ cũ pri-
mis adhuc elemẽtis indigeãt nõ niſi ſũ-
mis intereſſe dignãt̃. ⁊ ex ꝫ ſolũ magnos
fieri putãt ſi magnoꝝ et ſapientũ vel ſcri
pta legerint vel audierint ꝟba. vel ab eiſ
cogniti fuerint. vtinam me nemo ꝯgno-
ſcat. ⁊ ego cũcta nouerim. Audiſti Pla
tonẽ. audias ⁊ Criſippum. In ꝓuerbio
quippe di: Qđ tu nõ noſti fortaſſis nouit
Oſellus. Nemĩ oĩa ſcire datũ eſt. Pru-
dens igit̃ lector oẽs libenter audit. oĩa le
git īdifferẽter. ab omnib⁹ qđ ſibi deeſſe
videt q̃rit. nec q̃ntũ ſciat. ꝫ q̃ntũ ignoret
cõſiderat. Hinc ⁊ illud platonicũ aiunt:
Malo aliena verecunde diſcere. q̃ʒ mea
impudẽt̃ ingerere. Cur enĩ debere diſce-
re erubeſcis. ⁊ neſcire verecũdaris? Pu-
dor iſte maior eſt illo. Sapiẽtior oĩbus
eris. ſi ab oĩb⁹ diſcere volueris. q̃ ab oĩbus
accipiũt oĩb⁹ ditiores fiũt. Expedit etiã
tibi vt cũ aliqd ſape cepis ceteros nõ cõ
temnas. Bon⁹ enĩ lector hũilis debet eẽ
⁊ manſuet⁹. diligẽs ⁊ ſedul⁹. vt ab oĩbuſ
libẽter diſcat. nunq̃ʒ de ſcĩa ſua ꝑſumat.
ꝑuerſi dogmatis auctores q̃ſi venena fu
giat. diu rẽ ꝑtractet anq̃ʒ iudicet. Dicta
ſapientũ intellecta diligat. ⁊ ſi q̃ forte ob
ſcuriora cepit. nõ ſtatim ī vituperiũ ꝓru-
pat. vt nihil bonũ eſſe credat niſi qđ ipſe
intelligere potuerit. Hec eſt hũilitas di-
ſcipline. In ſtudio q̃rendi exercebã-
tur antiq phi adeo vt ꝓpter amorẽ ſapie
alij honores calcarẽt. alij ꝟo diuitias ꝓ-
ijcerẽt. alij q̃ʒ acceptis iniuriis gaudebãt
alij deſerta petebãt vt cõtẽplaui liberi⁹
vacarẽt. Vtinã ꝫ ī nr̃is eſſet ſcholaſtic
diligẽtia. vt nũq̃ʒ in eis ſeneſceret ſapĩa.
Siqdẽ oẽs pene ꝟtutes decreſcũt ī ſeni-
bus ſola creſcẽte ſapĩa. Vñ ſapiẽs ille

vir grecie Themiſtocles·cū expletis.cvij. annis ſe mori cerneret·dixiſſe fert' ſe dolere φ egrederet' e vita qñ ſapere cepiſſet.

¶Uitam q̄z diſcentis oportet eſſe quietam·maxime interi⁹·vt mēs p illicita deſideria nō diſcurrat·et exteri⁹ vt ocium ⁊ oportunitas honeſtis ⁊ vtilibus ſtudijs ſuppetat. Utrūqȝ ſiquidē ptinet ad diſciplinā ¶Porro ſcrutiniū tacitū ſpectat ad exercitiū ſicut et querēdi ſtudium Studiū querēdi ſignificat iſtātiā operl. ſcrutiniū vero diligentiā meditationis· Opus·labor·⁊ amor peragunt ſcrutiniū· cura ⁊ vigilia pariūt. In labore ē vt agaſ ī amore vt perficias In cura vt puideas in vigilia vt attendas. Hi ſunt quattuor portātes lecticā phie·id eſt ſedem ſapientie. His enī ſuppoſitis geſtari dicit'·qr in his ſe exercendo pmouet'. Iuuenes pter robur a fronte lecticā tenere dicunt' ſcȝ philos ⁊ tropos·id eſt·amor et labor· qr foris op⁹ pagūt·a poſteriori puelle·ſ· philemia ⁊ agrimina·quod interpretat' cura ⁊ vigilia· quia intus in ſecreto cōſilium pariunt. ¶Item pauptatem ſequi hoc ē ſupflua nō ſectari·maxime ſpectat ad diſciplinā·pinguis enī venter non gignit ſenſum tenuē ¶Poſtremo terra aliena poſita eſt·que ⁊ ipſa melius homines exercet·Dis quippe mūd⁹ exiliuȝ eſt philoſophātib᷒. Quia tamē vt ait qdā neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos tangit·⁊ immemores nō ſinit eē ſui· Magne v̄tutiſ pncipiū eſt vt diſcat paulatim exercitat⁹ anim⁹ hic viſibilia commutare vt poſtea poſſit etiā derelinquere Delicat⁹ ille adhuc eſt cui patria dulcis eſt· Fortis aūt eſt·cui iā oē ſolū patria ē· Perfect⁹ v̄o eſt cui mūdus totus exiliū eſt. Ille mundo amorē fixit·iſte ſparſit· hic extinguit·hec Hugo. Et reuera paupertas ⁊ peregrinatio diſcentis exercitio multum proficiūt·dū eū a multis doctrine īpedimētis expediunt. Diuitias nāqȝ multa ſequunt' incōmoda·que diſcipline ſunt inimica. Uerbi grā. Supbia·cupiditas·et crapula·ceteraqȝ vitia ſupradicta: Ipſa quoqȝ diuitiarū occupatio multū obeſt diſcētis exercitio. Uñ paucos videmus nobiles aut diuites in ſcripturis ſapiētes·⁊ hoc ideo·quia vix aut nunqȝ eſſe poſſunt aſſidui ⁊ boni ſcholares. Similiter pegrinatio a patria mltū proficit·qr mentē a carnali affectiōe parentū ⁊ cura rer̄ familiariū auertit. Uñ videmus pariſi⁹ ſcholares a remotis ptib᷒ veniētes magis cōtinue ſtudio inſiſtere· ⁊ ideo magis pficere. Hinc ⁊ ipſe Hugo poſt predicta ſubiungens: Ego inquit a puero exulaui·⁊ ſcio quo merore anim⁹ artum paupis aliquādo tugurij fundū deſerat·et qua libertate poſtea marmoreos lares ac tecta laqueata deſpiciat· hec Hugo.

¶De ſubiectione diſcipuli erga magiſtrū. Cap. VII.

Remotis ergo predictis omnib᷒ impedimētis ⁊ amminiculis aſſecutis·ſecure poteſt q̄s ad diſciplinā ſcholaſticā accedere·⁊ ī ea ſi pſone ſue cōgruit quaſi p q̄ttuor gradus·ſicut dic̄ Boeti⁹ ad pfectionē aſcēdere. Ad incipientes enī ptinet audire· ad pficiētes ſtudere·ad pnectos ſe exercere·ad pfectos aūt docere. ¶Incipienti ḡ cōuenit pmo magiſtr̄ querere·⁊ ſibi cōpetentē eligere·ſeqȝ ſi fieri pōt ei cōiungere·ſe q̄z eidē ſubijcere. ¶De primo ſcȝ φ debeat magiſtruȝ habere. Hiero⁹· ad Paulinū·hortat' vt intelligat ſe ī ſcripturis abſqȝ p̄uio ⁊ mōſtrāte ſemitā ingredi nō poſſe. Hinc ⁊ idē Hiero⁹. in li. de illuſtrib᷒ viris. Qui nullū inq̄t ſequit' p̄uiū·peſſimū ſemetipſū facit magiſtrū Idē ad Marcellā. Malo inq̄t ſeq̄ alienā peritiā q̄ ſtultam hr̄e neſcientiū ſcientiā. Hinc etiā Seneca ad Luciliū. Ceci ait ducē querūt·nos aūt ſine duce erramus: Ideoqȝ difficult' ad ſanitatē puenim⁹·qr nos egrotare neſcimus. Idcirco preſumptuoſos īcrepat Hieronym⁹ in epl̄a ad Paulinum·qui ſine doctore p̄uio ſcripturas legūt·⁊ ad ſenſum ſuum

exponunt· Ingenium inquit docile etiaȝ
ſine doctore eſt laudabile. Naȝ cera mol
lis· ⁊ ad formandum facilis· etiam ſi arti-
ficis ⁊ plaſte ceſſent manus· tñ virtute to
tum eſt quidquid eſſe poteſt. Paul⁹ ta-
men apoſtolus ad pedes gamalielis le-
gem ⁊ prophetas ſe didiciſſe gloriatur.
Et vt ad minores artes veniam que nõ
taȝ lingua q̄ȝ manu adminiſtrãtur agri-
cole· cementarij· fabri metallorūȝ· ligno-
rumq̄ȝ ceſores lanarij quoq̄ȝ et fullones·
⁊ ceteri qui variã ſupellectilẽ ⁊ vilia opu-
ſcula fabricant· abſq̄ȝ doctore eſſe nõ poſ
ſunt qđ cupiunt. Qđ medicoꝝ eſt ꝓmit
tunt medici· tractant fabrilia fabri. So-
la ſcripturarum ars eſt· quaȝ ſibi paſſim
omnes vendicant. Scribimus indocti·
doctiq̄ȝ poemata paſſim. Hanc garrula
anus· hanc delirus ſenex· hanc ſophiſta
verboſus· hanc vniuerſi preſumunt· lace
rant docẽt antequã diſcãt. Et poſt: Pu
erilia inquit ſunt hec et circulatorum lu-
do ſimilia docere qđ ignores· imo vt etiã
cum ſtomacho loquar· nec hoc quidẽ ſci-
re qđ neſcias. Idem in eadem epľa. Ha
bet inquit neſcio quid latentis energie· i·
interioris operationis viue vocis actus·
⁊ de actoris ore tranſfuſa fortius ſonant
hec Hieronymus. Et recte vocat viuaȝ
vocem de doctoris vel actoris preſentis
ore prodeuntem. Nam econtra vox ĩ pel
le ſcripta· eſt quaſi vox mortua. Unde
idem Hieronymus dicit ſuper epiſtolaȝ
ad Gal. libro. ij. Vellem inquit apoſto-
lus apud vos eſſe modo· ⁊ mutare vocẽ
meaȝ· vt qui vos per epiſtolã docui· pre-
ſens inſtruerem. Magnam ſiquidem ha
bet vim vox viua· vox de ſui actoris ore
ſonora· que illa ꝓnunciatione profertur
atq̄ȝ diſtinguitˀ· qua in hominis ſui cor-
de generatur· hec Hieronym⁹. Cui con
ſonat in epiſtolari ſuo Symachus· di-
cens· aptius eſſe negocijs intimandis iu-
dicium viue vocis. His ergo rationibuſ
oportet primũ vt doctorem habeat ſcho-
laſticus. ¶ Secundo vt ſibi compe-
tens eligatur ſicut iã habitum eſt ſupiuſ·
quoniã vt dicit Hieronym⁹ vbi ſupra
Raro cõtingit vt ſibi conſentiant magi-
ſter ac diſcipulus· vt ſcȝ iſte doceat q̄ntũ
ille poſſit haurire· vel tantũ ſuſcipere do-
ctus q̄ntum doctor ingerere· hec Hiero⁹·
Unde frequenter oriuntur cõtra docto-
res auditorum querimonie de nimia ꝓ-
lixitate vel breuitate· de nimia ſubtilita-
te vel ruditate· de lingue velocitate vel
tarditate. Hinc ⁊ negligunt lectiones· et
antequã fuerint diſcipuli faciunt ſe do-
ctores· ⁊ doctorum iudices. Unde idem
ibidem ait: Nunc omnes iudices ſumus
⁊ loquendi facultate audacter interpre-
tamur qđ nequaq̄ȝ ⁊ ĩtelligim⁹· hec Hie-
ronymus. Ut ergo dicit Quintilianus
libro. ij. Sicut fruſtra ſpargũtur ſemina
niſi ea ꝑmolitus fouerit ſulcus· ita ſcien-
tia coaleſcere nequit niſi ſociata traden-
tis accipientiſq̄ȝ cõcordia. Illum inquit
Varro elige eruditorem quẽ magis mi-
reris in ſuis q̄ȝ in alienis. Non tam lau-
dabile eſt meminiſſe q̄ȝ ĩueniſſe. Hoc enĩ
alienũ eſt· illud ꝓprij muneris eſt Hinc ⁊
Hiero⁹. vbi ſupra libro. iij. Oratio inq̄t
licet de bone indolis ingenio perfecta ſit
⁊ diſtincta inuentionib⁹ ac flore verboꝝ
ornata· non eſt tñ nitida niſi actoris ſui
manu limata fuerit ⁊ polita· nec habet cũ
decore mixtam grauitatem· ſed in modũ
diuitum ruſticorum opibus ſuis magis
arguitur q̄ȝ ornatur. Ceterũ vt ait Quĩ-
tilianus vbi ſupra. Nec id quidem eſti-
mandum eſt cuius etatis ad diſcendum
vel docendũ quiſq̄ȝ ſit· ſed q̄ntum in ſtu-
dijs iam effecerit. Iterum vt dicit Sene
ca in libro de q̄ttuor virtutibus. Nõ te
moueat dicentis auctoritas· nec quis· ſ;
quid dicat attendas. Ut enim dicit idẽ
in libro de moribus. Verba nõ perſonis
eſtimanda ſunt· ſed rebus· At vt dič Au
guſtinus de doctrina chriſtiana libro.
iiij. Qui affluit inſipienti eloquentia· tã-
to magis cauendus eſt· quanto magis
in his que audire inutile eſt delectatur

auditor. Sed hodie vt in pluribꝰ videtur impletum eſſe· qđ prędixit apoſtolus ij. Thimo .iiij. Erit tempus cum ſanam doctrinã non ſuſtinebũt· ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribꝰ· et a veritate quidẽ auditũ auertẽt· ad fabulas aũt cõuertẽtur· h' apl's Cõtra qđ in libro ſupdicto dic̃ Boetiꝰ Malo balbutientis magr̃i licet tedioſo fructu deliniri· q̃ ſeducentis dulcore glori ari Tertiũ vero qđ de magiſtro ad diſcipulum ſpectat· eſt vt ſi fieri poteſt ei ſe coniungat. Juxta illud Eccl.vi. Si videris ſenſatũ euigila ad illum· ⁊ gradus oſtiorum illius exterat pes tuꝰ. Vñ ⁊ Boetius vbi ſupra. Scholaſticus inquit doctorẽ ſuũ metuendo diligat· et eius manſioni ſi fieri poteſt cohabitãdo ſe inferat vt cum locus fuerit· ad eum requirendo recurrat. Hinc ⁊ Seneca ad Lucilium epiſtola. vj. Plus tibi viua vox et conuictus q̃ oratio proderit· vñ in rem pręſentem venias oportet. Quartum eſt vt eidem humiliter ſe ſubijciat· Vnde Boetiꝰ vbi ſupra. Scholaris ait magiſtrum diligat· eiq̃ ſubijci gaudeat· qꝛ qui nõ nouit ſubijci nõ nouit magiſtrari

De attentione ipſius ad audiendum · Cap. VIII.

Hec autem diſcipuli ſubiectio ſicut ibidẽ dicit Boetiꝰ conſiſtere debet in tribus· videlicet vt ſit attentus ad audiendũ· docilis ad intelligendũ· beniuolꝰ ad retinendũ. De primo dicit dominꝰ Mathei. xiij. Qui habet aures audiendi audiat· id ẽ diligenter attendat vt intelligat. Vt. n. dicit Petrus apoſtolus in epiſtola Clemẽtis. iij. Mater omniũ malorũ eſt ignorantia. Nec aliud eſt ignorantia niſi nõ agnouiſſe qđ expedit· et h' omnibus etiã bonis fraudari nos facit. Dum enĩ ignorant homines q̃ntum habeat ſcientia boni· malum ignorantię de ſe non patiũtur excludi· hęc ille. Ideo dicit Ambroſius in libro de incarnatione Chriſti. Quid aures tanq̃ cęra et plumbo clauditis· et faſtidientes auditus? Vt enim ait Varro ad athenienſe audditorẽ. Renuit philoſophia ſtomachum faſtidientem· ⁊ ad ſimplicem cęnam hilarem inuitat conuiuam. De hac quoq̃ materia plenꝰ dictum eſt ſuperius vbi actũ eſt de regimine auditus. Sciendũ quoq̃ ꝙ in audientis attentiõe tria requiruntur· ſcꝫ taciturnitas· hũilitas· et diſcretio. Primo quidẽ taciturnitas iuxta illud Eccl. xxxij. Audi tacens· et pro reuerentia accedet tibi bona gratia. In epiſtola quoq̃ Jacobi legitur: Sit omnis homo velox ad audiendum· tardus autẽ ad loquendum. Nam et ſi forte ſciolus ſibi videatur in his q̃ audit· tutiꝰ tamẽ eſt audire q̃ loqui· quoniam audiens ſapiens ſapientior erit· vt legitur Prouerb. j. Hinc et Eccl. xxxij. legitur. In multis eſto quaſi inſcius· et audi tacens ſimul et quęrens. Propter hoc etiã vt dicit Auguſtinꝰ de verbis domini. Martha de Maria conquerente· ꝙ eam relinqueret ſolam miniſtrare: Maria ſedens et audiens doctrinam domini· tanq̃ diſcipula noluit reſpondendo laborare· ſed cauſaꝫ ſuã maluit domino cõmittere. Si enim inquit pareret reſponſionem remitteret audiendi attentionẽ· hęc Auguſtinus. Hieronimus quoq̃ ſuper Eccleſiaſtẽ dicit Mos pythagoricorum diſciplina eſt tacere p quinquenniũ· et poſtea eruditos loqui. In taciturnitate vero requiritur humilitas· contra illud qđ dicit Heliu de ſeipſo· ſcꝫ Job. xxxij. Expectaui ait ſermões veſtros· audiui prudentiam veſtraꝫ· donec diſceptaretis ſermonibꝰ· et donec putabam vos aliquid dicere conſiderabaꝫ ⁊c̃. Quod ſic exponit Gregorius in moralibus libro xxiij. Ecce inquit loquens Heliu oſtendit q̃ ſuperbe tacuerit. Cũ enim dicit: Expectaui ſermones veſtros et putabam vos aliquid dicere· aperte declarat ſe ad verba ſenum iudicãtis potius ſtudio q̃ diſcentis voto tacuiſſe.

In humilitate q̃ʒ requirit᷑ diſcre
tio·ſcʒ vt nõ ſtatim auditor ſingularibꝫ
opinionibꝫ magiſtri ſui ꝑtinaciter adhe-
reat·ſʒ diſcernat et cõferat. Hinc ⁊ Boe-
tius vbi ſupra. Stultũ eſt ĩquit omnino
magiſtri ſui cõfidere ſententijs· ſed ꝑmo
quidẽ credẽdũ eſt donec videat᷑ qd ſenti-
at·deinde ꝓo fingendũ eſt ipſum erraſſe
docendo· ſi forte ĩueniat᷑ qd illi⁹ ſentẽtię
obuiat. Itaq꜠ nec magiſtro ſuo nec qua-
ternis oĩno credat ſiue ꝑtinacit᷑ adhereat
ſicut Nigrio q̃ Potani magiſtri ſui ſen
tentijs intantũ cõfiſus eſt ꝙ omne verbũ
ab ipſius ore ꝓgreſſum q̃ternulis exora-
bat·⁊ tanq̃ ſacꝝ exiſtimãs·nihil aliud ĩ
ſcholis ꝑdicabat. Vñ mltotiẽs pudore
cõfuſus abibat cõcluſus·hec Boetius·
Hoc eſt qd dicit᷑ prover.xiiij. Innocẽs·
id eſt·ſimplex vel fatuus credit oĩ verbo·
Nec obſtat qd dicit Ariſtoteles in elen-
chis: Oportet credere illũ q̃ diſcit. Illud
enĩ accipitur de ſimplici credulitate· ſcʒ
abſq꜠ ꝑtinacia vel obſtinatiõe·ita ꝙ pa
ratus ſit ab illa ſentẽtia reſilire·ſi qñ re-
periat fortiorẽ auctoritatẽ vel rationẽ cõ
traire. Hoc eſt enim qd dicit Boetius·
Primo quidẽ credendũ eſſe donec vide-
atur: deinde fingendũ illũ erraſſe docen-
do·ſi forte ĩueniat᷑ qd illi ſententię obui-
at. Siquidẽ ⁊ Auguſtinus dicit contra
Fauſtũ·diſputatione .xj. In opuſculis
meis ac mei ſimiliũ·licet eadẽ quę in ſcri-
ptura diuina inueniat᷑ veritas·longe tñ
impar eſt auctoritas. Unde niſi vel ra-
tione certa vel ex auctoritate illa canoni
ca·qd ibi diſputatũ vel narratum eſt de-
monſtretur·ſi quis credere noluerit non
reprehẽditur. At illa ſacri canonis veteri
et noui teſtamẽti excellẽs auctoritas apo
ſtoloꝝ eſt firmata tꝑibꝫ cui ſubiect⁹ ſer-
uiat oĩs fidelis ⁊ pius intellect⁹. Ecce ſʒ
innuit Aug⁹·ꝙ nulli⁹ doctrinę tenemur
omnino ⁊ irrefragabiliter credere·niſi tã-
tum diuinę ſcripturę· ſʒ in qualibet alia
nobis relinquit᷑ libertas iudicãdi de ve-
ritate vel falſitate. Vñ recte dicit᷑ .j. Jo
hãnis.iiij. Nolite omni ſpiritui credere·
ſed probate ſpũs ſi ex deo ſunt. Hinc et
Cyprian⁹ martyr cõtra iudeos. Auriũ
inquit officiũ eſt quęlibet indifferent᷑ per-
cipere·fidei ꝓo nõ niſi quę ꝓbauerit cre-
dere· Propter hoc etiã dicitur·j· Theſ-
ſal·v. Omnia probate qd bonum eſt te-
nete

De docilitate ipſi⁹ ad intelligẽ dum. ·Cap. IX.

De ſecundo·id eſt·docili-
tate dicit Quintilian⁹.ij.libro
Sicut officiũ eſt ꝑceptoꝝ doce
re·ſic diſcipuloꝝ dociles ſe prebere. Sci-
entia nãq꜠ coaleſcere neq̃t· niſi tradẽtis
⁊ accipientis cõcordia ſociata fuerit·hec
Quintilian⁹. Item Ceſari⁹ arelatenſis
omel.j. Sicut nob expedit collectis ſcri-
pturaꝝ floribꝫ ſpũalẽ cibum cõficere·ita
nos oportet eũ cũ grãdi auiditate requi
rere. hec Ceſari⁹. Eſt autem docilitas rec
ta diſcendi habilitas. De qua dic̃ apl's·
ij.ad Thimo.ij. Seruũ dñi oportet mã-
ſuetũ eſſe ad oẽs·docilẽ ⁊c. Exemplũ re-
refert Ualerius maximus.li.viij.de So
crate·qui dum ſemꝑ ad docendũ ſe pau
perem credidit·ad docẽdũ ſe locupletiſ-
ſimũ fecit. Sʒ et Solon athenienſis·vi-
delicet vn⁹ de ſapiẽtibꝫ grecię q̃nta indu
ſtria flagrauerit etiã verſibꝫ cõplex⁹ eſt·
qbꝫ ſe q̃tidie aliq̃d addiſcẽtẽ ſeneſcere ſi-
gnificauit·hec Ualerius. Hinc ⁊ Cato
dicit in libro de moribꝫ. Inſtrue ꝑceptiſ
animũ·ne diſcere ceſſes. Naʒ ſine doctri
na vita eſt quaſi mortis imago. Cõmo-
da multa feres ſin autem ſpreueris illud
Non me ſcriptoreʒ ſed te neglexeris ip-
ſum. Ne pudeat quę neſcieris te velle
doceri. Scire aliquid laus eſt· culpa eſt
nil diſcere velle. Item Sedulius in car-
mine paſcali libro.ꝑ. Tu ſi magnarũ ca-
peris dulcedine reꝝ nobiliũ nitidis do-
ctorum veſcere cenis. Hec de docilitate
ſũt dicta·quã vtiq꜠ iuuat ipſa nat'a. Ut
enim ait Ariſtoteles in principio metha-
phiſice. Omnes homines naturalit᷑ ſcire

256

deſiderãt. Itẽ Seneca ad Luciliũ. Do
ciles inq̃t natura nos edidit· ⁊ ratione de
dit imꝑfectã· ſꝫ q̃ ꝑfici poſſet. Magni do
refert quali in corpe aĩ locati ſint. Nam
multa e corpe exiſtũt q̃ mentẽ acuãt· mul
ta q̃ obtũdant. Vñ Ariſtoteles ait· om
nes ingenioſos melancholicos eẽ vt ego
me tardiorẽ eſſe nõ ferã moleſte· hec ille·
Hinc ⁊ Aug⁹. in li. x. de trini. Ad doctri
nas inq̃t cognoſcẽdas plerũq; nos lau
dantiũ ⁊ ꝓdicantiũ accẽdit auctoritas· ⁊
tñ niſi breuiter impreſſam· cuiuſq; doctri
ne notionẽ ĩ aĩo haberem⁹· nullo ad illã
diſcẽdã ſtudio flagrarem⁹. Itẽ Hugo ĩ
libro de aĩa et ſpũ· Aĩa inquit a creatore
ſuo habet principia· ex q̃ eſt in genere ſuo
ꝑfecta· vñ ex quo eſt· ſciret oĩa q̃ ab ho
mine ſciri poſſũt niſi grauitas carnis eſſet
qḋ p primũ hominẽ qui añ corruptionẽ
humanitatis ex q̃ fuit ꝑfecte ſciam habu
it humanã ꝓbari poteſt: ſed modo cor
rupta humanitate· ex q̃ cõiungit᷑ corrũ
pitur· nec ꝓprietates ſuas poteſt exercere
donec vſu ⁊ experientia· ⁊ alicui⁹ doctrina
exercitata incipit diſcernere· veluti ſi q̃s
cum ſubtili acie oculorũ in tenebroſa de
trudat᷑· videre tñ nõ põt ibi niſi ꝑus aſ
ſueſcat tenebris ⁊ lumẽ accendat᷑. Por
ro ĩ docilitate diſcipuli req̃runt᷑ etiã tria
¶ Primũ ſcꝫ vt mãſuete ac ſine cõtra
dictiõe audiat· iuxta illḋ Jacobi. ꝑ. In
mãſuetudine ſuſcipite inſitũ vbũ. Et il
lud Eccl. vj. Eſto mãſuetus ad audien
dum verbũ. Ecõtra vero dicit Clemens
in itinerario· Dolores mihi eẽ fateor de
nõnullis hoĩbus q̃ cũ ad nos ita veniant
vt aliq̃d diſcãt· vbi docere illos cepimuſ
ipſi rurſus ſe magiſtros eſſe ꝓfitent᷑· ⁊ in
terrogãt quidã vt ignorãtes· cõtradicũt
aũt vt ſciẽtes· hec ille. ¶ Secundum
eſt vt ſenſui loquẽtis magis q̃ ſupficiei
vboꝝ adhereat· In qua ſolẽt auditores
calumniari tria· videlicet obſcuritatem
vel ambiguitatẽ· ſup qua dicit Hilari⁹.
in li. de trinitate. ꝑ. Optim⁹ lector ẽ qui
dictoꝝ intelligentiã expectat ex dictis po
tius q̃ imponit· et refert magis q̃ affert·
nec id videri dictis cõtineri cogit qḋ añ
lectionẽ intelligendũ ꝓſumpſerit. Item
Dionyſi⁹ in li. de diuinis noĩbus. Irra
tionale inq̃t ⁊ ſtultũ eſt nõ intẽtiõis vir
tuti· ſꝫ dictionib⁹ attẽdere· nec eſt ꝓprium
diuina violentiũ intelligere. Hinc ⁊ Au
guſtinus in li. de cathezizandis rudibus
Ita inq̃t ꝑponende ſunt ſentẽtie verbis
ſicut anim⁹ ꝑponit᷑ corpi. Itẽ ruſticã ſim
plicitatẽ· de qua dicit Hiero⁹. ĩ li. de op
timo genere interꝑtandi. Semp mihi fu
it venerationi nõ vboſa ruſticitas· ſꝫ ſan
cta ſimplicitas. Idẽ ad Marcellã. Nõ
inq̃t tam verba ſunt neceſſaria q̃ ſenſus
quia ſi eloq̃ntiã q̃rimus Demoſthenes
eligẽdus eſt aut Tulli⁹. Itẽ incõgruita
tem· de qua dicit Aug⁹. in li. ꝯfeſſionũ. ꝑ
Vide dñe ⁊ patienter vt vides vide q̃
diligenter a priorib⁹ accepta locutorib⁹
pacta litteraꝝ homines obſeruẽt· et a te
accepta ꝑpetue ſalutis pacta negligant·
vt q̃ contra grãmaticã diſciplinam ſine
aſpiratione prioris ſyllabe hominẽ dixe
rit· q̃ magis diſpliceat hominib⁹· q̃ ſi cõ
tra ꝓcepta tua hominẽ oderit cũ ipſe hõ
ſit· ⁊ certe nõ eſt interior ſciẽtia litterarũ·
q̃ ſcꝑta ꝯſciẽtia· id ſe nolle facere alij qḋ
nolit pati. ¶ Tertiũ vero qḋ in audien
dis docilitate requirit᷑ eſt vt ea que min⁹
intelligit a magiſtro requirat. Cuius rei
nobis exemplũ in ſe ſaluator oſtendit· li
cet hominis doctrina nõ eguerit. Unde
Hiero⁹. ad Paulinũ dicit: Saluator
duodecim annos impleuerat· ⁊ in tẽplo
ſedens magis docet dũ prudẽter interro
gat. Ideo dicit᷑ Eccl. xxxij. Audi tacens
ſil᷑ ⁊ querẽs. Hinc etiã Hiero⁹. in prolo
go ſup eplam ad Gal. in ſancta Mar
cella cõmendat ardorẽ diſcendi dicens:
Certe inquit cũ rome eſſem nunq̃ me tã
feſtina vidit vt nõ de ſcripturis interro
garet aliq̃d. Veꝝ etiã ĩ interrogando ca
uenda ſunt duo vitia· ſ· iactantia et frau
dulentia. De iactantia eſt illud Clemen
tis poſitũ ſupra· ſ· q̃ quidã interrogãt vt
ignorãtes· ⁊ cõtradicunt vt ſcientes. De
fraudulẽtia aũt habet᷑ exẽplũ Mat. xxij.

vbi legitur acceſſiſſe doctor legis ad dn̄m Jeſum tēptans eū. In cui⁹ omel. dicit Johēs Chryſo. Simpliciſſim⁹ interrogator ⁊ maligniſſimus inſidiator de magno mandato interrogat. q nec minimū obſeruat. Similit Ezech. xiiij. leguntur veniſſe ſeniores iſrael ad interrogandū dn̄m. De qbus etiam dicit dn̄s ad ꝓphetam: Nunqd interrogatus reſpondebo eis? Qd exponēs Hiero⁹ dicit. Nō meretur audire veritatē qui fraudulēter interrogat .i. non aīo diſcendi ſꝫ temptādi. Eſt nāqꝫ ſtudioſi docilitas. vt dictū eſt ſupra iuxta Boetiū ad intelligendū. ſic attentio ad audiendū. Ut enī ait Cato. Legere ⁊ nō intelligere ē negligere. Parumqꝫ vel nihil ꝓdeſt audire vel legere ⁊ etiā retinere niſi aſſit ⁊ intelligere. Multi tn̄ ipſa doctrine verba memoriter retinent. ſꝫ intelligētia verboꝝ carēt. nec ſaltē intelligere ſtudēt. Un̄ Aug⁹ in li. de doctrina chriſtiana. iiij. Sapiētiā tāto magis vel min⁹ homo dicit. qꝫto magis vel minus in ſcripturis ꝓficit. non dico in eis multū legēdis. memorieqꝫ mādandis. ſꝫ bene intelligendis. ⁊ diligēter eoꝝ ſenſib⁹ interrogādis. Sunt enim q eas legunt ⁊ tn̄ negligunt. legunt enī vt teneant. ⁊ negligunt vt intelligāt. qbus lōge ſine dubio preferendi ſunt. q verba earū minus tenent. ⁊ cor earū ſui cordis oculis vidēt. ſed vtriſqꝫ melior ille q ⁊ cū vult eas dic. ⁊ ſicut oportet intelligit.

De beniuolentia eiuſdem ad retinendum. Cap. X.

De tertio. id eſt. de beniuolentia. q eſt ad retinendū eſt illud Hugonis in li. didaſcalicon. iij. Ne inquit o lector nimiū lēteris ſi multa legeris. ſed ſi multa intellexeris. imo ſi retinere potueris. Ut enim legitur Prouerb. xxj. ſm aliam tranſlationem Theſaur⁹ deſiderabilis .ſ. ſapiētie vel veritatis reqeſcit in ore ſapiētis .ſ. ad ſtudioſe ruminandū ⁊ memoriter retinendum. Nam animalia q non rumināt ſm legē. immunda reputant. Et de tali dī Eccl. xxj. Cor fatui quaſi vas cōfractū. omnē ſapiām nō tenebit. Dicit etiā Uarro qꝫ cānale fiſſū eſt auris q accepta memorie non cōmendat. In auditoris etiā beniuolētia ſimiliter reqrunt tria. Primum ſcꝫ vt libēter audiat. ⁊ diligenter hoc eſt amabiliter. ſm illud Eccl. iij. Auris bona audiet cū omni cōcupiſcētia ſapientiā. Hinc et Prou. xxij. dicit Salomon. Fili inclina aurē tuā ⁊ audi verba ſapientū. appone cor ad doctrinā meam. que pulcra erūt tibi. cū ſeruaueris eam in ventre tuo .i. in affectu vel in memoria ⁊ redundabit ī labijs tuiſ. Poſtea de hoc etiam audiēdi affectu dicit Ceſarius arelatenſis in omel. ij. Sicut a nob domin⁹ ſuſcepti officij neceſſitate loquēdi reqrit officiū ita ⁊ a nobis chariſſimi audiēdi requirit affectū. Sed quidā ideo verba docentis reſpuunt. quia doctorē ipſū cōtemptibilē reputant. Cōtra quos dicit Proſper in libro de vita cōtemplatiua ij. Sunt q nō rationē dictoꝝ ſꝫ dignitatem dicentiū praua examinatiōe diſcutiunt. ⁊ magis quis dicat qꝫ quid dicatur attendunt. ⁊ qd facere aut fieri nolūt. dici quoqꝫ ſibi faſtidiūt. paratiores aliqd doctrine cū illud ſcire cupiūt ignorare qꝫ a pſona inferiore cognoſcere. cū veritas vndecūqꝫ claruerit nō humano ingenio ſed deo deputanda ſit. Hinc ē illud Senece ſupius poſitū. Nō te moueat dicentis auctoritas. Secundū eſt vt audita breuiter in memoria colligat. Ideo inqꝫ breuiter. quia nō de facili oīa verba que dicunt ī lectione poſſent recolligi. nedum verba totius libri. ideoqꝫ ſententiam intentionis ⁊ materie diſcēti conueniat memoriter retinere. Un̄ Hugo vbi ſupra. Oportet inquit vt que diuiſa dicimus cōmendāda memorie recolligam⁹. Habet ſiquidē omnis tractatio principium aliqd. vbi cui tota rei veritas ⁊ ſententie vis inuitat. et ad ipſum alia oīa referuntur. Hec querere ac conſiderare eſt

colligere. Un⁹ quippe fons eſt ex quo ri/
uuli multi·nec oportet amfract⁹ fluuij ſeq̃
ſi fontē teneſ totū habes. Hoc idcirco di
xerim· qꝛ memoria hoīs hebes ē ac breui/
tate gaudet· ꝛ ſiquidē in multa diuidit' i
ſingulis minor efficit'· hec Hugo· Pro/
pter hoc etiā in multis tractatibꝫ ꝛ libris
frequēter poſt diffuſas ſententiaꝝ expoſi/
tiones fieri ſolēt epilogi·i·breues dictoꝝ
recapitulationes q̄bus ſūmatim poſſint
oīa memorie cōmendari. ¶ Plus etiā
frequēter diſcipul⁹ ꝓficit lectionē repetē·
do q̄ ipſa audiēdo. Multū eni ad me/
moriā ꝓficit exercitatio·q̄ fit ea que audi
ta ſunt ſibimet recolēdo ac ruminando·
vel alijs recitando. Unde dicit Boeti⁹
vbi ſupra· ꝙ expedit ſcholaſtico vt ali/
quos habeat ſecreto eiſqꝫ libros legat vt
ſic et intellecta ſciat· ꝛ ſcita exprimere no
ſcat. ¶ Tertiū eſt vt lectiones quotidia
nas nō dimittat·vel etiā interrūpat·ſed
cōtinue audiat. Iuxta illud Prouerb.
viij. Audite diſciplinā ꝛ eſtote ſapienteſ
ꝛ nolite abijcere illā. Ut eni legit' Sap.
iij. Sapientiā ꝛ diſciplinā q̄ abijcit infe/
lix eſt· ꝛ vacua eſt ſpes illoꝝ· ꝛ labores ſi/
ne fructu. Ideo dicit Boeti⁹ vbi ſupra.
Nō ſit ſcholaris diſcholus·i·a ſchola di
uiſus·nec ꝑ vicos ꝛ plateas ꝛ ſpectacula
publica·ꝑ pompas ꝛ choreas et publicaſ
cenas ocul' vagi effreniqꝫ ling̃ diſcurrere·
ſꝫ continuitatis conſtantiā ꝓut facultas
ſuppetit mēti ſtudeat imp̄mere. Quid·n·
cōſtantia lucidi⁹? ꝗd incōſtātia nequi⁹?
prima parit·ſecūda deſtruit·prima proce
dit·ſecūda retrocedit·prima colligit·ſe/
cunda iā collecta diſſoluit· hec Boeti·
us. Ideo dicit' Eccl. xxvij. Homo ſapiēs
in ſapiētia manet vt ſol·nam ſtult⁹ vt lu
na mutat'. Hinc ꝛ Hiero⁹. ſup ep̄lam ad
Gal'. In bonis inquit ſtudijs nō tā ini/
tia ſunt laudāda q̄ finis·i·pſeuerātia fi/
nalis. Sed huiuſmōi pſeuerētia difficil'
eſt ſtultis·ſm illud Eccl. vj. O aſpera ni
mium ſapientia indoctis hominibus· et
nō ꝑmanebit in illa excors·i·homo ſine
corde·ſ·fatuus. Ut eni iam dictū eſt ſu/
pra. Cor fatui quaſi vas cōfractum ꝛc.
Nec mirū ſi talibꝫ aſpera eſt ſapiā·quia
ſtulticie illoꝝ ꝯtraria. Uñ ibidē ſubiun
gitur: Quaſi lapidis ꝟtus ꝓbatio erit i
illis· ꝛ nō demorabunt' ꝓijcere illam·ac ſi
dicat': Sicut ruſtici fatui·ſi lapidē p̄cio/
ſum inuenerint nō reputāt·qꝛ virtutē ei⁹
ac p̄cioſitatē eius ignorant· ꝛ ob h' illum
quaſi vile q̄d ꝓijciūt. Sic homines indo
cti ꝛ excordes verba doctrine vel ſapien/
tie paꝝ approbant·vel etiā omnino vili/
pendūt·qm̄ vtilitatē eius ꝛ ſaporē nō co/
gnoſcunt. Ideo dī Prouerb. xxiij. In
auribus inſipiētiū ne loquaris·quia de/
ſpicient doctrinā eloquij tui. Hoc eſt eni
ſanctū dare canibꝫ ꝛ margaritas añ por/
cos ſpargere. Uel aliter ꝑdictū verbum
exponi poteſt ſub hoc ſenſu: Sicut virtuſ
hominis probat' in ſubleuatione ac por/
tatione lapidis pōderoſi·ſic probant' ho/
mines in ſtudio ꝛ labore ſapientiā acqui
rendi. Nā ſicut imbecilles ꝛ ignaui cito
proijciunt lapidem·ſic excordes ac ſtulti
ſapientiā·non poſſunt in ea proficere·qꝛ
grauis eſt eoꝝ ſtulticie. Difficile eſt eti/
am pueris ꝓpter imbecillitatē ꝛ laſciuiā
illius etatis. Unde Auguſtin⁹ de ciuita
te dei libro. xxj. Non parua inquit pena
eſt inſipientia vel imperitia· que adeo fu
gienda merito iudicat'· vt per penas do/
loribus plenas pueri cogantur diſcere lit
teras vel quelibet artificia: Ipſumqꝫ di/
ſcere ad q̄d penis adigunt'·tā eſt illis pe/
nale vt nonnunq̄ ipſas penas per quas
compellunt' diſcere·ferre mallūt·q̄ diſce
re. Uerum vt dicit Baſilius in hexame/
ron libro. iij. Que labore queſita ſunt· et
iocunde percipiuntur· ꝛ diligentiſſime cō
ſeruantur: Nam quoꝝ facilis habetur
adeptio eoꝝ ſine dubio faſtidioſa eſt poſ
ſeſſio·hec Baſilius. Hec de ſubiectione
triplici vel potius quintuplici quā debet
diſcipulus exhibere doctori. Unde Boe
tius vbi ſupra. Sit ergo inquit diſcipu/
li ſumma ſubiectio magiſtratui·ſit atten
tio exercitij docilitas ingenij·beniuolen/
tia animi·luxurie quoqꝫ ſpecieꝝ euitatio

et fęlicis cōſtantię debita profeſſio

De ordine ſcholaſticę diſcipline Cap. XI.

Ceterorum in addiſcendi modo neceſſaria ſunt tria. ſ. ordo. affectio et intentio. Unde dicit apoſtol⁹. j. Cor. viij. Si quis exiſtimat ſe aliquid ſcire. nondū nouit queadmodum oporteat eum ſcire. Qd de diſciplina theologica ſic exponit beatus Bern. ſuper cantica. omel. xxxvj. Quid eſt inquit modus ſciendi niſi vt ſcias quo ordine. quo ſtudio. quo fine quęq̈ oporteat noſſe? Et hęc tria pſequitur de diſciplina vel ſtudio theologię. ſm mō: Quo inquit ordine vt ſcʒ illud prius qd ad ſalutem matur⁹. Quo ſtudio vt illud ardenti⁹ qd ad amorē vehemētius. Quo fine. vt non ad inanē gloriam vel curioſitatem. vel aliquid ſimile. ſed tm̄ ad tuam vel pximi ędificationem. hęc ille de ſtudio diuinę ſcriptę. Uerūtamē etiā illum modū debent imitari pro poſſe ſtudioſi quātūlibet artiū. videlicet vt ſit rectus diſcendi ordo. ſtudioſa diſcētis affectio. et pura intentio. De ordine diſcendorum dicit Alphorabi⁹ in libro de ortu ſcientiarum: Principiū omniū ſcientiarum eſt ſcientia de lingua. id eſt. de impoſitione nominū. rebus. ſ. ſubſtātię et accidenti. Secunda eſt grāmatica. quę eſt ſcientia ordinādi ipſa nomina. rebus impoſita. et componēdi orationes Tertia logica quę eſt ſcientia ordinādi propoſitiones enūciatiuas ſm figuras logicas. ad eliciendas pcluſiones. quibus puenitur ad cognitionē dictorum. et ad iudicandum de illis vtrū vera an falſa ſint Quarta vero poetria quę eſt ſciētia ordinandi metra ſm ppoſitionē dictionū et tpa in numerū pedum eorum. deinde vo cęterę ſic alias ſūt ordinatę. Ideoq̈ dicit in libro de diuiſione ſcientiarū. Quod prima eſt ſcientia linguę. ſecunda logice tertia ſcientia doctrinalis. quarta vo naturalis. quinta diuina. ſexta ciuilis. Hic quoq̈ ſcientia linguę cōphendit grammaticam. et ſub eadē vel ſub logica rhetoricam. Aliter vero dicit Richard⁹ de ſancto Victore in libro exceptionū. talē videlicet in artibus ordinem eſſe ſeruandum. Prima inquit omniū comparanda eſt eloquentia. et ob hoc expetenda eſt logica. Deinde purificandus eſt ocul⁹ mētis per ethicam. et ſic tranſeundum eſt ad theoricam. vbi nomine logicę cōphendit trinā ſermocinalem ſcientiā. ſ. grāmaticam. rhetoricam et dialecticā. Logos enim grece dicit ſermo latine. Itaq̈ ſciētiarum omniū grammatica eſt fundamētum. quā hodie multi tanq̈ vilem negligunt. et ideo parum in alijs proficere poſſunt. Unde Quintilian⁹ in libro. p. de oratoria inſtitutione. Non ſunt inqt ferendi qui artem grāmaticam vt tenuem atq̈ ieiunam cauillātur. quę niſi fundamenta fideliter iecerit. quidqd ſuperſtruxeris corruet. neceſſaria pueriſ. iocunda ſenibus. dulcis ſecretorū comes. et q̄ vel ſola omni ſtudiorum genere plus habeat operis. min⁹ oſtentationis. Plurimi aūt ambitioſa feſtinatione a poſterioribus incipiunt. dum oſtentare diſcipulos circa ſpecioſa malunt. hęc Quintilianus. Ceterū vt dicit Ariſtoteles in libro methaphiſicorū. Impoſſibile eſt vt addiſcatur res aliqua niſi ſciant eius principia quę ſūt pplitiones vniūſales. Hinc etiam Alphorabius in libro de diffinitione ſcientiarū. In omni arte inquit. ſiue ſit actiua. ſiue ſpeculatiua. ſiue liberalis. ſiue fabrilis. regulę ſunt generaliter comprehendētes omnia vel forte plura de q̈bus ars illa pertractat. quę ad hoc q̈dem inuentę ſūt vt cognoſcat omne id quod eſt illius artis. ne forte recipiat in ea qd non eſt eius. vel rejciatur qd eſt eius. et vt per eas caueamus ne forte ī aliquo erremus. Nam in mechanicis inſtrumentum q̈ deprehendit ſi forte in aliquo erratur. vt in arte fabrili perpendiculū regula vocat. hęc Alphorabi⁹. Ad ordinē

quoq₃ pertinet vt illud diſcat' prius vel ſtudioſius qđ ad ꝓpoſitū eſt vtili⁹. Unde Hugo vbi ſupra. Si omnia inquit nō potes legere· ea que ſunt vtiliora lege Si aūt omnia potes· non tñ idem labor omnibus impendendus eſt: ſed quedam ita legēda ſunt ne ſint incognita· quedā ꝟo ne ſint inaudita· qm̄ aliqñ pluris eſſe credimus qđ nō audiuimus· hec Hugo Quedam etiā legim⁹ vel addiſcim⁹· nō quia multū vtile ſit ea ſcire· ſ₃ q₂ turpe eſt ignorare. Quedam vero quia ipſū ignorare eſt periculoſum· qm̄ vt dicit Boetius: Nullū malū euitari poteſt niſi cognitum. Unde Ambro⁹. ſup Lucā. Legimus aliqua ne ignoremus· legimus non vt teneamus· ſed vt repudiemus. Hinc etiam in conſilio cartaginenſi. iiij. permittitur epiſcopis hereticoꝝ libros legere ꝑ neceſſitate vel tempe: pueris autem vel idiotis ac neophitis ꝓhibent'. ne ī laqueum erroris ꝑcipitent'. Unde Beda ſup parabolas libro. p. Soli conceditur hereticorum libros legere· qui adeo ſolidatuſ eſt in fide catholica vt nequeat ſupari libroꝝ dulcedine vel aſtutia. Ecōtra ꝟo libri gentilium in ꝑdicto conſilio epiſcopis ꝓhibent'· qui tamē pueris ꝛ adoleſcētulis conceduntur· vt in eis ꝓpter doctrine neceſſitatē erudiant'. Unde Hiero⁹. ad Damaſum papā de filio ꝓdigo. Sacerdotes inquit dei videmus omiſſis euangelijs ꝛ ꝓphetis· comedias legere· amatoria buccolicoꝝ Uirgilij verſuū ꝟba cātare· ꝛ id qđ in pueris eſt cauſa neceſſitatis· crimen in ſe facere voluptatis. Idē₃ q₃ Hiero⁹. de ſemetipſo refert ad Euſtochiū. Olim inquit cū₃ relicta domo atq₃ parentib⁹ ꝑ Chriſto militaturus ꝑgerē hieroſolymā· bibliothecā quā mihi rome ſūmo ꝯfecerā ſtudio carere nō poterā Itaq₃ poſt crebras vigilias ꝛ lachrymas quas preteritoꝝ recordatione peccatoꝝ fundebā Platonē vel Tulliū in manibus ſumebā· et ſi qñ ꝓphā legere cepiſſem in memetipſū reuerſus horrebat ſermo incultus· qđq₃ lumē nō videbam cecis oculis nō oculoꝝ vitiū putabam eſſe: ſed ſolis. Deniq₃ ī media ferme quadrageſima febris medullis infuſa ſic infelicia mēbra depaſta eſt vt oſſib⁹ vix hererē Interim parabant' exequie ꝛ vitalis calor palpitabat in ſolo pectuſculo iā repetente: Tūc ſubito rapt⁹ in ſpū iudicis tribunal ꝑtract⁹ ſū· vbi tm̄ luminis erat ut in terrā ꝓiectus nō auderē aſpicere ſurſū Interrogat⁹ cōditionē: Reſpōdi me eſſe chriſtianū. At ille q̄ ꝑſidebat· mētiris ait Ciceronian⁹ es nō chriſtian⁹. Ubi enim eſt theſaur⁹ tu⁹ ibi eſt ꝛ cor tuū: Ilico obmutui· ꝛ inter ꝟbera qb⁹ me iuſſerat cedi dū cōſcientie magis igne torquerer· illuꝫ mecū verſiculū reputaui: In inferno aūt quis cōfitebit' tibi: Clamabā inter ꝟbera Miſere mei. Tandē q̄ aſtabāt ad preſidentis genua ꝓuoluti ꝑcabant'· vt adoleſcētie veniā ꝛ errori locū penitētie ꝯmodaret· exactur⁹ deinde cruciatū ſi libros aliqñ legerē gentiliū lraꝝ. Ego itaq₃ q̄ ī tanto cōſtitut⁹ articulo vellē etiā maiora ꝓmittere· deierare cepi ac dicere: Domine ſi codices vnq̄₃ ſeculares habuero ſi legero· te negaui. Inter hec ꝟba dimiſſus redij· cūctiſq₃ mirātib⁹ oculos multo lachrymarū imbre ꝑfuſos aperui· nec ſ₃ vtiq₃ vani fuit illuſio ſomnij: teſtis mihi eſt tribunal ante qđ ſteti· iudiciūq₃ qđ timui me poſt ſomniū plagas ſenſiſſe ac liuentes ſcapulas habuiſſe· tantoq₃ dehinc ſtudio· q̄nto moralia ante nō legeram· diuina legiſſe· hec Hiero⁹. Ad ordinem itaq₃ diſcipline pertinet vt vnuſquiſq₃ legat vel addiſcat qđ etati ſue vl' ſtatui cōgruit ac decet. Nam ꝛ religioſis perſonis phyſicam vel mundanas leges audire ius canonicū prohibet· que tñ ceteris audire licet

De ſtudioſa diſcētis affectiōe. Cap. XII.

Poſtro de ſtudio vel affectione ſtudioſa dicit Tulli⁹ in rhetorica. j. Studiū eſt aſſidua

et vehemens animi ad rem aliquã applicata cum magna voluntate occupatio. De hoc etiã dicit Auguſtin⁹ in libro de trinitate .x. Quia prorſus ignotam rem nullus amare poteſt. cuiuſmodi ſit amor ſtudentiũ conſiderandũ eſt. hoc eſt non dum ſcientium. ſed adhuc ſcire quãlibet doctrinam cupientiũ. Si quidez ad doctrinas pleraſqꝫ cognoſcendas. plerũqꝫ nos laudantiũ ⁊ predicantium accendit auctoritas. ⁊ tñ niſi breuiter impreſſam ĩ animo. citiuſqꝫ doctrine notionẽ habere mus. nullo ad illam diſcendã ſtudio flagrarem⁹. Aliqñ etiã ipſaꝝ doctrinarũ fines auditos miramur. ⁊ ex hoc inardeſcimus facultatẽ cõparare diſcendi quo ad eos peruenire poſſum⁹. hec Auguſtinus

¶ Sunt aũt quattuor ꝑcipua ad diſciplinã vel ſtudiũ ſapientie incitatiua. videlicet eius honeſtas. ſuauitas. diuturnitas. ⁊ vtilitas. De honeſtate dic̃ ſapiens de ipſa ſapientia loquens Sap. viij. In ipſa inquit eſt honeſtas ſine defectione. et ꝑclaritas in cõmunicatione ſmonum illius. Habebo ꝓpter hãc claritatẽ ad turbas. ⁊ honorẽ apud ſeniores. Tacentem me ſuſtinebũt. et loquentẽ me reſpicient. et ſermocinante me plura. man⁹ ori ſuo imponent ⁊c. hec ille. Hinc etiaz ſeniores in lege iubemur honorare ꝓpter ſapientiã magis q̃ꝫ ꝓpter etatez. Vt enĩ legitur Job. xij. In antiquis eſt ſapientia. et in multo tpe prudentia. Et Sap. iiij. dicit᷑. Qꝛ ſenectus venerabilis eſt non diuturna neqꝫ annoꝝ numero computata. ſed cani ſunt ſenſus hominis ⁊c. Hic ⁊ poeta: Senſus amicitias confert. dat ſenſus honores. Deniqꝫ nulla eſt homini rationali honeſtior occupatio. q̃ꝫ in ſapientie ſtudio

¶ Porro de ſuauitate dic̃ idem ſapiens vbi ſupra. Hanc amaui et exquiſiui a iuuẽtute mea. et queſiui eam mihi ſponſam aſſumere. ⁊ amator factuſ ſum forme illius. qm̃ in amicitia eius eſt delectatio bona. Huic conſonat qđ legitur de ſancto Gregorio naçanceno ĩ apologitici ſui ꝓhemio. ꝙ ipſe a puericia ſignaculum caſtitatis integrũ cuſtodiens cũ phie ſtudijs adhuc iunior apud athenas floreret. vidit per ſoporẽ ſedenti ſibi ⁊ legenti duas ſatis decoras dextera leuaqꝫ feminas cõſediſſe. Quas ille caſtitatis inſtinctu oculo toruiore reſpiciens que nam eſſent ⁊ quid ſibi vellent ꝑcunctabatur. ac ille familiarius eũ cõplectentes aiunt: Ne moleſte accipias iuuenis. note tibi ſatis ⁊ familiares ſumus: Altera enĩ ex nobis ſapientia. altera caſtitas dicitur. ⁊ miſſe ſumus tecuz habitare. qꝛ iocundũ ſatis et mundũ in corde nobis habitaculũ ꝑparaſti. De hoc etiaz dicit᷑ Eccl. vj. Sapiẽtia doctrine ſm nomen eius eſt. ⁊ nõ multis eſt manifeſta. Ac ſi diceret᷑: Sapiẽtia docibilis talis eſt q̃lis per nomẽ ſuũ deſignat᷑. ſ. ſapida. ſcientia Dicit᷑ enĩ a ſapore et ſciẽtia. pauciqꝫ ſentiunt eius ſaporẽ. ⁊ eſtimant eius valorẽ Vnde legit᷑ Job. xxviij. Qꝛ neſcit homo p̃cinm eius. nec inuenit᷑ in terra ſuauiter viuentiũ. Et poſt: Abſcõdita eſt ab ocul᷑ omniũ viuentiũ.

¶ De diuturnitate legitur Eccl. vj. Fili a iuuẽtute tua excipe doctrinã. ⁊ vſqꝫ ad canos inuenies ſapientiã. Ideo dicit᷑ Sap. v. Qꝛ melior ẽ ſapiẽtia q̃ꝫ vires. ⁊ vir prudẽs magis q̃ꝫ fortis. Nam in ſenectute fortitudo debilitatur. ſapiẽtia vero potius augmentat᷑ et ideo diuturnior ẽ q̃ꝫ fortitudo. Recte etiam dicit᷑ melior q̃ꝫ diuitie. quia diuitie poſſunt inuito auferri etiã ab homine ſapientia ꝟo nequaq̃ꝫ vita comite. Vñ dicitur Prouerb. viij. Accipite diſciplinam et nõ pecuniã. doctrinam magis q̃ꝫ theſaurum eligite. Melior eſt enĩ ſapientia cunctis opibus ꝑcioſiſſimis. et omne deſiderabile nõ poteſt ei compari. Hinc et Sap. viij. dicit᷑. Si diuitie appetãtur in vita. quid locupletius ſapiẽtia? Deniqꝫ ſciẽtia vel ſapiẽtia non ſolũ manet nobis in hac vita. ſꝫ etiã manebit in eterna. Licet enĩ ſm illud apl̃i. j. Cor. xiij. Scientia deſtruet᷑. deſtruenda ſit q̃ntuz

quantū ad moduꝫ ⁊ imꝑfectionē· nō tn̄ q̄ntum ad ſubſtantiaꝫ. Unde Eccl. vj. poſtq̄ꝫ dictum eſt de ſapiētia qđ nō multis eſt manifeſta· ſtatim ſubiungit᷑: Quibus autē agnita eſt· ſ· ꝑ experientiā ꝑmanet vſq̄ꝫ ad conſpectū dei· i· perſeuerabit in eis· vſq̄ꝫ ad manifeſtam dei viſionem. Unde Hiero⁹. ad Paulinū. Diſcam⁹ inquit in terris· quoꝝ ſciētia nobis perſeueret in cęlis. ¶ Deniq̄ꝫ de vtilitate di᷑ ibidē ſcꝫ Eccl. vj. Quaſi is q̇ arat ⁊ q̇ ſeminat accede ad illā· ſ· acquirendā· i· cū labore ſtudij· ⁊ cum ſpe fructus eius ꝑcipiendi. Ut enī dicit aplus. j. Cor. ix. Debet in ſpe qui arat arare· ⁊ qui triturat ī ſpe fruct⁹ ꝑcipiēdi. Un̄ ibidē· ſ· Eccl. ſubiungitur. Et ſume bonos fructus illius· de quibus ſcꝫ dicit᷑ Prouerb. iij. Primi ⁊ puriſſimi fruct⁹ ei⁹· Et recte dicit ſuſtine· id eſt· patiēter expecta· contra illos qui cum ſeminauerint ſtatim volant fructum ſeminis comedere. Nam doctrinę ſemen anteq̄ꝫ erūpat ⁊ apte ꝓficiat aſperitate laboris ac diſciplinę cogit᷑· ſicut ſemen materiale iactū aſperitate gelu conſtringitur. Hinc pueros ad diſcendum quotidie videmus ad diſcendū inuitos· angi verberibus ⁊ increpationibꝫ· qui poſtea doctrinę fructum agnoſcentes ſpontanei ſe quaſi excrebrant ſtudēdo pariſius. Eſt enī ſapientię doctrina quaſi nux habens corticē amarum exterius· et poſt intra duram teſtā nucleū habet dulcem atq̄ꝫ ſuauem. Iteꝝ ſicut qui arat ⁊ ſeminat· p̄mo quidē ab agro ſuo ſpinas ⁊ tribulos extirpat· ⁊ ſic euerſa terra ſeminat· ſic qui ſapiētię doctrinam vult excipere· primo debet cordis ſui terrā inquiſitione diligenti euertere· ac germē vitioꝝ extirpare· ⁊ tūc demū poterit ſemē vitioꝝ extirpare· ⁊ tūc deinde poterit ſemē dictū recipere· alioquin vt dictū eſt ſupra: In maliuolam animā nō introibit ſapīa. Un̄ dicitur Hiere. iiij. Nouate vobis nouale· ⁊ nolite ſerere ſuꝑ ſpinas. Sic tandeꝫ ſemine proficiēte ⁊ ad perfectionē tendēte poterit fructus illius metere. Un̄ poſt prędicta verba Eccl. ſubditur: In opere illius exiguū laborabis· ⁊ cito edes de generationibus illi⁹· ac ſi dicat᷑: Labor erit modicus· ſed multiplex fructus ac tempeſtiuus. Unde ⁊ in eodē dicit᷑. xxiiij. in ꝑſona ſapiētię: Trāſite inquit ad me omnes qui concupiſcitis me ⁊ a generationibus meis implemini. ¶ Prim⁹ itaq̄ꝫ ſcientię ſiue ſapiētię fructus eſt vitioꝝ carnaliuꝫ extirpatio vel excluſio. Iuxta quod ſcribit Hieronym⁹ Ruſtico monacho· Ama inquit ſcientiā ſcripturaꝝ ⁊ carnis vitia non amabis. ¶ Secūdus eſt mētis ſerenatio ſiue lętificatio· ſm̄ illud Sap. vj. Clara eſt ⁊ quę nunq̄ꝫ marceſcet ſapiētia· ꝓoccupat eos qui ſe concupiſcunt· ⁊ in vijs ſuis oſtendet ſe illis hilariter. ¶ Tertius eſt in tribulatiōe cōſolatio· vel in labore recreatio. ſm̄ illud Hugonis ſupius poſitū: Nullū mai⁹ in vita ſolatium q̄ꝫ ſapiētię ſtudiū. Unde Hiero⁹· dicit in ꝓlogo ſuꝑ epiſtolam ad Eph. Si quicq̄ꝫ eſt qđ in hac vita ſapientem virū teneat· ⁊ inter p̄ſſuras ac turbines mundi ęquo animo manere ꝑſuadeat· id eſſe vl᷑ primū reor meditationem ⁊ ſciētiā ſcripturaꝝ. Hīc ⁊ Sap. viij. di᷑ Propoſui hanc adducere mihi ad conuiuandū· ſciens quia mecū cōmunicabit de bonis· ⁊ erit allocutio cogitationis et tedij mei. Hinc etiā dicit Tullius in tuſtulanis li. v. Quid dultius ocio litterato? Econtra vero dicit Seneca Lucilio Ocium ſine litteris mors eſt· ⁊ hoīs viui ſepultura. ¶ Quartus eſt animi tranquillitas ſiue quietudo. ſm̄ illud Eccl. vltimo. Videte inquit quia modicū laboraui· ſcꝫ circa ſapientię inquiſitionem et īueni mihi multā requiē. Hinc Sap. viij. Intrans inquit in domum meā· cōquieſcam cum illa. Non enī habet amaritudinem conuerſatio illius· nec tedium conuictus illius· ſed lęticiam ⁊ gaudium Nec ideo hoc dico· quia quęlibet ſciētia ſit ſapīa ꝓprie loquēdo· ſ; oēs doctrinę

tendere debent ad perceptionem ſapien-
tie tanquã eius pediſſeque ſicut inferius
oſtendetur.

De ipſius fine vel intentione. Cap. XIII.

Denique de fine quem ha-
bet addiſcens in intentione di-
cit beatus Bernardus ſup Cã-
tica omel. xxxvi. Sunt qui ſcire volunt
eo fine tantũ vt ſciant. et eſt turpis curio-
ſitas. Alij vero vt ipſi ſciantur quos irri-
det ſatyricus dicens: Scire tuum nihil
eſt niſi te ſcire hoc ſciat alter. et eſt turpis
vanitas. Alij quoque vt ſcientiã vendãt
pecunia vel honoribus. et eſt turpis que-
ſtus. Alij vero diſcũt vt edificent. et cha-
ritas eſt. Alij vt edificentur. et prudentia
eſt. hec Bernardus. Harũ quinque in-
tentionum ſole due vltime bone ſunt et
ſalubres. tres autẽ prime vane ac vitupe
rabiles aut etiam deteſtabiles. Vt enim
dicit Hugo vbi ſupra libro. p̊. Malum
quidem eſt bonum negligenter agere. pe-
ius eſt in vacuum multos labores expen-
dere. De prima. ſ. curioſitate ſciendi
q̃ ipſa eſt ſm Auguſtinũ concupiſcẽtia
oculorum. de qua loquitur Johẽs pma
canonica. ij. Unde idem Aug⁹. in libro
confeſſionum. x. Eſt inquit cupiditas q̃-
dam experiendi vana et curioſa nomine
cognitionis atque ſcientie palliata. Que
quia in appetitu noſcendi eſt. oculi vero
ſunt ad cognoſcendum in ſenſibus prin-
cipes. ideo cõcupiſcẽtia oculorum eloquio
diuino appellatur. hec Auguſtinus. Et
hui⁹mõi curioſitas duplex eſt. vna. ſ. ad
multa. alia vero ad ignota. Nam de illa
que eſt ad ſciendũ vel experiendũ multa
dicitur Eccleſiaſtes. j. Nõ ſatiatur oculus
viſu. nec auris impletur auditu. Unde di-
cit Hugo vbi ſupra libro. v. Quidã ſũt
qui omnia legere vel ſcire volunt. ſed infi
nitus eſt librorum numerus: Tu ergo inq̃t
noli infinita ſequi. vbi enim finis nõ eſt.
ibi nec requies. et ideo nec pax eſt. vbi ve-
ro pax nulla eſt. deus habitare non põt.
quia in pace factus eſt locus ei⁹. hec Hu
go. Dicit etiam beatus Berñ. q̃ multi-
tudo rerum et temporis breuitas non pa-
tiuntur omnia comprehẽdi. Itẽ Hora-
tius in libro carminũ. Nec ſcire fas ẽ om
nia. Tales etiã circa plurima curioſi. ſe-
metipſos confundunt. et ideo parũ in ſa-
pientia proficiunt. imo nihil ad pfectuz
ſcire poſſunt. Nam pluribus intent⁹ mi-
nor eſt ad ſingula ſenſus. Unde Uarro
ad athenienſem auditorẽ: Nuſquã inq̃t
deueniet q̃ q̃s videt ſequitur calles. Hinc
et Seneca ad Lucilium. Detrahit inq̃t
multitudo librorum. et cum legere nõ poſ
ſis q̃ntum habueris. ſatis eſt habere q̃n-
tum legere poſſis. faſtidientis ſtomachi ẽ
multa deguſtare: Non refert q̃ multos
habeas libros. ſed q̃ bonos. lectio certa
prodeſt. varia delectat. hec Seneca. Ta-
les igitur vt dictum eſt curioſi. ſunt ina-
nes veri. Juxta illud apli. ij. Thimoth.
iij. Semp diſcentes. et nunque ad ſcienti-
am veritatis peruenientes. De illa ſcḋo cu
rioſitate que eſt ad ſciẽdum vel experien
dum ignota. dicit Auguſtinus in libro
de trinitate. x. Si quis tam curioſus eſt
vt non propter aliquã notam cauſam. ſed
ſolo amore rapiatur incognita ſciendi. diſ-
cernendus eſt quidem hmõi curioſus a
nomine ſtudioſus. Sed nec ipſe amat
incognita. quin potius odit incognita
que nulla vult eſſe dum omnia ſibi vult
eſſe cognita. Hui⁹modi curioſitas fre-
quenter ſolet hereſes generare ĩ his qui
ſecreta fidei nitebantur vltra moduz in-
ueſtigare. Unde Prouerb. ix. Mulier
ſtulta et clamoſa. que ſignificat hereſim
tranſeuntes vocat. et vecordibus loquẽs
ſit clamat. Aque furtiue dulciores ſũt. et
panis abſconditus ſuauior. Hinc et Se

neca in libro declamationū.iiij. Artior
eſt cupiditas ignota cognoſcendi. ꝙ no-
ta repetendi. Idem ad Lucilium epiſto
la,lxviij. Multi aperta tranſeūt condita
obſtruſa rimantur. Fure ſignata ſollici-
tāt. vile videtur quidquid patet. aperta
effractarius preterit. Hos mores habet
imperitiſſimus quiſqꝫ qđ in ſecreta cupit
irrumpere. Cauendum eſt itaqꝫ maxime
ſimplicibus ⁊ idiotis vel etiam in pueris
a ſecretiorib⁹ celeſtibus rimādis. quoni-
am vt legitur Exo.xix. Beſtia quę teti-
gerit montem lapidabitur. Unde dicit
Eccl.iij. Altiora te ne q̄ſieris ⁊ fortiora te
ne ſcrutatus fueris. ſed quę pręcepit tibi
deus illa cogita ſemper. ⁊ in pluribus ei⁹
operibus ne fueris curioſus. Non enī eſt
tibi neceſſarium. ea quę abſcondita ſunt
videre oculis tuis. Ut enī legitur Pro-
uerb.xxv. Sicut qui mel comedit multū
non eſt ei bonū. Sic q̄ perſcrutator ē ma
ieſtatis opprimetur a gloria. Ideo dicit
ab apoſtolo ad Roma.xij. Dico omni-
bus qui ſunt inter vos non plus ſape ꝙ
oportet ſapere. ſed ſapere ad ſobrietatem
et vnicuiqꝫ ſicut diuiſit deus menſuram
fidei. Hinc etiam dicit Cato in libro de
moribus. Mitte arcana dei. celumqꝫ in-
quirere quid ſit. Cum ſis mortalis q̄ ſūt
mortalia cura. ¶ De ſecunda diſcen-
tis intentione. quę eſt vanitatis vel ina-
nis glorię. dicit Tullius in tuſculanario
libro.p. Honos alit artes. omneſqꝫ incē
duntur ad ſtudia glorię. Huiuſmodi ſci
entia ſicut dicit Auguſtinus. non facit
hominem interius lamentantem. ſed fo-
ris ſe iactantem. Hinc eſt illud Perſij ſa
tyrici. ſuperius ex parte inſertū dictis bea
ti Bernardi. Ne te inquit quęſiueris ex-
tra. Scire tuum nihil eſt. niſi te ſcire hoc
ſciat alter. O curuę in terris animę ⁊ cęle
ſtium inanes. Hinc Tullius vbi ſupra li
bro.v. Leuiculus inquit noſter Demo-
ſthenes q̄ illo ſuſurrio delectari ſe dice-
bat confitentis mulierculę vt mos eſt in
grecia. hic eſt ille Demoſtenes. quid hoc
leuius. ſed orator ille tantus apud alios
videlicet loqui didicerat. nō multum ip-
ſe ſecum. hec Tullius. De hac etiam va
nitate dicit Boetius in libro de conſo-
latione. O doxa. doxa. id eſt. inanis glo-
ria: quid aliud es ꝙ quędam aurium in-
flatio vana. Ut enim dicit Horatius ī
libro ſermonum. Gaudent pre nomine
molles auriculę. Unde Valerius maxi
mus libro.ix. narrat ꝙ Sophocles iam
ſenex. tragędiam quandam in certamine
miſerat. Cumqꝫ ſuſpenſus ancipitis cer-
taminis expectaret ſententiā audiens vi-
ciſſe. et pre gaudio expirauit. Talis eti-
am in ſapientia vera non proficit. quia
ipſe tumor inanis eius mentem excęcat.
nec videre clare permittit. Unde talis
iuxta verbum apoſtoli.j. Thimoth.vj.
eſt ſuperbus nihil ſciens. ſed languens
circa quęſtiones et pugnas verborum. ex
quibus oriuntur inuidię. contentiones.
irę. ⁊c. ¶ De tertia intentione. q̄
eſt cupiditatis. dicit Hugo in libro de ar
ca Noe.iiij. Indignus eſt ſapientia. qui
per ipſam aliud ꝙ ipſam obtinere inten-
dit. qui non vt ipſam qua nihil melius ē
poſſideat. ſed vt venalem proſtituat il-
lam quęrit. Hoc tamen hodie faciunt
ſcholaſtici fere omnes aut plures. videli-
cet lucratiuas ſcientias addiſcentes. vel
ad eas ꝙ citius poſſunt feſtinantes. Uñ
conquęritur dominus per Hiere.ij. Me
inquit dereliquerunt fontem aquę viuę.
id eſt. ſalutaris ſapientię. quia ſcilicet ſa-
cram ſcripturam nolūt audire. quę a me
tanquā vena procedit a fonte. Hęc eſt
enim aqua ſalire faciens in vitam ęter-
nam. vt dicitur Ioh.iiij. Et foderunt
inquit ſibi ciſternas diſſipatas. id eſt. cū
ſtudio et labore magno ſibi acquirūt ſci-
entias lucratiuas. ī qb⁹ nō ē aq̄ lympida
i. vera ſapiā. ſꝫ falſa ⁊ vana ⁊ etiā turbida

quia terrena. Unde poſtea dicit: Quid tibi vis in via egypti vt bibas aquã turbidã? Qđ quaſi exponẽs Baruch.iij. Filij agar id eſt ancille non libere exquiſierunt prudentiã que de terra eſt. Dein de quaſi exponẽdo quos vocet filios Agar ſubiungit. Negociatores terre ⁊ themã ⁊ fabulatores et exquiſitores prudentie ⁊ intelligentie viã autẽ ſapiẽtie neſciert neqꝫ meminerunt ſemitarum eius. Negociatores terre phyſici ſunt qui terrã id eſt corpus ſub precio curant. Negociatores theman qđ interpretatur africus illi ſũt aduocati qui aſſidue cauſas ventilant ⁊ litigant. Iuxta illud Eſa.xxj. Sicut turbines ab africo veniunt ⁊ hi quoqꝫ negociatores ſunt quoniã allegationes ſuas chariſſime quaſi ad pondus vendũt. Unde dicit Eſa.xxxiij. Ubi verba legis ponderans. Fabulatores grãmatici ſunt qui fabulis poetarum intendunt. Exquiſitores autẽ prudentie ⁊ intelligentie ſunt dialectici et ſectatores mundane philoſophie. Omnis huiuſmodi ſciẽtia inflat ⁊ in ventre conſciẽtie tortiones generat. Unde beatus Bern. ſup Cãtica omel. xxxvj. Cibus inquit indigeſtus malos humores gignit ⁊ corpus corrumpit nõ nutrit. Sic ⁊ multa ſcientia ſtomacho anime indigeſta que eſt memoria ſi decocta igne charitatis non fuerit ⁊ ſic tranſfuſa per quoſdam artus anime ſ. mores ⁊ actus reputabitur huiuſmõi ſcientia in peccatũ tanqꝫ cibus in prauos humores noxioſqꝫ conuerſus. An non inflationes ⁊ tortiones in ſcientia ſuſtinebit huiuſmodi ſciens bonũ ⁊ nõ faciẽs?

De proficientium lectione. Cap. XIIII.

Sicut autem ad incipientes vt dictum eſt pertinet a magiſtris audire ſic ad proficientes atqꝫ perfectos ſe per ſemetipſos interdum exercere licet etiam talibus expediat et audire quoniam audiens ſapiens ſapientior erit. Unde Ariſtoteles in li. ethicorum. Optimus eſt inquit qui a ſemetipſo omnia intelligit. Bonus autem ⁊ rurſus ille q̃ benedicenti obaudit. Qui autẽ nec ipſe intelligit nec alium audiẽs in mente iacit hic inutilis videtur. hec Ariſtoteles. Hinc eſt illud etiã Hieronymi ſuperius poſitum. Ingenium docile ⁊ ſine doctore eſt laudabile. Debet itaqꝫ pfectus id eſt circa ſcripturarum intelligẽtiã aliquatinus exercitatus ſemetipſum paulatim exercere ſcꝫ legendo meditando ſcribendo diſputando id eſt interrogãdo vel reſpondendo. Siquidem vt dicit Hugo vnde ſupra libro.iij. Ingenium exercent precipue duo ſcꝫ lectio ⁊ meditatio. Lectionis genus triplex eſt ſcꝫ docentis diſcentis per ſe incipientis. Dicimus enim lego librum illi ⁊ lego librum ab illo et lego librum. In lectione conſideranda ſunt maxime ordo et modus. Ordo attenditur in diſciplinis ſm materiã vt grammatica antiquior eſt dialectica. In libris ſm materiam. In narratione ſm diſpoſitionem. In expoſitione ſm inquiſitionem. Modus legendi conſtat ĩ diuidendo vt cum ab vniuerſalibus ad particularia deſcenditur ſic paulatim eorum que continentur natura inueſtigetur. Dehinc oportet vt que diſcenda diuiſimus commendanda memorie colligamus. hec Hugo. Modus etiã legendi eſt vt quoniam infinita ſunt ſcripta eligãtur ad legendum ex eis pauciora breuiora ⁊ vtiliora. Pauciora quidem quia ſicut dicit Hugo. Memoria hominis cum in multa diuiditur in ſingulis minor efficitur. Et pluribus intẽtus minor eſt ad ſingula ſenſus. In hoc etiam modum oportet obſeruare quia ſicut dicit Uarro. Omnia quidem noſſe eſt impoſſibile pauca vero non laudabile. Breuiora vero quia ſic dicit idẽ Hugo. Memoria hominis hebes eſt ac breuitate gaudet. Unde Cyprianus martyr ad Quirinum. Legẽtibus inquit

breuitas plurimū prodeſt dū nō intellectum eoꝝ vel ſenſuȝ liber longior ſpargit ſed ſubtiliori compendio id qđ legit̄ tenax memoria cuſtodit. Vtiliora q̄ȝ. q꞉ ſicut dicit Varro. quędam ab animo quoq; ſcientis eradenda eſſent. eo ꝙ inſerendi veri locum occupāt. Hinc ꝛ Hugo vbi ſupra. Si omnia inquit nō potes legere. ea quę ſunt vtiliora lege. videtur quippe non min⁹ curandū eſſe lectori ne in ſtudijs inutilibus operā ſuā impēdat. ꝙ ne in bono ꝛ vtili propoſito tepid⁹ remaneat. Duo ſūt inquit genera ſcripturaꝝ. vnū ſcȝ artiū quę philoſophię ſupponunt̄. vt eſt grammatica. dialectica ꝛc Aliud eoꝝ quę appendicia ſunt artium. ꝛ in aliq̄ extra philoſophiā materia verſantur. vt ſunt carmina poetaꝝ. comędię fabulę quoq; ꝛ hiſtorię. Quiſquis igit̄ ad ſcientiam pertingere cupit. ſed relicta veritate artium. reliquis ſe implicare voluerit. materiam laboris plurimā vel infinitam inueniet ꝛ fructum exiguuȝ: Quapropter mihi videtur primū operaȝ eſſe dādam artibus. maxime ſeptē liberalibus. quę ſunt fundamentum omnis doctrinę Deinde ſi vacat. cętera legāt̄. quia ſerijs admixta ludicra plus ſolent aliquando delectare. Quidā vero licet ex his quę legenda ſūt nihil prętermittāt. nulli tñ arti qđ ſuum eſt tribuere norunt. ſed in ſingulis omnes confundunt. hęc Hugo. Cęterū vt ait Seneca in epiſtola ad Lucilium. lxxxviij. Poteſt etiā ſine liberalibus ſtudijs ad ſapientiam veniri. quamcunq; inquit partem reꝝ humanaruȝ. diuinarumq; comprehēdis. ingenti copia quęrendoꝝ ac diſcendorum fatigaberis. hęc tam multa tā magna vt habere poſſint. liberum hoſpitiū ſuperuacua ex animo tollenda ſunt. laxum ſpaciū res magna deſiderat. ꝛ plus ſcire velle q̄ȝ ſciēdū ē intemperātię gen⁹ eſt. Quid qđ iſta liberalium artium conſectatio moleſtos. verboſos. intempeſtiuos ſibi placētes facit et ideo non diſcentes neceſſaria. quia didicerunt ſuperuacua. Didymus grāmaticus quattuor milia librorū ſcripſit. qui vtiq; miſer eſſet ſi tam multa ſupuacua etiam legiſſet. In his enim libris de patria homeri quęrit̄. de vera Enee matre. ꝛ alia quę potius dediſcenda eſſent ſi ſcirentur. hęc Seneca contra illos qui ſuperuacuū intendunt. Cōtra illos autē qui totum vitę temp⁹ in logica cōſumūt dicit idem in epiſtola. xlviij. Niſi vaferrimas interrogationes ſtruxero. et falſa concluſione naſcens a vero mendacium aſtruxero non a fugiendis petenda ſecernere potero: Pudet me qđ ī re tā ſeria ſenes ludimus: Mus eſt ſyllaba. mus aūt caſeum rodit. ſyllaba ergo caſeum rodit Puta me nūc iſtud ſoluere nō poſſe. qd mihi ex iſta ſcientia periculum imminet? quod incōmodum eſt? O pueriles ineptias quid mihi luſoria iſta cōponis? Nō eſt iocandi locus. aperte docent et ſimplicia bonitatem etiam ſi multum ſupereſſet ętatis. parce diſpenſandum erat vt ſufficeret neceſſarijs. Nunc vero qua dementia eſt ſuperuacua diſcere in tanta temporis egeſtate. Idem in. xlix. Qđ inq̄t non perdidiſti habes. cornua nō perdidiſti. ḡ cornua habes. Non voco ad iſtas ineptias: ingens negocium in manibus ē. qd agaȝ. Mors me ſequitur. vita fugit. aduerſus hoc me doce aliquid. hęc Seneca Sunt autem ꝛ alij qui et ſi neceſſarijs et vtilibus intendunt. multa tñ ꝛ varia raptim tranſcurrendo legunt. ita ꝙ paruȝ aut nihil in ventre memorię recondunt. aut digerunt. Cōtra quos dicit idē Seneca in epiſtola. ij. Primū argumentuȝ compoſitę mentis exiſtimo poſſe conſiſtere. et ſecum morari. illud autē vide ne lectio multorum actoruȝ ꝛ diuerſi generis voluminum aliqd habeat vagum et inſtabile. Certis ingenijs immorari ꝛ inutriri oportet ſi vis aliquid trahere. quod in animo fideliter ſedeat. Nuſquam eſt qui vbiq; eſt. non prodeſt cibus nec corpori accedit qui ſtatim ſumpt⁹ emittitur.

Nihilqꝫ tam vtile eſt qđ ĩ trãſitu proſit·
Nihil etiam ſanitatem ęque impedit·vt
remediorum crebra immutatio. Itaqꝫ
diſtrabit librorũm multitudo·faſtidi/
entis quoqꝫ ſtomachi eſt inuſta deguſta
re·hęc Seneca. Hinc ⁊ Uarro ad athe/
nienſem auditorẽ: Multi ait libros de/
guſtant vt cõuiuę delitias· ſꝫ cito tranſ/
curſa citius dilabunt᷑.

Quod omne diſcentiũm ſtudium debet ad theologiã .i. diuinã tendere ſcientiam. ·Cap. ·XV·

Pro ad ędificationem
ſui vel ꝓximi iuxta ꝑdicta verba
beati Bernh. debet ſtudioſus
quilibet tendere in quacunqꝫ ſtudeat fa/
cultate. Nam omnis ars vel doctrina di
uinę ſcientię quę ad ędificationẽ fidei et
morꝫ eſt debet famulari·⁊ ad illam tanqꝫ
ad finem ſuũ referri vel ordinari. Sicut
enĩ deus eſt finis omniũ reꝝ·ſic ⁊ theolo/
gia ſcientia quę eſt de diuinis ẽ finis om
nium artiũ. Ipſa eſt ſola philoſophia·
ſolaqꝫ veri nominis ſapiẽtia· Cui etiam
cõſonat Mercurius termegeſtus phus
dicens ad Aſclepiũ. Philoſophia eſt ĩ
cognoſcenda diuinitate frequẽs obtut᷒
et ſancta religio. Simplici enĩ mente di·
uinitatẽ colere·eiuſqꝫ facta venerari·age
re etiã dei voluntati gratias quę eſt ſo/
la bonitas pleniſſima·ſꝫ eſt nullius ani/
mi importuna curioſitate violata philo/
ſophia·hęc ille. Et recte dicit nulli᷒ ani/
mi curioſitate violata ·qꝛ ꝑ curioſitatẽ
violant᷑ ⁊ adulterant᷑·nõ ſolũ alię ſciẽtię
ſed etiã ipſa theologia·⁊ tunc eoipſo ca/
dit a ratione phię·qꝛ phia eſt amor ſapi/
entię·hęc eſt ſꝫm quoſdã quã vocat Ari/
ſtoteles methaphiſicã. Unñ idẽ Ariſto/
teles excellentiã eius oſtendẽs ĩ libro me/
thaphiſicoꝝ.ꝓ. ſic loquit᷑ dicẽs. Ipſa eſt
prima phia·maximeqꝫ ſcibilis· qꝛ maxĩe
ſcibilia ſunt principia ⁊ cauſę· Propter
hoc enĩ ⁊ ex his alia cognoſcunt᷑·nõ ecõ/
uerſo· Tunc aũt ſcire dicimur vnũqđqꝫ
cum primã cauſam opinamⁱ cognoſcere·
Hęc itaqꝫ ſola ſciẽtiaꝝ liberalis eſt·qꝛ ſo
la ſuiipſius grã eſt: vnde iuſte non hu/
mana exiſtimat᷑ illius poſſeſſio· ſꝫ diuina
Multipliciter enĩ humana natura ancil
la eſt·de᷒ aũt ⁊ cauſaꝝ omniũ ꝑncipium
quoddã eſt·⁊ hãc ſciam aut ſol᷒ aut ma
xime habet·hac igit᷑ potior nulla eſt ·hęc
ille. Idẽ qꝫ dicit in li.iij. Hãc vocare ſci/
entiaꝝ ſapientiã cõgruit ſꝫm qđ ꝑnceps
⁊ potentiſſima eſt·cui alias ſcias vt famu
las nõ cõtradicere iuſtũ ẽ·hui᷒ nãqꝫ gra
tia ſunt alię·hęc Ariſtoteles. De hac eti
am dicit Auicẽna in methaphiſica ſua·
Diuina ſcia eſt de rebꝫ ſeꝑatis a materia
⁊ termino ⁊ diffinitiõe·ſic dicta a ꝑte di·
gniore q̄ finis eſt eiuſ·hoc eſt·dei cogniti/
one. Dicit᷑ ⁊ prima phia·qꝛ cęteris phię
ꝑtibus altior eſt· Dicit᷑ etiã methaphiſi
ca·qꝛ ſupra phyſicã·i·naturalẽ ſcientiã
hęc Auicẽna. Recte igit᷑ ad illã ordinan
tur alię·alioqn falſo nomine appellãtur
ſapiẽtię·qꝛ nec ſaltẽ ad ſapĩam tendunt
Ecõtra vo recte ad illã ordinare poſſũt
et comprehẽdi ſub noĩe ſapię. Unñ Boe
tius in libro de articulis fidei. Scientia
inqt eſt vis cõprehẽſiua cauſaꝝ·ꝑ quas
⁊ ꝓpter q̄s aliqđ eſſe habet·q̄ ſi bonis vſi/
bus naturaliter accõmoda eſt ſapĩa dici
ſolet. Hinc ⁊ Hiero᷒. ſuꝑ epl̃am ad Ti/
tum. Grãmaticoꝝ inqt etiã põt ad vitã
ꝓficere doctrina·dũ in meliores vſus fue
rit aſſumpta. Itaqꝫ ſi q̇s grãmaticã vel
dialecticã nouerit vt habeat recte loquẽ
di rationẽ·⁊ vera falſaqꝫ diiudicare non
improbam᷒. Geometria vo ⁊ arithmeti
ca in ſua q̇dem habẽt ſcia veritatẽ·ſꝫ illa
nõ eſt ſcia pietatꝭ q̄ tendat ad pietatem·
Sciẽtia vo pietatꝭ ẽ diuinas legere ſcri/
pturas ⁊ intelligere ꝓphetias ⁊c. Cęterũ
vt dic̃ Seneca ad Luciliũ· poteſt etiã ſi/
ne liberalibꝫ ſtudijs ad ſapiẽtiam veniri
Deniqꝫ ſicut dicit Hugo in li. didaſca/
licon.iij. Philoſophoꝝ ſcripturę quaſi
lucens paries dealbatus eloquij nitore
foris pollent· qui ſi quando veritatꝭ ſpe/
ciem prętendant·falſa quoqꝫ miſcendo

quaſi quodam colore ſuperducto lutū erroris operiūt. Econtra vo diuina eloquia fauo aptiſſime cōparantur· que ⁊ arida ꝓpter ſimplicitatē ſermonis apparent ⁊ intus dulcedine plena ſūt· hec Hugo In hoc etiā vt dicit Richardus in libro exceptionum· valde excellentior eſt diuina ſcriptura ſcientia ſeculari qꝛ in ea nō ſolum voces·ſed ⁊ res ſignificatiue ſunt· Sicut igit̄ in eo ſenſu qui eſt inter voceſ ⁊ res neceſſaria eſt cognitio vocū·ſic ī eo ſenſu qui inter res ⁊ facta vel faciēda myſtica verſatur·neceſſaria eſt cognitio rerꝫ Cognitio vocum in duobus conſiſtit: In pronunciatione ad quā ſolam pertinet grammatica·et ſignificatiōe·ad quā ſolam dialectica·ad pronunciationem ſimul ⁊ ſignificationem pertinet rhetorica. Cognitio rerꝫ conſiſtit in forma ⁊ natura Forma eſt in exteriorum diſpoſitione· Natura in interiori q̄litate. His aūt diſpoſitio ſiue in numero ē·ad quā pertinet arithmetica·vel in ꝓportione ad quā muſica·vel in ſitu ad queꝫ geometria·vel in motu ad quā aſtronomia. Ad interiorē vero qualitatē ſpectat phyſica. Omnes igitur artes ſubſeruiunt diuine ſapiētie· ⁊ inferior ſcientia recte ordinata ad ſuperiorem cōducit. Sub eo igitur ſenſu qui inter voces ⁊ res verſat̄·cōtinet̄ hiſtoria ⁊ ei ſubſeruiunt tres ſciētie·ſ· grāmatica· dialectica·rhetorica· Et ſb eo ſenſu q̄ int̄ res et facta myſtica verſat̄ continet̄ allegoria· Et ſub illo ſenſu q̄ ē inter res ⁊ facienda myſtica continet̄ tropologia·⁊ his duabꝰ ſbſeruiūt arithmetica· muſica·geometria·aſtronomia·⁊ phyſica·hec Richardus. Porro de ſacrorꝫ auctoritate librorꝫ excellēti reſpectu omniū aliorꝫ dic Augꝰ. in .xj. diſputatione contra Fauſtum. Sicut quidā libri qui non pcipiēdi auctoritate·ſed ꝓficiētis exercitatiōe conſcribuntur a nobis. Inter hos enim ſumus·quibus dicit apoſtolus: Et ſi q̄d aliud ſapitis·id quoqꝫ deus vobis reuelauit. Q̄d gens litterarꝫ non tamē credēdi neceſſitate·ſed cum iudicandi libertate legendum eſt:cui tamen ne intercluderetur locus ⁊ adimeretur poſteris ad queſtiones difficillimas tractādas atqꝫ verſandas lingue ⁊ ſtili ſaluberrimus labor· diſtincta eſt a poſteriorum libris excellentia canonice auctoritatis veteris teſtamēti ⁊ noui·que apoſtolorꝫ firmata temporibus p ſucceſſiones temporꝫ ⁊ propagationes eccleſiarum tanqꝫ in ſede quadaꝫ ſublimiter conſtituta eſt· cui ſeruiat omnis fidelis ⁊ pius intellectus: Ibi ſi q̄d velut abſurdum nouerit·dicere nō licet auctor huius libri veritatē non tenuit· ſꝫ aut codex mendoſus eſt·aut interpres errauit aut tu nō intelligis. In opuſculis autē poſteriorꝫ·licet eadem inueniat̄ veritas·lōge tamē eſt impar auctoritas· vnde niſi vel certa ratione·vel ex illa canonica auctoritate demōſtretur q̄d diſputatum eſt vel narratum· ſi quis noluerit non reprehendit̄. In iſta vero canonica eminentia ſacrarum litterarū etiā ſi vnꝰ propheta vel apoſtolus vel euangeliſta obſcurum aliq̄d in litteris ſuis poſuiſſe īuenitur· ipſa canonis ꝯfirmatione declaratur·non licet dubitare quin verum ſit· alioquin nulla erit pagina qua humane imperitie regatur infirmitas·ſi librorum ſaluberrima auctoritas· aut contempta penitus aboletur·aut interminata ꝯfunditur·hec Auguſtinus

¶ Qualiter chriſtiano conuenit omnia librorꝫ genera legere. Cap. ·XVI·

Porro de modo legendi libros gentiliū·dic̄ Hieroꝰ. in li. de frugi ⁊ luxurioſo. Hoc inquit facere ſolemꝰ·qn̄ phos legimus·qn̄ libri ſapiē ſeculari ad nr̄as veniūt manus: ſi q̄d in eis vtile repimꝰ·ad noſtrꝫ dogma cōuertimꝰ. Si q̄d vo ſuperfluū de idolis· de amore· de cura ſecularium rerꝫ· hec radimꝰ·his caluiciū inducimꝰ·⁊ in vnguium more ferro acutiſſimo deſecamꝰ· hec Hieroꝰ. In Deut. q̄ppe ſic idem dic̄ ad

magnũ oratorē. ꝑcipitur a dño mulieris
captiuę radendũ caput ⁊ ſupercilia. om/
neſq; pilos ⁊ vngues corpis amputan/
dos. ⁊ ſic eam habendã ꝯiugio. Quid ḡ
inquit mirũ ſi ⁊ ego ſapiam ſęcularē ꝓ/
pter eloquij venuſtatē. ⁊ mēbroꝝ pulcri/
tudinē de ancilla atq; captiua iſraeliti/
dem facere cupio? Et ſi q̇d in ea mortuũ
eſt idolatrie vel voluptatis ⁊ erroris li/
bidinum. vel pręcido vel cado. vel mixt⁹
puriſſimo corpori vernaculos dño ſaba/
oth ex ea generor. hęc Hiero⁹. Cui cõſo
nat illud apoſtoli. j. Theſſal. v. Omnia
probate qđ bonū eſt tenete. Hinc ⁊ idē
Hiero⁹. ad Pãmachium ⁊ Occeanū.
Utinã inquit omniũ volumina tracta/
torum haberē vt ingenij tarditatē erudi
tionis diligentia compenſarē. ſ; Orige/
nis errores ideo non ſequor. quoniã om/
nia quę dixit perperã ſcio. Itaq; ſicut di
cit Gratianus. quidã ſcholares litteras
legunt ad voluptatē. quia poetarum fi/
gmentis ⁊ ornatu verborum delectantur
Quidã vero ad eruditionē eas addiſcũt
vt errores gentiliũ legendo deteſtent̃. et
vtilia quę in eis inuenerint ad vſum eru/
ditionis ſacrę inuertũt. ⁊ ideo laudabili/
ter eas addiſcunt. Unde beatus Greg⁹.
quendã epiſcopũ reprehēdit. non quia il/
las didicerat. ſed quia cõtra officiũ epi/
ſcopale pro euangelica lectione populo
grãmaticã exponebat. Hinc ⁊ Beda ſu/
per librum regũ: Turbat inquit acumen
legentiũ ac deficere cogit. qui eos a legē/
dis ſęcularibus libris omnimodo exiſti/
mat prohibendoſ. in quibus ſimul ſiqua
īueniūt̃ vtilia q̃ſi ſua ſumere licet: Alio/
quin Moyſes ⁊ Daniel ſapientia ⁊ litte
ris ęgyptioꝝ ⁊ chaldeoꝝ nõ paterentur
erudiri. quorũ tamē ſupſtitiones ⁊ deli/
tias horrebãt: Nec ipſe magiſter gentiũ
aliquos verſus poetaꝝ ſuis vel ſcriptis
indidiſſet vel dictis. hęc Beda. De hoc
etiam dicit Hieronym⁹ ſuper epiſtolam
ad Titum. Pueri qui de menſa ⁊ vino
regis babylonis comedere nolũt ne pol/
luantur. vtiq; ſi ſapientiã atq; doctrinã
babylonioꝝ ſcirēt eſſe peccatũ. nunq̃ ac/
quieſcerent diſcere quod non licebat. di/
ſcunt autē nõ vt ſequant̃. ſ; vt iudicent.
atq; cõuincãt. Quoniã ſi quiſq̃ aduer/
ſum mathematicos velit ſcribere impitus
matheſeos riſui patebit. Et ſimilit̃ aduer
ſus philoſophos diſputãs ſi ignorat do/
gmata philoſophoꝝ: Diſcat ḡ ea men/
te doctrinam chaldaicã. q̃ Moyſes om/
nem ſapientiã ęgyptiorũ didicerat. hęc
Hieronymus. Accedit etiã alia cauſa li/
bros gentilium legendi. quia ſcʒ multa
ſcripſerunt quę conueniunt ⁊ conſonant
chriſtiano dogmati. Et vt dicit Augu/
ſtinus. Nullum eſt fortius teſtimonium
q̃ ab inimico ꝓlatũ. Unñ Hieronym⁹
vbi ſupra. Siquãdo inquit cogimur ſę/
cularium litteraꝝ recordari. ⁊ aliqua ex
his diſcere quę olim omiſim⁹. nõ eſt no/
ſtrę voluntatꝭ. ſed vt ita dicam. grauiſſi/
mę neceſſitatis vt ꝓbemus ea q̃ a ſanctis
ꝓphetis ante ſęcula multa ꝑdicta ſũt. tã
grecoꝝ q̃ latinoꝝ. aliaꝝ ⁊ gentiũ litteris
contineri. hęc Hieronymus. Nec hoc
ideo dicit ꝙ eorum dictis debeat īniti fi
des noſtra. ſed quia quãto magis a fide
fuerunt alieni. tanto magis eoꝝ dicta de
articulis fidei ſunt admiranda. licet ma/
gis credantur ea dixiſſe per ſpiritum ma/
lignum q̃ per ſpiritũ bonum. Spirit⁹. n.
maligni multotiens vera dixerunt vel ꝑ/
dixerunt aliqua neceſſitate ꝯpulſi. Un/
de dicit Auguſtin⁹ ꝯtra manicheos. Si
quid veri de deo ſibylla vel orpheus alij
ve gentiũ vates aut phi pręedixiſſe perhi/
bentur. valet quidē aliq̇d ad paganoruʒ
vanitatem reuincendã. nõ tamē ad iſto/
rum auctoritatē ꝯplendã. Quantũ eni
diſtat de chriſti aduētu inter ꝑdicationē
angelorum. et confeſſionē demonũ. tm̃
inter curioſitatem ſacrilegaꝝ ſcripturaꝝ
et auctoritatem prophetarū. hęc Aug⁹.
Qualiter etiã vti debeam⁹ illoꝝ libroꝝ
teſtimonijs. dicit Petrus in ep̃la Cle/
mentis. Cum inquit e diuinis ſcripturis
integram quiſq̃ et firmam regulã veritatꝭ
ſuſceperit. abſurdum non erit ſi aliquid

263

etiā ex eruditione cōmuni· ac liberalibus ſtudijs· que forte ī puericia attigit ad aſſertionē veri dogmatis cōferat· ita tamē vt vbi vera didicerit· falſa ꝛ ſimulata declinet. His etiā de cauſis eſt licitū legere libros hereticoꝝ· his dūtaxat vt ſupra dictū eſt· dū iam ī ſenſu diuinaꝝ ſcripturaꝝ optime ſūt exercitati· ꝛ in fide articuloꝝ ſiue in articulis fidei ꝯſtantiſſime roborati. Vñ Hugo vbi ſupra li. iij. Noli multiplicare diuerticula quoadusqꝫ ſemitas didiceris. Secur⁹ aūt diſcurre cū errare nō timueris. Sic etiā a talib⁹ apocripha poſſūt legi cū libertate iudicādi ſiue credēdi. Vñ Hiero⁹. in ꝓlogo hiſtorie Joachim ꝛ Anne. Ea inqt ꝙ de natiuitate beate ꝟginis in libello Leuncij legi· ſic dubia eſſe ꝓnuncio· ita liqdo falſa eſſe nō affirmo· Illud aūt libere dico qđ neminē fideliū negatuꝝ puto· ſanctā ꝫ· ſ· ſancte Marie natiuitatē multa miracula ꝑceſſiſſe· mariaqꝫ ꝯſecuta fuiſſe. Itaqꝫ ſi ſint illa q̄ ibi ſcripta ſunt vera· ſiue ab aliquo ꝯficta ſalua fide ab his q̄ iſta deum facere potuiſſe credūt ſine piculo aīe ſue credi ꝛ legi poſſunt· hec Hieronymus Et hec oīa nullā habēt auctoritatē in eccleſia. Sꝫ ſūt vtiqꝫ generalē auctoritatē habētia· videlicet libri ſacri ꝓphetarū ꝛ aploꝝ ꝛ euāgeliſtaꝝ· eple decretales ſūmoꝝ pontificū· ꝛ canones cōcilioꝝ· ꝛ ſcripta q̄ꝫ doctoꝝ catholicorū· Libri ſacri primā ꝛ ſummā auctoritatē habent· ſm Auguſtinū· ſicut alias ſupi⁹ eſt oſteſum Decretales aūt epiſtole ſic dicit Gratianus· iure pari exequant᷑ conciliorū canonib⁹· ſcripta ꝟo ſacroꝝ doctoꝝ ī quibuſdam eis ꝑferunt᷑· ꝛ in quibuſdā poſtponūt᷑. Vt eni dic̄ Gratian⁹ in ꝑma pte canonū· diſtinctione· xx. Aliud eſt cauſis terminū imponere· aliud ſacras ſcripturas diligēter exponere. Negocijs quippe diffiniēdis nō ſolū ſciētia· ſꝫ etiā poteſtas eſt neceſſaria. Vñ domin⁹ anteqꝫ diceret Petro: Q̄dcunqꝫ ligaueris ſup terram ꝛc. dedit ei claues regni celorū. In altera dans ei ſciam diſcernendi· in altera poteſtatē eijciēdi vel recipiēdi. Cum ḡ quelibet negocia finē accipiāt· vel ī abſolutione innocentū· vel in cōdemnatione delinquentiū: hec aūt duo nō ſciam tm̄ ſꝫ etiā poteſtatē comitant᷑ vel exigūt ꝑſidentiū· apparet ꝙ diuinaꝝ ſcripturarū tractatores ꝛ ſi ſciētia pontificib⁹ ꝑmineant· tñ qꝛ dignitatis eoꝝ apicem nō ſūt adepti· in ſacraꝝ ſcripturarū expoſitionibus eis preponunt᷑. In cauſis vero diffiniendis ſecūdū locū poſt eos merentur· hec Gratianus

¶ De ſtudio vel meditatione. ·Cap. XVII·

Meditatio autem vt dicit Hugo eſt frequēs cogitatio cū conſilio· que cauſam ꝛ originē ac modū ꝛ vtilitatē cuiuſcūqꝫ rei prudenter inueſtigat· hoc principiū ſumit a lectione· nullis tñ reſtringit᷑ regulis· aut preceptis lectionis· Principiū ergo doctrine eſt in lectione cōſummatio in meditatiōe· quā cū qs familiari⁹ amare didicerit iocūdā valde reddit vitā· ꝛ maximā ī tribulatione ꝑſtat cōſolationē· hec Hugo. Hinc eſt ꝛ illud Hiero. ſup epiſtolā ad Eph. Si qđ qꝫ eſt inqt qđ in hac vita ſapientē viꝝ teneat· ꝛ int᷑ preſſuras ac turbines mūdi equo aīo manere ꝑſuadeat id eſſe vel primū reor meditationem ꝛ ſciam ſcripturaꝝ. Itaqꝫ ſicut dicit Ambroſi⁹ ſup Bti imaculati Nō ꝑfictorie trāſeam⁹ q̄ legim⁹· ſꝫ etiā cū abeſt codex manib⁹ ea q̄ legim⁹ in memoriā reuocemus· ꝛ tanqꝫ aīalia mūda de nře memorie theſauro ruminandū nob pabulū ſpirituale ꝓmam⁹. Itē beat⁹ Bern̄. in eplā ad cartuſiēſes. De q̄tidiana inqt lectiōe dimittendū eſt aliqd in ventrē memorie qđ ꝓpoſito cōueniat ꝛ intētioni ꝓficiat qđqꝫ animū detineat vt aliena cogitare nō libeat· hec Bern̄. Igit᷑ in meditatiōe pt hō ſapiēs etiā ſine libris· ꝛ aliqñ meli⁹ ꝓficere. Vt. n. dic̄ Varro ad athenieſes auditorē· mltū intereſt· vtꝝ rē ipſā aut libros īſpiciaſ· libri nēpe nō niſi paugcula

ſunt ſcientiaꝝ monimẽta q̃ inquirendo/
rum ꝑncipia cõtinẽt vt ab his ſumat ani
mus negociandi ꝑncipia · ⁊ ideo tm̃ ſtu/
dia intermutãt̃·ne obmittant̃. Gaudet
q̇ppe natura varietate·hec Varro. Cui
cõſonat qd Ariſtoteles vt legit̃ Alexan/
dro ſciſcitãte quo docẽte ſcientẽ ſe ꝓfite/
retur·rebꝫ inquit ipſis q̃ nõ nouerũt mẽ/
tiri. Vñ ⁊ Yſaac egreſſus eſt ad meditã/
dum in agro ·ſicut legitur Geñ.xxviij.
Hinc ⁊ beatꝰ Berñ.in epl'a ad Henri·
cum. Experto inq̇t crede·aliquid ampliꝰ
inuenies in ſiluis q̃ʒ in libris·ligna ·lapi/
deſqꝫ docebũt te q̃ nõ poſſes a magiſtris
audire·hec beatꝰ Berñ. Idẽ in epl'a ad
cartuſienſes. Iturꝰ igit̃ ad ſomnũ·ſemꝑ
aliq̇d memoria vel cogitatione defer ·in
qua placide obdormias·qd nõnũq̃ʒ etiã
euigilantẽ te excipiẽs intentionis reſtitu
at. Sic enĩ tibi nox ſicut dies illũinabit̃ ⁊
nox illũinatio tua in delicijs tuis ꝯputa·
bit̃. Quia ꝟo ſtudioſa meditatio vehe·
ment̃ animũ applicat circa ĩueſtigãda: iu
xta illud Tullij. Studiũ eſt aſſidua ⁊ ve
hemens aĩ ad rem aliquã applicata occu·
patio ⁊c. moderata eſt ꝓcipue in pueris
ac iuuenibꝫ·ne nimia vexatione corꝑi no
ceat · vel etiã cellulã crebri memorię de/
ſtruat vel ſomni nutrimentũ auferat: Iu
xta illud Eccl.xxxj. Vigilia honeſtatis
tabefaciet carnes·⁊ cogitatꝰ illiꝰ auferet
ſomniũ. Sic itaqꝫ ſpacia ſtudij ⁊ ſomni
moderentur·vt nec tꝑe ſtudio deputato
ſomno indulgeat̃·nec tꝑe ſomno debito
lectioni vel ſtudio inſiſtat̃. Vñ Petrus
apl'us in itinerario: Curandũ eſt inquit
magnopꝑe ne quis ꝓſumẽs ex his ſpacijs
q̃ ad ſtudẽdũ habere ſolet·ſomno addat
⁊ vigilãdi tꝑs imminuat· Illud q̃ʒ ẽ ob/
ſeruandũ·ne forte ſi modũ decoctis cibiſ
interrumpant̃ ſomni·mentem aggrauet
corpus indigeſtũ·⁊ crudos exalans ſpũs
ſenſum interiorẽ cõfuſuʒ reddat ⁊ turbi/
dum. Rectũ ẽ eſt vt ſpacio cõpetẽti ꝑs
iſta foueat̃· quo menti corpꝰ in reliquis
poſſit iuſtũ exhibere miſteriũ·expletis ſuf/
ficiẽter his q̃ ſibi debentur·hec ille. Item
Caſſianus in li. de inſtitutis monachorũ
iij. Omni obſeruatione cõuenit cuſtodi/
re ne ſomnũ quẽ nocti ſbtraximꝰ reſume·
re ꝑ diẽ vigiliaꝝ laſſitudine ⁊ inanitate
cõpulſi·nõ tã requiẽ corꝑi ſubtraxiſſe q̃ʒ
quietis tꝑs ac refectionẽ nocturnã videa
mur cõmutaſſe. Totũ enĩ hoc carni pro/
culdubio coget̃ reddere·q̇ſquis ei nõ ra/
tionabiliter ꝑtem ſubtrahere·ſʒ totũ tem
ꝑtauerit denegare·⁊ nõ ſuꝑflua·ſʒ neceſ/
ſaria voluerit amputare·hec Caſſianuſ.
Nõ eſt aũt mirandũ ſi meditatio vel ſtu
dium ſapiẽtię ꝓpter amorẽ ac vehemen/
tẽ aĩ applicationẽ minuit vel aufert ſom/
num ⁊ etiã cibũ·qꝛ ſicut dicit Lactantiꝰ
in libro de falſa religiõe. Nullꝰ ẽ ſuaui/
or aĩę cibus q̃ʒ cognitio ꝟitatis·ignorã/
tia ꝟo ſui cauſa eſt prauitatꝫ. Deniqꝫ nõ
ſolum cauẽda eſt in minoribꝫ nimia vigi
liaꝝ in lectione vel meditatiõe ꝓtractio·
ſʒ etiã ipſa reꝝ difficiliũ meditatio. Iux
illud Berñ. ſuꝑius poſitũ. Difficiliũ in/
quit meditatio ſcripturaꝝ fatigat·nõ re/
ficit teneriorẽ animũ·frangit intentioneꝫ
hebetat ſenſum. Itaqꝫ ſicut dicit Hugo
ĩ tractatu de triplici meditatiõe. Lectio
quidẽ materiã ad veritatẽ cognoſcendã
miſtrat·meditatio ꝟo coaptat. Hec de
lectione ⁊ meditatione ſufficiant.

De ſcribendi exercitio contra aliena. Cap. XVIII.

His etiam interdum con
uenit tertiũ intermiſcere·videli/
cet ſcribere. Vt enĩ dicit Caſſi/
odorus in li. de orthographia: Glorio/
ſum eſt ſtudiũ qd loqui debeas ꝯpetẽter
ſcribere·⁊ q̃ ſcripta ſunt ſine aliqua erro/
ris ambiguitate ꝓferre. Vox enĩ articu/
lata nos ſequeſtrat a brutis·ſcribẽdi ꝟo
ratio ab imperitis· Ita ꝑfectũ hominem
duo ſibi iſta vẽdicãt ac defendũt. Ideo
incꝫ intermiſcere·qm̃ ⁊ ſi plerũqꝫ ſtudio/
ſum delectat·eiuſqꝫ faſtidiũ releuat tamẽ
ſi cõtinue fiat·ingeniũ hebetat. Vnde ꝑ
quaſdam viciſſitudines oportet de vno

ad aliud tranſire· iuxta illud Senece ad
Luciliũ. Lectio inq̄t ingeniũ alit et ſtu/
dio fatigatũ· nõ tamẽ ſine ſtudio reficit·
Itaq̃ nec tm̃ ſcribere· nec tm̃ debem⁹ le/
gere· altera res de ſtilo dico vires contri/
ſtabit ⁊ exhauriet· altera ſoluet ac diluet
inuicẽ· hoc et illo ꝯmeandũ· ⁊ alteꝝ alte/
ro tpandum· vt quicq̄d lectiõe collectũ
eſt· ſtilus redigat in corp⁹. hec Seneca.
Itẽ Caſſian⁹ vbi ſupra. Semꝑ inquit
equanimius fatigatio q̄libet ſuſtinet· ſi
ei viciſſitudo quedã vel opis immutatio
qualiſcũq̃ interponitur. Itaq̃ ſtudioſo
ſcribere ꝯuenit vel dicta ꝓpria vel aliena
Et primo quidẽ oportet circa aliena intẽ
dere q̃ ꝓpria ꝓſumere. Circa aliena labo
randũ eſt multipliciť· videlicet ea q̄ viti/
oſa ſunt corrigẽdo· q̄ bona ſunt tranſcri/
bendo· q̄ meliora ſũt excerpẽdo· ꝑegrine
lingue ſcripturas interꝑtando vel etiam
exponẽdo. De corrigẽdo libro dic Aug⁹
de doctrina chriſtiana li. ij. Codicib⁹ enĩ
emẽdandis· primũ debet inuigilare ſoller
tia coꝝ q̄ ſcripturas noſſe deſiderãt· hec
Aug⁹. Sed nõnulli adeo libroꝝ ſuorũ
pulcritudinẽ amãt q̄ eoſ deturpare corri
gẽdo formidãt. Vñ Hiero. ĩ ꝓlogo ſup
Iob. Habeãt inquit q̄ volunt libros vel
in mẽbranis purpureis· auro argentoq̃
deſcriptos· vel vncialib⁹ vt vulgo aiunt
litteris onera magis exarata q̃ codices
dũmodo mihi meiſq̃ ꝑmittãt pauperes
habere cedulas· ⁊ nõ tã pulcros codices
q̃ emẽdatoſ. De trãſcribẽdo nota q̄ ad
id duo ſunt neceſſaria· ſ. veritas exẽplari
⁊ peritia ſcribẽtis. De vtroq̃ dicit Hie/
ronym⁹ ad Sõmonẽ ⁊ Rogacianum·
Vitioſitas libroꝝ plerũq̃ aſcribẽda eſt
culpe ſcriptoꝝ· dũ in emẽdatis inemẽda
ta ſcriptitãt· ⁊ ſepe tria vocabula ſubtra/
ctis e medio ſyllabis in vnũ vocabulum
cogunt· vel e regione ꝓpter latitudinem
in duo vel tria vocabula diuidũt. Itẽ
de ſcribentis imperitia· dicit idẽ Hiero⁹.
ad Luciniũ. Sũt quidã imperiti nota/
rij qui ſcribunt nõ qđ inueniũt· ſꝫ qđ in/
telligunt· ⁊ dũ alienos errores emendare
nituť· ſuos oſtendũt. De falſitate exẽ
plaris dicit Origenes ſuper Mat. li. xv.
Multã differentiã inter exẽplaria inue/
nim⁹· ſiue ꝑ ſcriptoriũ negligẽtiã· ſiue ꝓpť
eos qui qđ eis videť in emẽdationibus
vel adijciũt vel ſubducũt. De excerpẽdo
dic Hiero⁹. cõtra Vigilantiũ· Opis ac
ſtudij mei eſt mltos legere vt ex plurimis
diuerſos flores carpã· non tam oĩa ꝓba/
turus q̃ que bona ſunt electurus. Idem
ſup pſalmũ· lxxvij. Venimus in pratum
ſcpturaꝝ qđ habet herbas florẽtes· hinc
roſa rubet· hinc lilia candẽt· ⁊ aĩa noſtra
huc illucq̃ trahitur· vt flores pulcriores
carpat· ſi roſas colligim⁹ lilia relinq̄m⁹·
ſi lilia tulerimus· viole nobis ſuperſunt·
hec Hiero⁹. De hoc etiã dicit Seneca·
ad Luciliũ. Quicq̄d lectione collectuꝫ
eſt· ſtilus redigat in corpus. Apes enĩ imi
tari debemus q̄ vagant ⁊ flores ad mel
faciendũ idoneos carpũt· deinde q̄cq̄d
attulerint diſponũt· ac ꝑ fauos digerũt
Sic ⁊ nos debem⁹ quecunq̃ ex diuerſa
lectione cõgeſſim⁹ ſeparare· deinde adhibi
ta ingenij noſtri facultate in vnũ ſaporẽ
illa varia libamẽta cõfundere. Talẽ ani
mum noſtrũ eſſe volo vt multe in illo ar
tes· multa ꝓcepta· mltaꝝ etatũ exempla
ſint ĩ vnũ cõſpirata· hec Seneca. Hinc
et Petrus cantor pariſieñ in verbo ab/
breuiato· Quia tps inquit breue ẽ· expe/
dit ex multis meliora colligere· breuita/
tiq̃ ſeruire. Interꝑtando aũt debet ſer/
uari tria· ſcꝫ trãſlationis veritas· ſmonis
apertio ſiue claritas· et cordis humilitas
De tranſlationis veritate dicit Hiero⁹.
in prohemio galeato. Mihi omnino cõ
ſcius nõ ſum in ſacroꝝ libroꝝ interꝑtati/
one mutaſſe me quippiã de hebraica ve/
ritate. Tu aũt o lector ſi incredul⁹ es· le/
ge grecos et latinos codices· et cum his
opuſculis meis confer. De ſermonis ap/
tione dicit idẽ Hiero⁹. ad Palmachiũ
Eccleſiaſtica interpretatio etiaꝫ ſi habet
eloquij venuſtatẽ diſſimulare eam debet
et fugere· vt nõ ocioſis philoſophorum
ſcholis· paucisq̃ diſcipulis· ſed vniuerſo

loquat͛ humano generi. De interpretis humilitate exemplū habet͛ in eodē Hieronymo sup Esa. li. v. vbi dicit. Erit ait ꝓpheta terra iuda egypto in pauorem qđ ego trāstuli in festiuitatē. Sȝ meli⁹ reor ꝓpriū errorē reprehēdere. q̄ȝ erubescendo imperitiā cōfiteri in errore perſiſtere. hec Hiero⁹. De modo exponēdi ꝛ cōmentariolos faciēdi breuiter loquit͛ Hiero⁹. in expoſitione ep̄le ad Galathas dicēs: Officij mei ē obſcura diſſerere manifeſta ꝑſtringere in dubijs īmorari. Hinc ꝛ Symachus patrici⁹ in ep̄lari ſuo: In re inquit apta piget eſſe ꝓlixum. In arduis aūt eſt immorandū. At vt dicit Hugo vnde ſupra. Quidā ita lectionē vel expoſitionē confundunt. ꝙ in titulo pene totum librū qđ irriſione dignū eſt legūt. et incipit tertia lectione expediūt. Tales inquit nō alios docēt. ſ; ſcientiā ſuā oſtentant. ꝛ vtinā quales mihi. tales omnib⁹ appareret. hec Hugo. Hinc ꝛ. ij. Machab. ij. dicit͛: Stultū eſt ante hiſtoriā effluere in ipſa vero hiſtoria ſuccingi. Quidam vero ſenſum auctoris nō ſequūt͛ in exponendo. ſ; auctoris verba nitūtur aptare ſenſui ſuo. Et tales etiam ſi vera ſentiūt tamen vt dicit Auguſtinus in libro primo de doctrina chriſtiana corrigendi ſūt Nam aſſerendo temere qđ nō ſentit auctor ille quem legunt. vel exponunt ī alia plurimum q̄ȝ incurrunt que illi ſententie contexere nequeunt. Et vt dicit Hieronymus ad Paulinum. Vitioſiſſimum genus eſt deprauare ſententias. et ad voluntatem ſuam trahere repugnantē ſcripturam. Cui conſonat illud Hilarij ſuperius poſitum. Optimus inquit lector ē qui dictorum intelligentiam expectat ex dictis potius q̄ȝ imponit. et refert magis q̄ȝ affert. Nec id videns dictis contineri cogit. qđ ante lectionem intelligendum preſumpſerit. Hec de ſcribendi exercitio circa dicta vel ſcripta aliena.

De exercitio contra propria ſcripta. Cap. XIX.

rem vtebaris ad penam meam· qua ple-
cti non eram indignus· tantillus puer et
tantus peccatoꝛ. Itaq3 de non bene faci-
entib⁹· benefaciebas mihi· et de peccante
meipſo iuſte retribuebas mihi Iuſſiſti.n
et ſic eſt· vt pena ſibi ſit omnis animus
inoꝛdinatus· hec Auguſtinus. Re-
quiritur etiam affectio pura· q2 non

ex ira vel aliquo tali debet ꝓcedere corre ptio. ſ; ex miſericordia ſiue charitatis ꝣe lo. ſic̄ ꝛ illa q̄ fit a dn̄o. iuxta illud Apo calyp. iij. Ego inq̄t q̄s amo arguo ꝛ caſti go. Hoc eſt qd̄ ꝑ figurā dr̄ Eſa. xi. Egre dietur inq̄t virga de radice ieſſe. qd̄ inter pretat̄ incendiū. Hoc eſt enī qd̄ de incen dio amoris egredi debet ꝟga correptio nis. Vt enī dicit Ambro⁹. ſup Lucam. Plus ꝓficit amica correptio q̄ȝ turbulē ta accuſatio. illa ſiquidē incurrit pudorē iſta mouet indignationē. hec Ambroſi⁹. Debet etiā ex cōpaſſione ſiue miſericor dia fieri. iux̄ illud Auguſtini. Quia pec cator eſt corripe. q: hō miſerere. Hinc et Pſ. Corripiet inq̄t me iuſt⁹ in miſericor dia. Sic enī miſericordit̄ agit̄ cū puero qn̄ caſtigat̄. ſicut in frenetico qn̄ ligat̄. et cum eo q̄ eſt in igne vel aqua qn̄ ꝑ capil los extrahit̄. Nā ꝛ ſi extrahēdo crucietur ꝑ hoc tn̄ a ꝑiculo eruit̄. Sic ꝛ pueri a pec cato ſunt extrahēdi. etiā ꝑ diſcipline do lorem. licet inuiti. iuxta illud Amos. iij. Quō ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura aut extremū auricule: Sic eruētur filij iſrael ꝛ plaga lectuli ꝛ in grabato da maſci. Seruāda ē etiā ibi mēſura. ſcȝ vt non ſit correptio immodarata. iuxta il lud Horatij in libro epl̄arum. Tractari mollius etas imbecilla ſolet. Vt enī ait Quintilian⁹ li. ij. de oratoria inſtitutiōe Iugaria puero ꝝ nimia emendatiōis ſe ueritate deficiūt. Deſperant enī ꝛ dolēt. ac nouiſſime oderūt. ꝛ qd̄ maxime nocet dū oīa timent nihil conant̄. Et vt alibi ſuperius dictū eſt. Lex etiā humana ſe nioribus ꝓpinquis poteſtatē tribuit mi norum delicta corrigēdi ꝑ qualitate deli cti. Qd̄ tn̄ cū moderamine quodā ꝛ iure q̄ſi patrio cōcedit̄. vt in immēſū hec licē tia nō extēdat̄. Nā ſi atrocitas facti emē datiōis domeſtice ius excedit placet enor mis delicti reos iudicum tradi notioni. Hec itaq; corripiendi modeſtia ſiue di ſcreta mēſura media eſt ac moderatrix i ter auſteritatē quaꝝ vtralibet ſola eſt re prehendēda. Nā ſi ſola ſit auſteritas ni hil aliud eſt q̄ȝ crudelitas. benignitas au tem ſola ꝛ remiſſio vel negligētia. Obſer uandū eſt etiā tp̄s vt nō ſtatim q̄ſi cū fu rore correptio delinquēti adhibeat̄. ſed vſq; ad tp̄s oportunum aliqn̄ differatur Vt enī legit̄ Prouꝰ. xxix. Totū ſpiritū ſuū. i. iram ꝓfert ſtult⁹. ſapiēs ꝟo differt ac reſeruat in poſteꝝ. Iteꝝ vt nō ſemper delicta puniant̄. ſ; aliqn̄ ꝓ tp̄e indulgeat̄ Nā ꝑcere ꝛ punire ſunt ꝯtria. Vt enim dicit ꝓhus. Cōtrario ꝝ cadē eſt diſcipli na. vn̄ q̄ neſcit ꝑcere neſcit ꝛ punire. De niq; locus eſt etiā obſeruādus. q: videli cet ſi culpa ſit occulta. ſecreto ē correptio facienda. iuxta illud Mat. xviij. Corripe eum inter te ꝛ ipſum ſolū. Si ꝟo ſit ma nifeſta. ꝛ correptio in manifeſto eſt facien da. iuxta illud. j. Thimoth. v. Peccan tes inq̄t corā oīb⁹ argue vt ꝛ ceteri timo rem habeāt. Hinc ꝛ Iſidor⁹. Palā in quit arguēdi ſūt q̄ palam delinquūt. vt dū apte vn⁹ corripit̄ plīmi emendētur.

De cauſis diſcipline libēter ſu ſcipiende. Cap. XXVII.

Porro ſicut a parenti bus vel magiſtris affectu ꝓ di ſciplina coertionis eſt pueris in ferēda. ſic ꝛ ab ipſis pueris patiēti aīo eſt ferēda. Et ſūt ſeptē cauſe q̄ illos īcitare debēt ad libentē vel ſpōtaneā ſuſceptio nē diſcipline. videlicet diuine volūtatis bonitas. paterna pietas. patiētie bonum Chriſti ꝛ ſanctoꝝ exēplū. ipſi⁹ diſcipline vtilitas. ꝛ eiuſdē breuitas. ꝛ ſequēs iocū ditas. Diuine inq̄ȝ volūtatis bonitas q̄ nō ꝯtinet ī ira ſua miſericordias ſuas. Si quidē vt dictū ē ſup̄i⁹. ex ira dei erga ho minē diſciplina coertiōis ꝓceſſit. q: puer cū ignorātia ꝛ cōcupiſcētia ī hac vitā ve nit. cōtra q̄ duo mala ſenſib; eoꝝ inuigi lāt ꝓhibitio ꝛ eruditio. laborib; ꝛ dolo rib; plene. diuina gubernatiōe dānatos nequaq̄ȝ oīmodo deſerēte. hec Aug⁹. in li. de ciui. dei. vlt̄. Vn̄ patet ꝙ ex pietate diuina pueris infert̄ diſciplina. Hic etiā de adulto dic̄ Seneca Lucilio Vir bo nus q̄dq̄d ei acciderit eq̄ aīo ſuſtinebit.

Sciet enī hoc accidiſſe lege diuina q̄ p̄/
cedunt vniuerſa. Ideȝ iterū ad eundem
Lucilium. Placeat hoī qcq̄d deo pla/
cet ob hoc ipſū qđ placet deo. ¶ Secū
da cauſa eſt paterna pietas qua filijs
ex amore infert diſciplinę ſeueritas. ſm
illud Eccl. xxx. Qui diligit filium aſſidu
at ei flagella. Hinc illud Auguſtini de/
cretū ſuperi⁹ poſitū. Non oīs qui parcit
amic⁹ eſt. nec omnis qui verberat inimi/
cus eſt. Melius eſt cū ſeueritate diligere
q̄ȝ cum lenitate decipere. hec Aug⁹. Et
hoc eſt qđ dicit Prouerb. xxvij. Meli/
or eſt manifeſta correctio q̄ȝ amor abſcō/
ditus. Et iterū. Meliora ſunt vulnera
diligentis q̄ȝ fraudulenta odientis oſcu
la. Iterum de correctione paterna dicit
Aug⁹ in ſermone de puero Cēturionis.
ſic etiā ponit in canone. cā. xxiij. q. i. Agē
da ſunt multa etiam cū inuitis benigna
quadam aſperitate plectendis. quoꝝ po
tius conſulendū eſt vtilitati q̄ȝ volunta/
ti. Nā in corripiēdo filiū quātūlibȝ aſpe
re nunq̄ȝ profecto amittit amor patern⁹
fiat tū qđ nolit ⁊ doleat qui etiam inuit⁹
dolore videtur eſſe ſanādus. hec Aug⁹.
Ceterū etiam ſi eſſent iniuſta. toleranda
tū ęquanimiter eſſent flagella patna. iux
illud Terentij in andria. Ex quo inquit
fuerūt tibi cōmoda ęquū eſt deferre incō
moda. De h̄ etiā dicit ab apoſtolo ad
Heb. xij. Quis enī filius quē nō corri/
pit pr̄. Tertia eſt patientię bonū. quę
ſic deſcribitur iuxta Tullium in rhetori/
ca. ſ. prima. Patiētia inquit ē honeſta/
tis vel vtilitatis cauſa reꝝ arduaꝝ ac dif
ficilium volūtaria vel diuturna ꝑpeſſio
hec Tullius. Quę aut pōt honeſtior.
aut vtilior patiendi cauſa eſſe q̄ȝ ſapien/
tię percipiēdę vel virtutꝭ capeſſendę. Ad
duo iſta inuigilat oīs pueroꝝ diſcipli/
na. Et recte dicit volūtaria ⁊ diuturna.
quia nec qui omnino patitur inuitus ha
bet meritum apud deum. nec qui perſeue
rantiam amittit. accipit brauiū. De bo/
no patientię libellū edidit beatus mar/
tyr Cyprianus. in qua ſic eā cōmendat.

Patiētia inquit eſt virt⁹. nobis cū deo
cōmunis. Quę aūt eſt gloria ſimilē deo
fieri? Quāta fęlicitas eſt habere ī virtutib⁹
qđ diuis ęquari poſſit laudib⁹? Ille ſi/
ne me innocens ⁊ iuſtus inter facineroſos
deputat. ⁊ falſis teſtimonijs veritas prę/
mitur. Iudicatur⁹ iudicatur. ⁊ dei ſermo
ad victimā tacēs ducitur. Et cū ad cru/
cem eius cōfundant ſidera. contremiſcat
terra. turbentur elemēta. ille non loqui/
tur. nec mouetur. nec maieſtatē ſuā profi
tetur. ſed oīa perſeueranter tolerat. ut in
eo plena ⁊ perfecta patientia conſumet.
Porro ſudat hic quādiu viuitur ⁊ labo
ratur. nec ſudantibus ⁊ laborantib⁹ poſ
ſunt magꝭ alia q̄ȝ patientię ſubuenire ſo/
latia. Nec aliud magis iuſtos ⁊ iniuſtos
diſcernit. q̄ȝ ꝙ in aduerſis ꝑ impatientiā
blaſphemat iniuſtus ⁊ querit. ⁊ patiētia
iuſt⁹ probatur. Deniq̄ȝ patiētia eſt quę
nos deo ſuat. ⁊ cōmēdat quę iram tēpe/
rat. linguam frenat. mētem gubernat. pa
cem cuſtodit. diſciplinam regit. potentiā
diuitum coercet. inopiam pauperū refo/
uet. facit humiles in proſperis. fortes in
aduerſis. Docet delinquētib⁹ cito igno
ſcere. ⁊ delinquētem diu ⁊ multum roga/
re. fidei fundamenta munit. incrementa
ſpei prouehit. actum dirigit. hęc Cypria
nus. Deniq̄ȝ teſte Platone patiētia ro
bur eſt toti⁹ philoſophię. Vnde ⁊ Sa/
lomon Prouerb. xix. Doctrina inq̄t vi
ri per patientiam noſcitur. ¶ Quarta
ratio vł cauſa. eſt chriſti exemplū ⁊ alio/
rum ſanctorum. Nam chriſtus ipſe pri/
mo quidem verbo docuit patientiā. nō
ſolum ad diſciplinam. ſed etiam ad iniu/
riam dicens Math. v. Nolite reſiſtere
malo ſed ſiquis te percuſſerit in dexterā
maxillam prebe ei ⁊ alteraȝ. Et qđ verbo
admonuit. ipſemet exēplo ſui poſtea do
cuit. Nam non ſolum alapas ⁊ flagella
ſuſcepit. ſed etiam demū totum corpus
crucifixorib⁹ expoſuit. ut legit Math.
xxvij. Pilat⁹ tradidit populo Ieſuȝ fla
gellis ceſum ut crucifigerēt eū. Et hoc ē
ꝙ prędixerat loquēs de futuro quaſi de

p̄terito. Eſa. l. Corpus inquit meum dedi percutientibus ⁊ genas meas vellē-tibus. faciem meam non auerti ab incre-pantibus ⁊ conſpuentibus. vel ſm̄ .lxx. Dorſum meum poſui ad flagella. genas meas ad alapas. Hinc etiam per Hieremiam p̄dictum eſt de ipſo Threñ. iij. Dabit percutienti ſe maxillam. ſaturabit opprobrijs. Itaq̄ licet naturalis eſſet filius dei. non tamen exors fuit a diſciplina finali. q̄uis nullatenus indigeret correptione. ſ; vt nobis daret exemplū diſcipline ſuſcipiende. ſm̄ illud .j. Petri .ij. Chriſtus paſſus eſt pro nobis. vobis relinquēs exēplum. ut ſequamini veſtigia eius. Qui peccatum non fecit. nec inuentus eſt dolus in ore eius. Qui cum male diceretur non maledicebat. cum pateret̄ non comminabatur. tradebat autem iudicanti ſe iniuſte. Suſcepit ergo diſciplinam non pro ſuo delicto. ſed pro noſtro. nec pro ſua emendatione. ſed pro noſtra reconciliatione. ſicut dicitur Eſaie .liij. Diſciplina pacis noſtre ſuper eum. ⁊ liuore eius ſanati ſum⁹. Omnes ergo chriſtiani non ſolum pueri. ſed etiam adulti libenter debent diſciplinam recipere. nō ſolum pro delicto ſuo. ſed etiam pro illius exemplo. Nam ut legitur Eccl. xxiij. Gloria magna eſt ſequi dominū. lōgitudo enim dierum aſſumetur ab eo. Deniq̄ omnes ſancti receperunt diſciplinā tanquā filij dei adoptiui. Vñ dicit apoſtol⁹ ad Hebreos .xij. Si extra diſciplinam eſtis cuius participes facti ſunt omnes. ḡ adulteri ⁊ non filij eſtis. Quinta cauſa eſt ipſius diſcipline vtilitas. que quadruplex eſt. Prima ſcilicet eruditio ad recte ſapiēdum ⁊ bene agendum. ſicut dictum eſt ſupra. iuxta Hieremiam .vj. ſm̄ lxx. per omnem dolorem et flagellum erudieris hieruſalem. Vñ dicitur Prouerb. xxix. Virga atq̄ correptio tribuit ſapientiā. Et Eccl. xxij. Flagella ⁊ doctrina in omni tempore ſapientia. Secūda eſt aſſuefactio ad patiendū. qd̄ valde huic vite neceſſariū eſt Nam ut dictum eſt ſupra iuxta Cyprianum: Sudantibus ⁊ laborantib⁹ in huius vite miſeria nō poſſunt magis alia q̄ patientie ſubuenire ſolatia. ad patiendum vero multum valet a puericia inolita conſuetudo. Nam ⁊ tyrones exerceri ſolent ante pugnam. ſic ⁊ pueris expedit temperare delitias ⁊ exerceri per diſciplinam. Vñ legit̄ in prouerbijs ſapientū: Feras qd̄ ledit ut qd̄ ꝓdeſt feras. citi⁹ nocet quicq̄d īexpertū nocet. Hinc ⁊ Ouidius .i. li. de arte .iij. Qd̄ male fers aſſueſce. feres bene. Idem in li. de remedijs .j. Ut valeas multa dolenda feres. Itaq̄ de patientia per diſciplinam probata dicit Prudentius in li. de conflictu vitioꝝ ⁊ virtutum: Ecce modeſta graui ſtabat patiētia vultu. Per medias īmota acies. varioſq̄ tumult⁹ Spectabat defixa oculos ⁊ leta manebat. Inde quieta manet. patiētia fortis ad oēs Celorū nimbos ⁊ nō penetrabile durans. Omnib⁹ vna comes. virtutibus aſſociatur. Nam vidua eſt virtus. quā non patientia firmat. Ideo etiā dicit Lucan⁹ li. ix. Gaudet patientia duris. Tertia eſt humiliatio ad cordis tumorem reprimēdū. Magis enim humiliat diſciplina ſuſcepta per alium q̄ per ſeipſum. ꝓpter hoc etiam delinquenentes monachi recipere ſolent diſciplinas coram omnibus in capitulo. vt magis humilientur atq̄ purgentur. confuſionem pariter cum dolore ſuſtinendo. Vñ Anſelmus cantuarieñ. in epiſtola ad Bernardum monachum Audiui inquit ab abbate tuo. ꝙ maioris meriti iudicas cū monachus ſe aut verberat aut ab alio ſe verberari poſtulat q̄ cū in capitulo ex p̄cepto p̄lati nō ex ſua voluntate vapulat. Qd̄ nō eſt ita ut tu exiſtimas. Illud enim iudiciū qd̄ ſibi aliquis ſponte indicit. regale eſt. illud vero qd̄ per obediētiam in capitulo ſuſtinet monachicum eſt. Illud ſepe ſibi reges ⁊ ſuperbi diuites fieri p̄cipiunt. iſtud vero non p̄cipientes. ſed obediētes ſuſcipiunt. Illi ſe ſoli deo humiliant

ꝓpter peccatorum conſcientiaȝ· iſti vero homini propter obedientiam. Qđ ſi dicis: Non tā fugio publicam vapulationem propter dolores carnis quos et ſecreto ſentirem ꝙ̄ propter verecundiam: ſcito quia ille fortior eſt qui hanc quoqꝫ ſuſtinere gaudet propter obedientiam. Certus igitur eſto quia maioris meriti eſt vna vapulatio monachi tolerata per obedientiam ꝙ̄ innumerabiles accepte per propriam ſententiam. ¶ Quarta vtilitas eſt ipſius delicti punitio ad remedium venię conſequēdū· iuxta qđ ſm lxx. Naum· j. Non iudicabit deus in tribulatione bis in idipſū. Qđ ergo iudicatum eſt in pręſenti per diſciplinam ſi patienter feratur· obtinet veniam ⁊ euadit pęnam futuram· iuxta illud Proſperi in li· epigrāmatum. Ad veniam tendūt iuſti pia verba regē. Ita breuiſ rectis gaudia longa dabit. Hinc ⁊ Galterus in li. alexandreidos. iij. Patientis ſepe reatū vis illata leuat minuitqꝫ coacta. Omnia deſcendunt a ſummo culmine rerum Ideo de puero dicitur Prouerb. xxiij. Tu ergo percuties eum virga· ⁊ animam eius de inferno liberabis. Recte ergo dicit Ouidius in li. epiſtolarū. Leuiter ex merito quicquid patieris ferēdū eſt. Quę venit indignę· pęna dolenda venit. Idē in li. ſine titulo. ij. Equo animo pęnā qui meruere ferunt. Qđ ſi forte videt puero ꝙ non patiatur ex merito· audiat quod etiam dicit Ouidius in li. epiſtolarum. Vtilis interdum eſt ipſis iniuria paſſis. Sępe eſt ſupplicij cā fuiſſe pium. Imo recolat poti⁹ illud qđ dicit Petrus apoſtolus in prima. ij. Hęc eſt enim gratia ſi propter conſcientiam dei ſuſtinet quis triſticias patiens iniuſte. Quę eſt grā ſi peccātes ⁊ collaphizati ſuffertis? Sed ſi bene facientes patient ſuſtinetis· hęc eſt gratia apud deū. ¶ Sexta ratio vel cauſa tolerandi eſt ipſius diſciplinę breuitas· videlicet iuxta illud apoſtoli ſupradictum· ꝙ puer ſub tutoribus ⁊ actorib eſt vſqꝫ ad tempus a patre pręfinitum. Et vtiqꝫ qđ breue eſt· facilius tolerandū eſt. Vñ Seneca in epła ad Paulinum vj. Feramus inquit ęquo animo ⁊ vtamur foro quod ſors conceſſit· donec inuicta fęlicitas finē malis imponat. ¶ Septima eſt eiuſdem leuitas· de qua dicitur Prouerb. xxiij. Noli ſubtrahere a puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eū virga nō morietur. Itaqꝫ ſicut dic Seneca in li. de remedijs fortuitoꝝ. Si dolor eſt exiguus leuis eſt patiētia· ſi vero grauis non leuis eſt gloria. ¶ Octaua eſt ipſa neceſſitas quę duplex eſt· vt videlicet ſit curandi ⁊ non reſiſtendi. Neceſſitas ꝓ̄ncꝫ ſit curādi· quoniā aliter non poteſt incōmodum ignorantię tolli· vel putredo concupiſcentię arceri· niſi per diſciplinę coertionē· ſicut nec corporis vulnus ſanari· niſi per inciſionem vt aduſtionē· iuxta illud Claudiani. Trūcentur ⁊ artus ut liceat reliquis ſecure viuere membris. Ideo dicit etiam Ouidi⁹ in li. de remedijs. j. Et corpus redimas ferrū patieris ⁊ ignes. Atqꝫ animo valeas quicquid tolerare negabis. Iuſtius ut valeas· multa dolenda feras. Idem in li. ij. Eſſe ſolent magno damna minora bono. Hinc ⁊ Galterus in li. alexan. vj. Aſperior ſanat grauiores potio morbos. Naufragiumqꝫ timens· iactura ſępe redemit Nauita qđ potuit· ⁊ dānis dāna leuauit. ¶ Inpotētia ꝟo reſiſtēdi q ſicut dicit Ouidius in libro. j. ſine titulo. Non iuga taur⁹ amat· qđ tamē odit habet. Unde ⁊ puer etiam ſi nollet nihilominus diſciplinam coactus feret. Hinc ⁊ idem Ouidius in libro de remedijs. j. Sępe bibi ſuccos· ꝙ̄uis inuitus amaros. Summum ergo remedium in talibus eſt· nō ſolum patienter ſed etiam libenter ſuſtinere· ac de neceſſitate virtutem facere· iuxta illud Quintiliani cā. vj. Subit libens pietas pęnam etiam ſcelerib graueȝ. Nam ipſa bona voluntas tolerandi· non ſolum meritum apud

deum acquirit. ſed etiam ipſam diſci-
pline ſeueritatē multo leuiorem facit. iu-
xta illud Aratoris de hiſtoria actuū apo-
ſtolorum libro. iij. Mitiſſima ſors eſt pe-
narum quas nota gerunt. Et illud Qui
dij ſine titulo libro. j. Leue fit qđ bene
fertur onus. Ideo dicit Seneca ad Lu
cilium epiſtola lxxviij. Noli mala tua ti-
bimet ipſi grauiora facere ⁊ de querelis
onerare. Dolor quippe ſi nihil ei opi-
nio adiecerit eſt leuis. ipſumq́ȝ leuem dū
leuem putas efficis. Hinc ⁊ Quintilia-
nus in cā. x. Nulla inquit eſt niſi inuito
pena. nullumq́ȝ dolorem habemus niſi
ab impatientia ⁊ ut aliqđ crudele ſit me-
tus facit. Nona ratio vel cauſa li-
benter tolerandi. eſt ſequens iocunditas
Et hec ē duplex. ſcilicet preſens ⁊ futu
ra. Preſens quoq́ȝ triplex. Tranſacta
nāq́ȝ pueritia dulcis ē diſcipline perpeſ-
ſe memoria. Iuxta illđ Senece In her-
cule furente que durum fuit pati dulce
eſt meminiſſe. Ne ſolum dulcis eſt eius
recordatio. ſed etiam iocunda relatio.
iuxta illud Senece ad Lucilium vbi ſu
pra. Qđ acerbum fuit. iocundum eſt re-
tuliſſe. Naturale eſt enim mali ſui fine
gaudere. Tertia vero iocunditas eſt
de adeptione iuſticie vel ſapiētie. qua-
rum vtraq́ȝ ineſtimabilem habet vo-
luntatem. Vnde Macrobius in libro
ſaturnaliū. Qui ſuos īquit dolores an-
xietateſq́ȝ diſſimulādo trāſeunt. patien-
tie beneficio ad voluptatem maximam
perueniunt. Hec tria deſignata ſunt in
virga Aaron que floruit ⁊ fronduit ⁊ fru
ctum protulit. ut legitur Numeri. xvij.
Floret enim virga diſcipline ſiue correp-
tionis perſuaſe fragrantem ſui recorda-
tionē. Frondet per iocundam ⁊ gratam
ſui relationē. Fructū profert per iuſticie
vel ſapientie acquiſitionē. Sunt enī pu
eri ſicut nouelli palmites. viti vere. id eſt
Chriſto per gratiam baptiſmalem adhe
rētes. Iuxta qđ dicitur ab ipſo Ioh. xv
Ego ſum vitis vos palmites. Palmites
aūt qñ putātur quaſi deſtrui ⁊ diminui
ac deturpari videntur. ⁊ etiā lachrymas
emittunt. ſed ex ipſo fructum vberiorem
reddunt. Sic ⁊ pueri ſapiente agricola.
id eſt. deo iubente vel diſponente. putā-
tur ſarculo diſcipline. ⁊ hoc quidem de-
flent. ſed hoc idem fit ut vberius fructifi
cent. ſicut ibidem a domino dicitur: Om
nem palmitem in me ferentem fructum
purgabit eum. ut fructum plus afferat.
Vnde dicit' ab apoſtolo ad Heb. xij.
Omnis diſciplina in preſenti q̄dem vide-
tur non eſſe gaudij. ſed meroris. poſtea
aut fructum pacatiſſimum exercitatis p
eam reddet iuſticie. De hac etiā putati-
one ac fructificatione dicitur Eccl. iiij.
vbi agitur de diſciplina ſapiētie. Timo
rem inquit ⁊ metum ⁊ probationem in-
ducet ſuper illum. ⁊ cruciabit illū in tri-
bulatione doctrine ſue. Ecce diſciplina
meror. vel meror diſcipline. Poſtea ve-
ro dicitur: Et theſaurizauit ſuper illū ſci
entiam ⁊ intellectum iuſticie. ecce fruct'
ſapiētie ⁊ iuſticie. De futura vero ⁊ eter
na iocunditate que eſt fructus vltimus
diſcipline. ita dicit Proſper vbi ſupra.
Ira breuis rectis. gaudia longa dabit.
Hoc eſt quod dicitur a domino Ioh.
xvj. Plorabitis ⁊ flebitis vos. ſed triſti
cia veſtra vertetur in gaudium. Idem
quoq́ȝ dicitur per Eſaiam. lxvj. Vide-
bitis gloriam domini ⁊ gaudebit cor ve-
ſtrū. Ad vbera portabimini ⁊ ſuper ge-
nua blandiet' vobis. Quomodo ſi cui
mater blandiatur. ita ego cōſolabor vos
ſcilicet blandiendo ⁊ applaudendo. ⁊ la-
chrymas veſtras abſtergendo. ſm illud
Apoc. xxj. Abſtergat deus omnem la-
chrymam ab oculis eorum. ⁊ vltra non
erit neq́ȝ luctus neq́ȝ clamor. quia pma
abierunt. Vnde beatus Bernard'. Fe-
lices inquit lachryme quas pia manus
conditoris abſterget.

¶ Q̄r inſtruẽdi ſunt pueri de obedientia filiali. Cap. XXVIII.

Dicto de puerorum diſciplina qua diſcedere ⁊ a malo ſe cohibere compelluntur: dicendum eſt de illa quę bonos mores complectitur· quibus eorum vita informetur De hac enim dicit beatus Cyprianus. in li. de. xij. abuſionibꝰ ſeculi. Diſciplina eſt ordinata morū correctio. De hac etiā dicit Hugo de ſancto victore. Diſciplina eſt conuerſatio bona ⁊ honeſta quę non tantum mala non facere ſtudet ſed etiam in his quę bene agit per cūcta irreprehenſibilis permanere. Et quoniā de moribus ⁊ bona cōuerſatione ⁊ actuum ac geſtuum ſenſuumq; regimine quę ad diſciplinam pertinent· plurima iam diximus in tertio huius operis libro ſuperius: hic ſolum ad pręſens dicamus· ꝙ pueri maxime inſtruendi ſunt de tribꝰ videlicet de obedientia finali· de compoſitione morali· de conuerſatione ſociali.

¶ In his enim tribus pręcipue conſiſtit vitę bonę informatio: Iuxta illud beati Bernardi in ſermone de apoſtolis Petro ⁊ Paulo. Putas inquit parua res ſit ſcire bene viuere: Arbitror autem ꝙ bene viuis· ſi humiliter· ordinabiliter ſociabiliter viuis. Humiliter deo· ordinabiliter tibi· ſociabiliter proximo. hec Bernardus. Illud autem humilitatis ⁊ obediētię vel ſubiectionis deo dicitur impēdi· qđ prelatis ac potentibus ⁊ magiſtratibus exhibetur propter ordinationem dei· iuxͣ illud apoſtoli ad Romanos xiij. Nō eſt inqͣt ptās niſi a deo· q̄ aūt a deo ſunt· ordinata ſūt. Itaq; per primū humiliantur erga maiores ſuos· per ſecūdum ordinantur apud ſemetipſos· per tertium recte conuerſantur inter ſocios ſiue proximos. Eſt autem obediētia voluntas faciendi mandatum ſuperioris. Item obedientia dicitur eſſe ſpontaneū ⁊ rationale ſacrificiū voluntatis proprię Iterum ſic deſcribitᷣ: Obediētia eſt pio iuſſu ſtudio proprię voluntatis abnegatio ⁊ voluntaria recuſatio. Inobedientia vero eſt ex duritia mentis obſtinatę cui debeas imperanti nolle obtemperare. Quia vero puerorum volūtas eſt volatilis ⁊ vaga· ideo maxime opus habet regi obediētia ſub volūtate aliena: alioquin ut legitur Prouerb. xxix. Puer q̄ dimittitur voluntati ſuę confundet matrem ſuam. Ceterum pueri quoq; regales qui debent aliquando cęteris pręcipere· plus cęteris neceſſe habēt obedientiam experiri ⁊ addiſcere. Ut enim dicit Tullius in libro de legibus. iij. Et qui bene imperat neceſſe eſt aliquādo paruerit· ⁊ qui modeſte paret· videtur qđ aliquando imperare dignus ſit. Itaq; de obedientia conſiderāda ſunt tria· videlicet cur obediendum ſit· ⁊ quibus perſonis· ⁊ quibus modis. Cauſa ſiquidem ad obediendum incitatiua debet eſſe trina· videlicet ipſius obedientię bonum ⁊ exemplum ⁊ commodum. Nempe tantū eſt obedientię bonum· ut ſicut dicit Auſtinus ſup Geneſim li. viij. Oportuerit ab initio ut homo ſb deo poſitus aliqūde prohiberetur· ut ei virtꝰ eſſet ipſa obedientia promerendi dominum ſuum. Quā inquit audeo veriſſime dicere ſolā virtutem eſſe omni rationabili creaturę agenti ſub dei poteſtate. Primumq; ⁊ maximum vitium eſſe timoris ad ruinam vti velle poteſtate ſua· cuius vitij nomē eſt inobedientia. Hinc etiam dicit Greg. in moral. libro. xxxv. Nequaq; arbor illa mala in paradiſo extitit quaz deꝰ homini ne cōtingeret interdixit. Sz ut melius per obedientię meritum homo bene conditus creſceret· dignum fuit vt illum etiam a bono prohiberet. Sola nāq; virtꝰ eſt obedientia quę menti cęteras virtutes inſerit inſertaſq; cuſtodit Sola eſt quę fidei meritum poſſidet· ſine qua quiſq; infidelis eſſe conuincitur·

etiam ſi fidelis eſſe videatur· hec Greg.
Deniqȝ tantū eſt bonum obedientię·ut
non ſolum illum hominem primum qui
eſt caput omnium ſm naturam· ſed etiā
ſecūdū hoīem chriſtuȝ qui eſt caput om
nium fideliū ſcdm gratiam·ponere volu
erit de⁹ in probatorio·vel in ſchola obe
dientię. Vñ de ipſo dicͭ apoſtol⁹ Heb.
v. Quia cū eſſet filius dei didicit ex his
quę paſſus eſt obedientiam·id eſt·experi
entiam obedientię·ut eſſet pariter diſci
pulus ⁊ doctor obedientię. ¶ Exem
pla vero multa legimus magnę obe
dientię· Et primo quidē Abraam patrē
fidei noſtrę cuius obedientiam trino p̄
cepto ⁊ graui deus voluit ꝓbare. Pri
mo· ſcilicet de patrię ſuę deſertione di
cens: ut legitur Gen. xij. Egredere de ter
ra tua ⁊ de cognatiōe tua ⁊ de domo pa
tris tui ⁊c. ¶ Secūdo de circumciſio
ne dicens· ut legitur in eodem .xvij. Cir
cumcidetur ex vobis omne maſculinum·
⁊ circumcidetis carnē preputij veſtri ⁊c.
¶ Tertio de filij immolatione dicēs
in eodem. xxij. Tolle filium tuum vnige
nitum quem diligis Yſaac· ⁊ offer illum
in holocauſtū ⁊c. ¶ Primū fuit graue
preceptū· ſecūdū grauius· tertiū ꝟo gra
uiſſimum. Unde Origenes ſic exponit
illa verba ſup Geneſim· omel. viij. Tol
le inquit filium tuum vnigenitum quem
diligis Yſaac ⁊c. Ecce caris ac dulcibus
appellationibus iterum ac ſepe repetitis
affectus paterni ſuſcitantur· ut amoris
euigilante memoria ad immolandum fi
lium paterna dextera retardetur· et ad
uerſus fidem animi tota carnis militia re
pugnet. Et quia ſemē in Yſaac promiſ
ſum ei fuerat·fit etiam memoratio nomi
nis pueri·ut ⁊ promiſſionuȝ quę ſub hoc
nomine facte ſūt deſperatio ſubeat. Sȝ
quid p⁹ hec? Intuemini p ſingula quo
modo fiunt temptationis augmēta· pri
us enim dicitur ei ꝙ filium offerat· dein
de ꝙ in montē aſcēdat· ut dum iter agit
per totam viam cogitationibus diſcre
patur: Et hinc vigente precepto· hinc
vero vnici affectu obluctante crucietur.
Propter hoc igitͬ ⁊ via iniungitͬ· ⁊ aſcē
ſio montis· ut in omnibus his ſpaciū ac
cipiāt certaminis· affectus ⁊ fides· amor
dei ⁊ amor carnis· gratia pręſentiuȝ ⁊ ex
pectatio futurorum. Die autem tertio
vidit locum procul· hic quoqȝ ſapientiā
⁊ conſilium temptātis intueor. Per tri
duum iter protenditur· quo curis recur
ſantibus paterna viſcera cruciantur· vt
omni hoc ſpacio tam prolixo pater fi
lium intuens cū eo cibum ſumeret· totqȝ
noctibus puer in amplexibus patris pen
deret· pectori inhereret· in gremio cubita
ret. Cumqȝ pergerent ſimul· dixit Yſaac
prī: Pater mi. Quomodo putas īmo
landus filius per hanc vocem viſcera pa
terna concuſſit· putas ne alicui veſtrum
ex ipſa hiſtorica narratione tantū animi
robur acquiritur· ut cum forte amittitur
filius morte communi· ⁊ omnibus debi
ta etiam ſi ſit vnicus ⁊ dilectus Abraam
ſibi in exempluȝ adducat· ⁊ magnanimi
tatē eius ante oculos ponat· hec Orige
nes de magnanimitate Abrae quā fecit
in eo virtus obedientię. Vñ poſtmodū
filio liberato ⁊ ariete pro eo īmolato di
ctum eſt ei a domino: Per memetipſum
iuraui· qui feciſti rem hanc ⁊ nō peperci
ſti filio tuo vnigenito propter me· bene
dicam tibi ⁊ multiplicabo ſemen tuum ſi
cut ſtellas celi ⁊c. quia obediſti voci meę
Hinc etiam de ipſo dicit Sedulius in
carmine paſcali li. p. O iuſti mēs ſancta
viri pietate remota. Pl⁹ pietatis habēs
contempſit vulnera nati: Amplex⁹ prę
cepta dei. Aliud exemplū habemus po
tiſſimum· ipſum dominum Jeſum Chri
ſtum· qui eam docuit non ſolum verbo·
ſed etiā exemplo· ⁊ in mundum veniens ⁊
in mundo manens ⁊ de mundo tranſiēs
¶ De primo dicitͬ Joh. vj. Deſcēdi
de celo non ut faciam voluntatem meā·
ſed voluntatem eius qui miſit me. Hinc
etiam per obedientiam virginis intrauit

quia ſtatim in vterum eius per angelum
miſſo obediuit eius dicens: Ecce ancilla
domini ⁊c. ¶ De ſcḋo dicit in eodem
iiij. Meus cibus eſt ut faciam volunta-
tem patris mei ¶ De tertio dicit in eo-
dem .xiiij. Vt cognoſcat mundus quia
diligo patrem ⁊ ſicut mandatum dedit
mihi pater · ſic facio · ſurgite eamus hinc
ſcilicet ad locum paſſionis. Hinc ⁊ apo-
ſtolus ad Phil. ij. Humiliauit inquit
ſemetipſum fact⁹ obediens vſq; ad mor
tem · mortem autem crucis. Huius obe-
dientię finalis pretendit myſterium · ꝙ
inclinato capite emiſit ſpiritum · vt legi-
tur Joh. xix. Et hęc duo potiſſima exem
pla ſufficiant modo · ſcilicet vnum de ve-
teri teſtamẽto ⁊ alterum de nouo ¶ Ce-
terum exemplum generale habem⁹ in
omni genere creaturę · excepto demone
⁊ homine · qui maxime propter ſenſuȝ ra
tionis deberent obedire. Nam de ange-
lis dicitur ad Heb. p. Qui omnes ſũt ad-
miniſtratorij ſpiritus. Unde Daniel.
vij. dicitur · ꝙ milia milium miniſtrabãt
ei. De ſole ⁊ luna ⁊ alia creatura cęleſti ·
dicitur alibi · ꝙ preceptum poſuit ⁊ non
preteribit. De vento ⁊ mari dicit' Math.
viij. Qui venti ⁊ mari obediunt ei. De ter
ra vero dicitur in pſalmo. Aſcendũt mõ
tes ⁊ deſcendunt campi ⁊c. terminum po
ſuiſti eis quẽ non tranſgredient'. Unde
Ambro⁹. Non mediocris eſt inquit pu-
dor inſenſibilia elementa imperio dei pa
rere · ⁊ homines nõ obedire · quibus tri-
but⁹ eſt ſenſus ab ipſo auctore. Hęc de
exemplis obediẽtię ¶ Cõmoda vero
obedientię ſunt multa. ¶ Primum
ſcilicet ꝙ ipſos obediẽtes chriſti fratres
efficit · ſic ipſemet dicit Math. xij. Qui-
cunq; fecerit voluntatem patris mei qui
in celis eſt · ille meus frater ⁊ ſoror eſt.
¶ Scḋm ꝙ chriſtum in hoſpitio men-
tis recipit · qḋ ſignatum eſt in hoc ꝙ ipſe
Chriſtus in bethania · ⁊ in domo Si-
monis hoſpitẽ ſe prębuit · vt legit' Joh.
xij. Simon enim interpretatur obediẽs ·
⁊ bethania domus obedientię. ¶ Ter-
tium eſt ꝙ ipſa obedientia eos a libi-
dine proprię voluntatis caſtificat · ſm il-
lud · j · Petri p. Animas inquit veſtras
caſtificantes in obedientia charitatis.
¶ Quartũ eſt ꝙ de hoſpitibus ſpiri-
tualibus vel etiam corporalibus trium-
phat · ſm illud Prouerb. xxj. Vir obe-
diens loquetur victoriam. ¶ Quin-
tum eſt ꝙ eos intus ⁊ extra pacificat ·
ſm illḋ Prouerb. xiij. Qui timet prece-
ptum in pace verſabitur · ¶ Sextum
eſt ꝙ eos ad contemplationem cęleſtium
preparat · ſm illud Eſaię. lviij. Si glori-
ficaueris dñm · dum non facis vias tu-
as · ⁊ non inuenitur voluntas tua · ut lo-
quaris ſermonem · tunc delectaberis ſup
domino · ⁊ ſuſtollam te ſuper altitudi-
nem terrę · ⁊ cibabo te hereditate Jacob
patris tui. ¶ Septimum eſt ꝙ eos
ad vitam ęternam introducit · ſm illud
Math. xix. Si vis ad vitam ingredi ſer
ua mandata. Sicut enim inobedientia
paradiſi clauem amiſit · ſic eam obedien-
tia recuperauit. Unde ⁊ Simoni qḋ in
terpretatur obediens · dictum eſt a dño ·
Math. xvj. Tibi dabo claues regni cę-
lorum. Hoc etiam eſt notandũ · ꝙ obe
dientia quaſi eques vadit in paradiſum
innitẽdo ſcilicet alienis pedibus · i · volũ-
tati ⁊ ſenſui alterius. Deniq; obedien-
tia plurimas benedictiones aſſequitur q̃
proponuntur Deut. xj. Si obedieritis
mãdatis meis dicit dominus · dabo plu-
uiam terrę veſtrę ⁊c. Et in eodem xxviij.
Uenient ſuper te vniuerſę benedictio-
nes iſte ſi precepta eius audieris ⁊ cuſto-
dieritis · benedictus tu in ciuitate · ⁊ bene
dict⁹ in agro ⁊c. Ecõtra vero ſicut obe-
dientia facit hominem ſeruum dei · ſic
inobedientia ſiue voluntas ꝓpria ſeruũ
diaboli. Propter qḋ dicitur Eccl. xviij.
Poſt concupiſcentias tuas non eas · et
a voluntate tua auertere. Si enĩ preſtes
animę tuę concupiſcẽtiam eius · faciet te
in gaudiuȝ inimicis tuis. Et reuera mirę

eſt q̄ inobedientia non eſt omnibus hominibus maxime odioſa. Nam in nobiſ ipſis experimur aſſidue q̄ꝫtuꝫ ſit malum inobedientię. propter qđ de paradiſo in hoc exilium detruſi ſum⁹. vbi ⁊ infinitas miſerias ſuſtinemus. Tātūq; fuit inobedientię malum. ut filium dei per obedientiam oportuerit mori. ꝓpter illud curandum. iuxta illud apoſtoli Roma. v. Sicut per inobedientiā vnius hominis peccatores ꝯſtituti ſunt multi. ita ⁊ per vni⁹ obedientiam iuſti conſtituuntur multi. Deniq; tm̄ eſt malum inobedientię vt criminum maximo cōparetur ſcilicet idolatrię. iuxta illud Samuelis. j. Reg. xv. Quaſi ſcelus idolatrię eſt nolle acquieſcere. Inobediens enim quia ſeruus eſt voluntatis proprię. ſubiectionē deo debitā ſibimetipſi tribuit. qđ eſt ſcelus idolatrię. Vñ dicit̄ Job. xxxj. Si oſculat⁹ ſum manum meam. quę eſt iniquitas maxima ⁊ negatio cōtra deum altiſſimum ? Nam oſculari manuꝫ ſuam. hoc eſt. ſibi dinoſe facere vel ſequi voluntatem propriam. Hinc etiā eſt illud Aug. paulo ante poſitum : Primum inquit ⁊ maximum vitium ad ruinam eſt vti velle poteſtate ꝓpria. cui⁹ vitij nomē eſt inobedientia. Ceterum propria voluntas in homine omne meritū apud deum etiaꝫ boni operis euacuat. Vnde iudęis conquętentibus ac dicentib⁹ domino : Quare ieiunauimus ⁊ non aſpexiſti. humiliauimus animas noſtras ⁊ neſciſti. id eſt. nō approbaſti: Reſpondit domin⁹ Eſaię. lviij. Ecce inquit in diebus ieiunij veſtri inuenit̄ voluntas veſtra. Hinc ⁊ Greg. in moral. libro. xxxv. Obedientia inquit plerumq; ſi de ſuo aliquid habeat nulla eſt. quia ſcilicet ipſa volūtas propria meritū euacuat. Ideo dicit beatus Bern̄. ſuper Cant. Grande malum eſt volūtaſ ꝓpria. qua fit ut bona tua non ſint tibi bona. Preterea inobedientia plerumq; hominem a dignitate ſua deijcit. ſicut ⁊ primum hominem deiecit. Exemplū etiā habetur de Saul. j. Reg. xv. quē inobedientia deiecit a regno. Vñ ibi a Samuele dicitur ei: Quia proieciſti ſermonem domini. proiecit te dominus ne ſis rex iſrael. Iterum hominem ſępe confundit. quia frequenter ei⁹ voluntati ac ſpei contrariū accidit. ẜm illud Oſee. x. Confundetur iſrael in voluntate ſua. Vñ et dicitur Eſaię. xlv. Ꝑ cōfundentur omnes q̄ repugnant ei ſcilicet domino. Deniq; ſicut obedienti ꝓponuntur plurimę benedictiones. ſic ⁊ inobedienti plurimę maledictiones Deut. xxviij. Si audire inquit nolueris vocem domini ut facias omnia mandata eius. venient ſuper te omnes maledictiones iſte. ⁊ apprehēdēt te: Maledictus eris ī ciuitate. ⁊ maledictus in agro. Maledictum horreum tuum ⁊ maledictę reliquię tuę. Maledict⁹ fructus ventris tui ⁊ fructus terrę tuę. armenta boum tuorum ⁊ greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens ⁊ maledictus egrediens ⁊c̄. hęc omnia dicit beatus Bern̄. in ſermone vbi ſupra.

Quibus obediētia debeat exhiberi. Cap. XXIX.

Primo igitur ⁊ ſuper omnes obediendū eſt deo. ſicut dic̄ Petrus Act. v. Obedire inq̄t oportet deo magis q̄ꝫ hoib⁹. Vnde ſi ꝑcipiat homo quicunq; contrarium deo. nullatenus obediendum eſt ei. ẜm illud Eccl. iiij. Non te ſubijcias homini ꝓ peccato. Alioquin iam obedientia non eſſe probatur. Quę ſic diffinitur. Obediētia eſt animi deliberati iuſtę iuſſionis effect⁹ Hinc ⁊ Greg. vbi ſupra. Nūq; inquit per obedientiam debet malum fieri. ſed aliquando debet per obedientiā bonū etiaꝫ qđ agit̄ intermitti. hęc Greg. Malum auteꝫ vel peccatum recte dicit̄ q̄cq̄d volūtati diuinę aduerſatur. Vñ Aug. contra Fauſtum li. ij. Peccatum inquit eſt dictum vel factū vel concupitū cōtra

legem ęternā. Lex autē ęterna eſt ratio
diuina ſiue voluntas dei· ordinē natura
lem obſeruari iubēs· perturbari vetans.
Et ut dicit Hiero⁹ ad Celantiā: Non
indiget de⁹ noſtro obſequio· ſed nos in
digemus illius imperio. Mādata ſiqdē
eius ſuper aurū ⁊ lapidē precioſū ſunt de
ſiderabilia· qm̄ in cuſtodiēdis illis retri
butio multa. Obediendū igitur eſt ei p
cipue in pceptis ac prohibitionibus de
calogi· quib⁹ ſpiritualiter intellectis· ut
alibi ſuperi⁹ oſtenſū eſt· phibetur omne
malū ⁊ pcipitur eſſe bonum. Porro nec
plato nec patri carnali· nec vlli etiā hoī
eſt obediendū niſi ſm deū ⁊ ppter deum
qui eſt principiū ⁊ finis omniū. Vn̄ etiā
ſic diffinitur obedientia ſm Hugonem
Obediētia inqt vera eſt p amore dei ſer
uare mandatū. Hinc ⁊ aplus Eph. vj.
Filij inqt obedite parētib⁹ veſtris ī dn̄o
i· ſm dn̄m. Qđ etiam exponēs Hiero⁹
ita dicit. Vtriſq; parentibus· i· ſpūalib⁹
⁊ carnalib⁹ obediendū eſt in dn̄o· in his
quę non ſunt cōtraria domini volūtati
ſiue bn̄placito. Itaq; de obedientia ſpi
ritualib⁹ patribus· i· platis exhibēda· di
cit aplus Heb. xiij. Obedite prępoſitis
veſtris ⁊ ſubiacete eis· ipſi enī peruigilāt
quaſi rationē pro animabus veſtris red
dituri· ut cū gaudio hoc faciant ⁊ nō ge
mentes· hoc enī nō expedit vobis. Hic
⁊ ipſe aplus ſecure pcipiebat his quorū
erat apoſtol⁹. Verbi gratia· j· Cor. xj.
Hoc autē inquit pcipio. Et ad Phile
monē. Multā inqt habens fiduciam in
chriſto Jeſu īperādi tibi qđ pertinet ad
rem magis obſecro ppter charitatē. Nā
ut idem apoſtol⁹ dicit. j. Thimoth. v.
Qui bn̄ pſunt pſbyteri duplici honore
digni ſunt· maxime qui laborāt in vbo
⁊ doctrina. Honore inq̄ duplici vi
delicet ſpūali ⁊ temporali. Spūali qdē
ut eis obediat̄· ⁊ temporali ut eis neceſſa
ria miniſtrent̄. Bene autē pſunt ſubditi
eorū inſtructioni ac regimini ſollicite itē
dendo· ⁊ pro eis apud deū intercedēdo
Nec hoc ideo aplus dicit quin ⁊ malis
platis· i· male viuentib⁹ obediendum ſit.
Sic· n· pcipit̄ a dn̄o Math. xxiij. Su
per cathedrā inquit Moyſi ſederūt ſcri
bę ⁊ phariſei: Oīa q̄ quecunq; dixerint vo
bis ſeruate ⁊ facite· ſm opera vero eorū
nolite facere: Dicūt enim ⁊ non faciunt.
Ibiq; dicit gloſa· q͛ obediendū eſt eis
ppter cathedrā non ppter vitā. In his
ergo quę ptinent ad cathedrā obedien
dum eſt eis indifferenter· ſ· bonis ⁊ malis
tanq̄ chriſti vicarijs. In hac enim parte
chriſto ī eis obeditur· ⁊ ab inobediētib⁹
chriſt⁹ in eis ſpernit̄· ſicut dicit̄ ab ipſo
Luc. x. Qui vos audit me audit· ⁊ qui
vos ſpernit me ſpernit. Et licet clerici te
neantur artius obedire mandatis prela
torum· utpote qui penitus ⁊ q̄ſtū ad p
ſonas ⁊ q̄ſtum ad poſſeſſiones eccleſiaſti
cas ſunt de foro ipſorū· tn̄ etiā laici tenē
tur eis obedire in omnibus q̄ pertinēt ut
dictū eſt ad officiū ſuū· qđ principalit̄ ac
primo debent exercere circa correctionē
atq; ſalutem animarū· ſecundario autem
circa diſcretam ⁊ vtilem diſpenſationē
rerū eccleſiaſticarū. Sꝫ ſi pciperet aliquid
platus clerico vel laico contra rationem
non teneretur ei ad hmōi obedientiam.
Vn̄ ⁊ papa cum aliqđ ſolet precipere
rationē aſſignat precepti vel ibidem vel
alibi. Porro de obedientia parentibus
carnalibus exhibēda. dicit aplus ad Col.
iij. Filij obedite parentibus per omnia
ſcꝫ in quib⁹ debet̄ eis obedientia. Nā et
parentes filijs tenent̄ in duob⁹ bn̄ficijs·
ſcꝫ in puidendis neceſſarijs corporis· ⁊ ī
diſciplina religionis. De primo dicit apo
ſtolus Eph. v. Nemo vnq̄ carnē ſuam
odio habuit· ſed nutrit ⁊ fouet eam. De
ſecūdo dicitur ibidem. v. Educate illos
in diſciplina ⁊ correctione dn̄i. Sic ⁊ fi
lij debent parentibus duplicē obediētiā
vnam ſcꝫ in his quę ſunt ipſorū parentū.
aliam vero in his quę pertinent ad dn̄m
Prima conſiſtit ī tribus· ſm illud Eccl.
iij. Qui timet dn̄m honorat parentes· ⁊

quaſi dominis ſeruiet his qui ſe genue-
runt. Et in quibus eis ſeruire debeat ex-
primitur cum ſubiungitur: In opere ac
ſermone ⁊ omni patientia. In opere ſcꝫ
neceſſaria illis adminiſtrando. in ſermo-
ne preceptis eoꝝ mentis conſenſum ad-
bibituꝫ verbis exprimēdo. ⁊ in omni pa-
tientia ſcꝫ eorum corruptiones atqꝫ fla-
gella patienter ſuſtinēdo. Secunda cō-
ſiſtit in tribus ſcilicet in credēdis ⁊ agen-
dis ⁊ cauendis. Sic enim exponitur in glo
ſa illud qđ dicit apoſtolus ad Eph. vj.
Filij obedite parentibꝫ in domino. i. ſm
fidem ⁊ iuſticiam domini. que ſcilicet iu-
ſticia habet duas ptes: declinare a ma-
lo ⁊ facere bonum. Debent itaqꝫ paren-
tes ſimpliciter docere filios fidem ⁊ iuſti
ciam. i. quid credant. quid faciant. ⁊ a q̄-
bus caueant. Et illi tenentur hoc ab eis
ſuſcipere ⁊ obedire. alioquin nō erūt im-
munes a crimine. In hoc enim non ſolū
parentibus ſed etiam deo inobedientes
ſunt ⁊ peccant criminaliter ex quo ad an-
nos diſcretionis peruenerūt. Unde di-
cit Aug. in libro confeſſionū. ij. recolens
ſtatū adoleſcētie ſue. Monebat inquit
me mater mea cum ingenti ſollicitudine
ne fornicarer. ⁊ maxime ne adulterer. qui
mihi monitus muliebres videbantur q̄-
bus obtemperare erubeſcerem: Illi aūt
tui erāt deus meus. quia per eam tu mi-
hi non tacebas. ⁊ in illa contemnebaris
a me filio eius. Hinc etiam inobediētia
hm̄oi quondaꝫ in lege puniebatur mor-
te. ſicut precipitur Deut. xxj. Si genue-
rit homo filium contumacem ⁊ proteruū
qui non audiat patris ⁊ matris imperiū
⁊ coertitus obedire contēpſerit: appre-
hendant eum ⁊ ducent ad ſeniores ciui-
tatis illius ad portā iudicij. dicentqꝫ ad
eos: Filius noſter iſte pteruus ⁊ ꝯtumax
eſt. monita noſtra audire contemnit. cō-
meſſationibꝫ vacat ⁊ luxurie atqꝫ conui-
uijs. lapidibus eū obruet ppłus ciuitatꝭ
⁊ morietur. Sup illo quoqꝫ verbo apoſto
ſtoli ad Eph. Filij obedite parentibꝫ in
dn̄o. dicit gloſa q̄ hꝰ eſt preceptū legis. ſ.
Exodi. xx. Honora inquit patrē tuuꝫ ⁊
matrē tuā. ut ſis lōgeuus ſup terrā. Obe-
dientia ḡ debet parentibꝫ ex pcepto. ⁊ in-
obedientia eſt trāſgreſſio. Hinc ⁊ aplꝰs
ipſe numerat eam inter crimina. dicens
Roma. j. Parētibꝫ nō obediētes ⁊c. et
poſtea: Qui talia inquit agūt. digni ſūt
morte. Ibiqꝫ etiā dicit gloſa. q̄ parētibꝫ
non obedientes feris ſunt indomitiores.
Econtra vero filij Rechab multū com-
mēdant a dn̄o. q2 obedierūt Jonadab
patri ſuo. precipiēti. ſ. vt vinū imppetuū
nō biberent. nec edificarēt nec plantarēt
ſed in tabernaculis habitarēt. vnde di-
ctuꝫ eſt eis a dn̄o Hieremie. xxxv. Pro
eo q̄ obediſtis precepto Jonadab patrꝭ
veſtri ⁊ cuſtodiſtis oīa mādata eius. non
deficiet de ſtirpe ipſius ſtans in cōſpectu
meo cūctꝭ diebꝫ. Et reuera libēter obedi-
endū eſt patri. cuiꝰ nomē dulce deriuatū
ſiue tranſlatū eſt a patre celeſti. ſm illud
apoſtoli Eph. iij. Flecto genua mea ad
patrē dn̄i nr̄i Jeſu chriſti ex quo omnis
paternitas in celis ⁊ in terra nominatur.
Que aūt bona pueniāt ex honore parē-
tum ⁊ obediētia iam alias oſtenſū eſt ſu-
pra. Sicut aūt filij debēt parentibꝫ obe
dire. ſic ⁊ illi debēt filijs cū modeſtia pre-
cipere. Un̄ poſtq̄ dixit aplꝰs Eph. vj.
Filij obedite parentibꝫ ⁊c. ſubiūgit: Et
vos patres nolite ad iracūdiā pucare
filios veſtros. Qđ exponēs Hieroꝰ dic.
Peccatū filioꝝ eſt parentibꝫ nō obedi-
re. peccatū vero parentū. filios lactentes
ad iracūdiā pucare. aut certe iā adole-
ſcentibꝫ ⁊ maturioris etatis ea q̄ grauia
ſunt imperare. Itaqꝫ ſicut in filijs obſe-
quium. ſic ⁊ in parentibꝫ moderatū iube-
tur imperiū. ut ſe nouerit illis preeſſe nō
quaſi ſeruis. ſed quaſi filijs. hec Hieroꝰ.
Unū eſt aūt in q̄ ſibi mutuo tenētur ex de
bito parētes ⁊ filij in exhibitiōe ſbſidioꝝ
que ſūt neceſſaria corpi. Un̄ aplꝰs. j.
Thimoth. v. Si qua inqt vidua filios
aut nepotes habet; diſcat pmum domū

ſuā bñ regere ⁊ mutuā vicē parētib⁊ red-
dere. Siqs aūt ſuo⁊ ⁊ maxime domeſti
corū curā nō habēt·fidē negauit·⁊ eſt in-
fideli deterior. Preter hoc etiā obe-
diendū eſt pncipib⁊ ac iudicib⁊ tam eccle-
ſiaſticis q̄ȝ ſecularib⁊: Unicuiqȝ ab illis
qui ſūt de foro ipſius ſm illud apli Ro.
xiij. Oīs aīa poteſtatib⁊ ſublimioribus
ſubdita ſit. Nā qui reſiſtit poteſtati·dei
ordinatiōi reſiſtit. Qui aūt reſiſtūt· ipſi
ſibi damnationē acquirūt. Nā pncipes
nō ſūt timori boni opis·ſed mali. Itaqȝ
ſeruādę ſūt eo⁊ leges·⁊ inſtituta ⁊ ꝯſue-
tudines. Vñ Tullius in li.j. de legib⁹·
Iuſticia inqt eſt obtēperatio legib⁊ ſcri-
ptis ⁊ pplo⁊ inſtitutis. Hic ⁊ Virgili⁹
in georgicis li.iiij. Eſt legū ſeruāda fides
ſūma volūtas. Qd mādat fieriqȝ iubet
parere neceſſe eſt. Hic ⁊ Greg. nazāçen⁹
in quodā ſermone habito corā impera-
tore: Subiecti ſum⁹ inquit deo ⁊ inuicē
nobis·ac poteſtatib⁊ terrenis. Deo qdē
ꝓpter oīa·nobis inuicē ꝓpter charitatē·
pncipib⁊ aūt ꝓpter quietem ⁊ diſciplinā.
Ecce q̄ꝫ decet nos obedire nō ſolū illꝰ q̄-
bus tenemur ex ꝑcepto·ſ·ſuperiorib⁊·ſed
etiam paribus vel etiā inferioribus· iuxͣ
qd dicit Petr⁹ in.j.ij. Subiecti eſtote
omni humanę creaturę ꝓpter deū. Ut
enim dicit beatus Bern. in li. de pręce-
pto ⁊ diſpenſatione. Illa nō eſt obedien
tia perfecta quę pręcepti finibus eſt cōtē-
ta ſiue limitata. Deniqȝ ſerui tenent' obe
dire dñis carnalibus ſicut ꝑcipit aplus
Eph.vj. Et ſimilit' Petr⁹ i.j.ij. Serui
inquit ſubditi eſtote ī omni timore dñis
nō tm̄ bonis ⁊ modeſtis ſ etiā diſcolꝰ.

De ſeptem gradibus in modo obediendi. Cap. XXX.

Modus autem obedien-
tię continet.vij.gradus quos ī
ſermone de via vitę proſequit'
btūs Bern. videlicet ut obediat' libēter
ſimplicit'·hilarit'·velocit'·virilit'·hūılit' in
deſinēter ſiue pſeueranter. Itaqȝ pri-
mus grad⁹ eſt obedire libent'. Omnis
enim voluntas hominis ab adoleſcētia
pna eſt in malū·quoniā ab illa prime ꝑ-
uaricationis anguſtia innatus eſt homi-
ni amor ꝓprię voluntatis·quę volūtatē
creatoris relinquēs ibi ſubiecta eſt ſerui-
tuti·vbi voluit dñari. Qualibet tñ ꝗue
ſit nō pōt primū obediētię gradū aſcen-
dere·qui volūtatē ꝑcipientis nō fecerit ſ
ſuā. Ex volūtate igit' ſuſcipiēda ſunt im
peria maio⁊·⁊ ipſū cor a volūtarijs refle
ctionib⁊ ſuis abducēdū·donec ꝓpria vo
lūtate diligat imperātis mādatū·hoc ē
enī libēter obedire·volūtatē imperantis
volūtarie adimplere. hęc Bern. de pmo
ꝗdu. Hęc ē quā dixi ſ filialis obediētia
q⁊ nō placēt deo coacta ſeruitia. Unde
pſ. Uoluntarię inquit ſacrificabo tibi.
Super hoc exēplū nobis prębuit chriſt⁹
in ſemetipſo q̄ delectabat' in obedientia
tanqȝ in cibo·iuxta illud Ioh.iiij. Me⁹
inquit cibus eſt ut faciam voluntatē ei⁹
qui miſit me. Similiter ⁊ Paulus q̄ ſta-
tim audita voce domini·dixit ei·ſicut le-
gitur Act.ix. Dñe qd me vis facere: Ec-
ce qȝ libenter ſe offerebat obedientię·pa-
ratus facere quicquid ille vellet pręcipe
ac ſi diceret: Paratū cor meū de⁹·para-
tum cor meū. Uñ vbū illud ſic exponit
alibi btūs Bern. O inqt verbū breue·ſ
plenū ⁊ viuum ⁊ efficax: Dñe qd me vis
facere· q̄ȝ pauci reperiuntur in hac for-
ma obedientię· q̄ nō qd ipſi ⁊ quid dñs
velit oī hora requirāt· dicētes ſine inter-
miſſione·dñe qd me vis facere. Heu plu
res habem⁹ imitatores illi⁹ euangelici cę
ci q̄ȝ apoſtoli· quorum puſillanimitas ⁊
peruerſitas exigit ut ab eis oportet queri
quid vis ut faciā tibi·diſcernūt ⁊ eligunt
in quib⁊ obediāt imperāti·imo in quib⁹
ꝑceptorē ſuū obedire neceſſe ſit eorū vo-
lūtati·hęc Bern. Ecōtra vo dic Augꝰ.
in li. cōfeſſionū.x. Optim⁹ dñe miniſter
tu⁹ eſt q̄ nō ītuet' hoc audire a te qd ipē

voluerit ·ſed potiꝰ h velle qđ a te audie-
rit. Hinc etiam dicit Lucanus. Tu qc-
quid iubeare velis. Ut enim dicit phus
Si inuitꝰ pares ſeruus es· ſi volens liber
Et ut dicit Terētius comicꝰ. Nulla ē tā
facil' res qn difficilis ſit dū facias inuitꝰ
¶ Secundus gradus ut dicit beatꝰ
Bern̄. eſt obtēperare ſimpliciter. Mul-
tos inquit videmus poſt p̄cipientis im-
perium multas facere queſtiões ·ut qua-
re hoc preceptum ſit· vnde hoc venit· cu-
ius conſilium hoc inuenit· inde murmu-
tio· inde frequens excuſatio· impoſſibili-
tatis ſimulatio· amicoꝝ aduocatio: Nō
ſic Abraā fecit· ſed ſimpliciter obediuit·
hec ille. Hinc ꝛ aplus ad Philip. ij.
Omnia inquit facite ſine murmuratione
Itaqꝫ verus obediens erga ſuum prece-
ptorē ſe habere debet· ut ouis vel iumen
tum· ſ· ut ſimpliciter eius voluntatem ſe-
quens ducatur ad eius libituꝫ · ſm illud
pſ. Ut iumentū inquit factus ſū apud
te· ꝛ ego ſemp tecū. Hic ꝛ alibi dicit' ad
dominū: Deduxiſti ſicut oues populū
tuū in manu Moyſi ꝛ Aaron ¶ Tertiꝰ
inquit gradus eſt· obedire hilariter. Hi-
larem enim datorem diligit deus· nō ex
triſticia inquit aut ex neceſſitate. Itaqꝫ
ſerenitas in vultu· dulcedo in ſermonibꝫ
multū colorant obedientiā obſequētis.
Econtra vero nubiloſa corporis cōpoſi-
tio· ꝛ facies triſticie tenebris obfuſcata·
deuotionē vl' hilaritatē ab aīo receſſiſſe
ſignificāt. Unde poeta. Super omnia
vultus acceſſere boni· hec ille. Hinc et
pſ. Paratus ſum ꝛ nō ſum turbatꝰ · ut
cuſtodiā mandata tua. Itaqꝫ qui obedi
unt in triſticia ſimiles ſūt Simoni cyre-
neo qui crucem ferebat in angaria· ſicut
legitur Math. xxvij. Talis erat obedien
tia demonū· qui iubente domino coacti
ac triſtes exibant de corporibꝫ obſeſſorū.
Sed deo non placet demoniaca obedi-
entia· ſicut nec canina patiētia. ¶ Quar-
tus inquit gradus eſt obſecūdare velo-
citer. Nam velociter currit ſermo eius· et
velocē deſiderat habere ſequentē. Un̄
Uiam inquit mandatorum tuorum cu-
curri· cum dilataſti cor meum· hec ille.
Hinc Petrꝰ ꝛ Andreas ad primā vo-
cem continuo relictis retibus ꝛ naui ſecu
ti ſunt ſaluatorem · ut legitur Math. iiij
Idem ibidem habetur de Iacobo ꝛ Io
hanne · qꝫ ſcilicet ſecuti ſunt eum ſtatim
relictibus retibus ꝛ patre. Ut eniꝫ dicit
beatus Ambroſiꝰ. Neſcit tarda molimi
na ſpiritusſancti grā. Un̄ beatꝰ Bern̄.
vbi ſupra. Fidelis inquit obediēs neſcit
moras· craſtinum fugit· precipientem p̄-
ripit· parat oculos viſui· aures auditui·
linguam voci· manus operi· pedes itine-
ri · totum ſe colligit ut voluntatem com-
pleat imperantis. hec Bern̄. Et hoc eſt
qđ dicit' Prouerb. xv. Mens iuſti me-
ditabitur obedientiaꝫ. Exemplū quoqꝫ
de obedientis velocitate ponit Bern̄.
de Zacheo· cui dictum eſt a domino· ſi-
cut legitur Luc. xix. Zachee feſtinās de
ſcende· quia hodie in domo tua oportet
me manere. Qui feſtinans deſcendit· et
illum gaudens accepit. Hinc etiā dicit'
Prouerb. xxij. Vidiſti hominem velo-
cem in opere ſuo coram regibus ſtabit·
nec erit ante ignobiles ¶ Quintus in-
quit gradꝰ eſt· adimplere viriliter· iuxta
illud pſ. Viriliter inquit agite ꝛ confor
tetur cor veſtrum ꝛc. Sic chriſtus virili-
ter obediuit patri· ita ut pro obedientia
non recuſauerit mori. Maluit eni amit-
tere vitam qꝫ obedientiam: Ideoqꝫ factꝰ
eſt obediens vſqꝫ ad mortē· etiā ignomi-
nioſam. Unde ꝛ beatus Bern̄. viros p-
fectos ac religioſos ibidem ad ſimile hor
tatur hoc modo· Non eſt inquit fortitu
dinis vl' ad iobediētiā ire· vel ab obediē
tia abduci: Itaqꝫ ſi tribulatio intonat
ſi perſecutio reſultat· ſi maligni tuuꝫ iter
impediunt· tu obedientie viam nō deſe-
ras· ſed dicas: Paratus ſum ꝛ non ſum
turbatus ut cuſtodiam mandata tua.
¶ Sextꝰ inqt eſt obedire hūilit' videlicꝫ
ne de fortitudine opis eleueris· ſed cū oīa

benefecerimus dicamus: Serui inutiles ſumus qđ debuimus facere fecim⁹. Hoc pręcipitur a domino Luc. xvij. Cũ inqt feceritis omnia quę pręcepta ſunt vobis dicite ꝛc. Septimus inquit eſt obedire indeſinenter. Incipere ſiquidem eſt multoꝝ ꝑſeuerare paucoꝝ. hęc Bern. Hoc eſt qđ dicit apoſtolus. j. ad Cor. ix. Qui in ſtadio currunt omnes quidẽ currunt ſed vnus accipit brauium. Sic ergo inquit currite ſcilicet perſeueranter vt comprehendatis. quia qui perſeuerauerit vſq; in finem. hic ſaluus erit. vt legitur Math. x. Hęc de obedientia filiali quę debet ſuperiorib⁹ exhiberi.

De morali compoſitione. Cap. XXXI.

Dico de compoſitione morali quã debet obſeruare qlibet ĩ ſeipſo. dicit beatus Bern. in ſupradicto ſermone de apoſtolis Petro ꝛ Paulo. Ordinabiliter debes viuere ut in omni conuerſatione tua vias tuas ſollicitus ſis obſeruare. ꝛ in conſpectu dei ꝛ in conſpectu proximi. cauens ꝛ tibi a peccato. ꝛ illi a ſcãdalo. hęc Bern. Et hanc ordinationem facit duplex diſciplina ſcilicet interior ad ſeipſum. ꝛ exterior ad proximum. Interior diſciplina conſiſtit in humilitate ac benignitate. patientia ꝛ charitate. ceteriſq; virtutib⁹. de quibus alias dictum eſt ſuperius. Exterior autem cõſiſtit in decenti compoſitione membrorum. De quib⁹ Hugo in li. de inſtitutione nouitiorum. Diſciplina inquit eſt membrorum omnium motus ordinat⁹ ꝛ diſpoſitio decens in omni habitu ꝛ actione. Diſciplina eſt compes cupiditatis. malorum deſiderioꝝ carcer frenum laſciuię. elationis iugum. vinculum iracundię. quę domat intemperantiam. leuitatem ligat. ꝛ omnes inordinatos motus mẽtis atq; illicitos appetit⁹ ſuffocat. Sicut enĩ de incõſtantia mẽtis naſcit̃ inordinata motio corporis. ita q̃; dum corpus per diſciplinã ſtringit̃. animus ad conſtantiam ſolidatur. Et paulatim intrinſecus mens ad quietem componit̃. cũ per diſciplinę cuſtodiam mali motus eius fluere non ſinuntur. Integritas ergo virtutis eſt. quãdo per internã mentis cuſtodiam ordinate regũtur mẽbra corporis. Sed qui ſtatũ mentis perdit. foris in inconſtantiã motionis defluit. Vñ per Salomonẽ dicit̃: Hõ apoſtata. vir inutilis. graditur ore peruerſo. annuit oculis. terit pede. digito loquitur prauo corde machinat̃ malum. ꝛ in omni tempore iurgia ſeminat. huic extemplo veniet perditio ſua ꝛc. Liganda ergo ſunt foris per diſciplinã membra corporis. ut intrinſecus ſolidetur ſtatus mẽtis. Omnium namq; vitiorum mot⁹ diſciplina coercet. ꝛ q̃tum mala deſideria foris coercendo comprimit. tantũ per eũ bonum deſiderium interius conualeſcat paulatimq; eadẽ virtutꝫ forma per cõſuetudinem menti imprimitur. quę foris per diſciplinam in habitu corporis cõſeruatur. hęc Hugo. Ex quibus patet ꝙ reſtrictio ſiue compoſitio membrorum exteriorum non parum valet ad cuſtodiam ſiue diſciplinam interiorum. Plurimum quoq; valet ad ſcandali vel offenſę vitationem ꝛ ad proximorum ędificationẽ. Unde Aug. in regula clericorum. In inceſſu. ſtatu. motu. in omnib⁹ motibus veſtris nihil fiat qđ cuiuſq; offendat aſpectum. ſed qđ veſtram deceat ſanctitatẽ. Ut autẽ dicit Hugo vbi ſupra. In quattuor pręcipuę conſeruanda eſt exterior diſciplina. videlicet in habitu. in geſtu. in locutione. in comeſtione. hęc Hugo. Habitus quidem nec nimis debet eſſe neglectus. nec vltra modum curioſus. ſed ſtatui cuiuſlibet perſonę cõgru⁹ vł idone⁹. Nã ut dic̃ Hugo de folieto in libro de clauſtro animę. ij. Diuerſitas eſſe debet inter indumẽta palatij ꝛ monaſterij. Qui enim mollibus

veſtiūt in domibus regū ſunt. Deniqꝫ molles inquit querunt mollia. elati pre/ cioſa. delicati ſpecioſa. hec ille. Verūtn̄ audiant ut dicit Hugo de ſancto Vic/ tore in li. de nouiciorū inſtitutione. qui mollibus ac delicatis ⁊ curioſis veſtib⁹ induuntur. ꝙ ille diues qui in euāgelio purpura ⁊ byſſo induitur. poſtea in tor/ mentis inferni eternaliter cruciandus ſe/ pelitur. Quid autem inquit in purpura niſi color ⁊ precium. ⁊ quid in byſſo niſi mollicies reprehēditur? Cum ergo car/ ni ſue ⁊ in purpura decorem. ⁊ in byſſo molliciem adhibuiſſe dicitur. proculdu/ bio ſimul ſuperbus ⁊ luxurioſus fuiſſe comprobatur. Non ſolum aūt obſeruā/ dus eſt diſcipline mod⁹ in genere veſtis ⁊ colore. ſed etiam in formatione ſiue fa/ ctura ⁊ coaptatione. Nam ſunt quidā ſtulti qui veſtimenta circa ſe componūt. Alij vero maiori ſcurrilitate ridiculoſe trāſuertunt. Alij autem ut pompā de ſe faciant explicant ea. ⁊ q̄ntum poſſunt la/ tius diſtendūt. Alij ipſis corrugata in vnum colligunt. Alij cōtorquentes ⁊ cō plectentes inuoluūt. Alij conamine to/ to ſtringentes ⁊ findentes. ea omnia cor/ poris ſui liniamenta. inuerecūdiſſima q̄/ dam turpitudine aſpiciētib⁹ numerāda exponunt. Alij iactando pānos ſuos le/ uitatem ſue mentis ex ipſa ſui habitus mobilitate oſtendūt. Alij vero inceden/ tes ſinuoſo ſirmate terram vertunt ⁊ lim bis depēdentibus. imo retro conſequen tibus caudis in ſimilitudinem vulpium veſtigia ſua obducūt. Geſt⁹ quoqꝫ ſex modis inuenit̄ reprehenſibilis. Mol lis nanqꝫ ſignificat laſciuiam. diſſolut⁹ negligentiam. tardus pigritiam. citatus inconſtantiam. procax ſuperbiam. turbi dus iracundiā. Itaqꝫ ſingula membra ſuum teneant officiū neqꝫ vſurpent alie num. ut ſcilicet id agat vnumqđqꝫ mem brum ad qđ factum eſt. ut neqꝫ loquat̄ manus. neqꝫ os audiat. neqꝫ oculus lin/ gue officium aſſumat. Sunt enim qui/ dam qui non buccis patētibus auſculta re neſciunt. ⁊ quaſi per os ſenſus influe/ re debeat. palatum ad verba loquentis aperiūt. Alij qđqꝫ adhuc peius eſt i agē do vel audiendo quaſi canes ſitientes linguam protendunt. ⁊ ad ſingulas acti/ ones velut in ollam labia torquendo cir cūducunt. Alij loquentes digitum exten dunt. ſupercilia erigūt. ⁊ oculos in orbē rotantes aut profunda quadam conſi/ deratione defigentes cuiuſdam intrinſe cus magnificentie conatus oſtendunt. Alij caput iactant. comam excutiunt. ve ſtimenta adaptando componunt ⁊ late ra. pedeſqꝫ extendendo. ridiculam ſatis oſtentationis formam fingunt. Alij q̄ſi ambe aures ad audiendum facte nō ſint altetam tantū collo detorto voci veniē/ ti opponunt. Alij typū neſcio quē figu/ rantes. oculum interuidendū. aliū clau dūt aliū aperiūt. Alij maiori ridiculo cū medietate oris loquuntur. Sunt prete/ rea mille larue. mille ſubſannationes et corrugatiōes nariū. mille valgia ⁊ con/ tortiones labiorum que pulcritudinem faciei ⁊ decorem diſcipline deformant. Alij nauigāt brachijs incedentes. ⁊ du/ plici quodam monſtro vno eodemqꝫ tempore pedibus deorſum in terra am/ bulant. ⁊ lacertis ſurſum in aere volant. Ad ⁊ queſo monſtꝝ hoc. qđ ſimul in ſe fingit ⁊ hominis inceſſum ⁊ nauis remigi um. ⁊ auis volatū? libet in hoc poetice illius ſubſānationis elogio proclamare Humano capiti ceruicē pictor equinā Iūgere ſi velis ⁊ varias induere plumaſ ꝛc. Itaqꝫ ſic vnuſquiſqꝫ ī actu ſuo ſe di/ rigat ⁊ moueat. ut in nulla vnq̄ꝫ parte tē perantie limitē aut formā boneſtatis ex/ cedat. Hoc eſt ut in paucis exēplificem⁹ Ridere ſine apertiōe dentiū. videre ſine defictione oculoꝝ. loq̄ ſine extēſiōe ma/ nuū ⁊ ītētatiōe digitoꝝ. ſine ꝯtentiōe la bioꝝ. ſine extēſiōe ⁊ iactatiōe capitꝭ. ſine eleuatiōe ſupcilioꝝ. Incedē ſine modu/ latiōe greſſuū. ſine vētilatiōe brachioꝝ

ſine geſticulatione ſcapularum. Sedere ſine diuaricatione crurium ·ſine alterutrum ſuperiectione pedum·ſine extenſione vel agitatione tibiarum · ſine alterna accubitatione laterum·iacere ſine diſiunctione membrorum· Et ut tandē de hac parte finem loquendi faciamus · geſtus hominis in omni actu eſſe debet gratioſus·ſine mollitie·quietus ſine diſſolutione·grauis ſine tarditate·alacer ſine inq̄etudine·maturus ſine proteruia·⁊ ſeuer⁹ ſine turbulentia. Mollem enim geſtum temperat turbidus· procacē diſſolutus citatum tardus·quoniā inter vitia contraria· limes medius eſt virtus. Porro in locutione res quinq; ſunt conſiderandę· hoc eſt quid dicatur·⁊ cui. ⁊ quādo ⁊ vbi·⁊ quō. Quid videlicet vt nunq̄ ī ſermonibus diſciplinatis adhibeāt̄ ocioſa·id eſt·inutilia vel inhoneſta vel nociua. Inutilia ſunt quę nec loquentibus nec audiētibus proſunt. Inhoneſta ſūt quę illius qui loquitur vel illius de quo loquitur dignitati non conueniunt. Nociua vero ſunt q̄ aīos auditoꝝ vel ad errorem vel ad prauitatem inducūt. Hec tria diſcerni poſſunt ſm qualitatem rerum ac perſonarum. Qualitas perſonarum quattuor modis conſideratur·videlicet ſm ętatem · ſcdm ſcientiam ·ſm officiū·ſm ordinē. Aliud enim cōuenit locutionibus ſenum ·aliud iuuenum ·⁊ ita de alijs. Senes quippe loqui debent de diſcretione bene cōſulendi· Iuuenes de inſtātia benefaciendi· Sapientes de myſterijs ſcripturarū. Simplices de exemplis bonorū operum· Hi qui exteriora tractant negocia· de ſollertia acquirēdi· Hi qui quietam vitā ducūt de diſciplina viuendi· Prelati· de ꝓuiſione ſubditorū· Subiecti de obedientia preceptorum. Ceterum velle docere ſapientes eſt ſuperbia·⁊ corripere obſtinatos inſipientia. Deniq; in menſa ſiue in comeſtione duplex eſt cuſtodia diſciplinę· ſcilicet in habitu ⁊ in cibo. In habitu triplex·ſcʒ tacendi·reſpiciendi·ſeſe continendi. Taciturnitas ſiquidem inter epulas eſt neceſſaria· quia lingua quę omni tempore prona ad peccatū labitur·periculoſius tamen cum per crapulam inflammata fuerit ad loquendum relaxatur. Cuſtodia etiam oculorum·quia non decet ibi pręcipue·ut imprudēter ea quę apud alios aguntur circumluſtrando proſpiciat·ſed ut potius pudice ·demiſſis luminib⁹ ea tantū quę ſibi apposita ſunt attendat. Cuſtodia quoq; continendi ſeſe ibi negligenda nō eſt·quatinus videlicet neq; in habitu neq; in geſtu indecens aliq̄d aut inhoneſtum agatur. Sicut quidam faciunt qui cum ad edendum aſſederint inquieta quadam agitatione ⁊ confuſione membrorum intemperantiam animi ſui deſignant: Caput excutiunt·brachia exercent ·manus in altum expandunt·et non ſine magna turpitudine quaſi totū epulum abſorpturi ſint quoſdā ingentes conatus indecoros geſtus oſtendūt. In vno loco ſedentes oculis ⁊ manibus quę prope·quę lōge omnia circumcurſūt ſimul panes comminuunt. Uinum in calices ⁊ pateras effundūt· Diſcos in gyrum circumducūt·⁊ velut rex ſuper obſeſſam ciuitatem aſſultum facturus dubitant vbi primū expugnationem aggrediantur·dum ſimul in omni parte irruptionem facere concupiſcunt. His ergo trib⁹ modis debet quiſq; inter epulas conſeruare diſciplinam in ſemetipſo·videlicet ut et linguam ſuam a loquacitate reſtringat·⁊ oculos ſuos a circumſpectione cohibeat·ut ⁊ cętera membra omnia cū modeſtia ⁊ quiete contineat. In cibo quoq; ſumendo modum conuenit obſeruare·videlicet ut munde ſumatur ⁊ temperate. Quidam enim inter comedendum dum ſcutellas exonerare uolunt· quadrata ferculoꝝ fruſta adipem ſiue ſegimen ſuꝑ rotata diſtillātia mēſalib⁹ inuoluūt·aut ſupiniciūt donec iteꝝ euiſceratis interiorib⁹ ea q̄ remāſerāt in p̄ſtinū

locū reponunt. Alij vero bibentes·digitos mediotenus poculis īmergunt. Alij manus vnctas ad veſtimēta ſcilicet detergentes·rurſus ad cibaria tractādo redeunt. Alij nudis articulis vice coclearis olera ſua piſcantur: ita ut in eodem iure ⁊ manus ablutionem ⁊ ventris refectionem querere videātur. Alij ſemicorroſas cruſtas ⁊ premorſas collyridas cibarijs guſtando infigunt. ⁊ reliquias dentium ſuorum offas facturi in poculis demergunt. Sumendus eſt etiam temperate·id eſt·tractim ⁊ non cum nimia feſtinatione·nec contra honeſtatem·nec ſupra neceſſitatē. Cui minus ſufficit iſte ꝑuſq͂ʒ ad turpitudinem edacitatis perueniat in ſuperfluitatem offēdit. Cui multū opus eſt·in eo ſepe honeſtas comedendi leditur·etiam priuſq͂ʒ ad ſuperfluitatem veniatur. Ergo ille cui paruʒ ſatis eſt ·magis ſuperfluitatem caueat. Illi vero cui multū opus eſt·magis ad honeſtatē attendat·hec Hugo. Multa quoqʒ alia de moderatione geſtuum ac regimine actuum·⁊ ceteris ad honeſtatem vite pertinentibus·ſuperius per diuerſos libros· ac per diuerſa ſingulorꝫ librorum capitula poſuimus. Vt enim dicit Tullius in tuſculanario libro.iiij. Ampliſſima omnium eſt bene viuēdi diſciplina·quā vita magis q͂ʒ litteris quidam perſecuti ſūt Et ut dicit Ouidius in libro de arte.ij. Magnum opus eſt mores compoſuiſſe bonos.

De vita ſociali ⁊ eligenda ſocietate.

·Cap·XXXII·

Ceterum de vita ſociali dicit beatus Bernardus in ſermone ſupradicto. Socialiter debes viuere vt amari ſtudeas ⁊ amare· Blandū te ⁊ affabilē exhibere·nec ſolū patienter ſed etiam libenter infirmitates fratrum ſiue ſociorū·tam morum q͂ʒ corporum ſupportare·hec Bernardus. Et reuera vita ſocialis etiam pueris multū expedit. ſi tamē ſocietas bona ſit. Nam vt dicit Tulli⁹ in li. de amicitia. Nunq͂ʒ niſi inter bonos eſſe poteſt vera ſocietas vel amicicia. Vt autem viuat ſocialiter cōcordat etiam natura·qm̄ ut idē ibidē dicit. Natura nihil ſolitariuʒ amat·nec aliq̄d appetentius eſt ſui ſimiliū atqʒ rapati⁹ q͂ʒ natura. Apoſtol⁹ quoqʒ quoſdam inter criminoſos numerat·eo ꝙ eſſent ſine affectione. ⁊ abſqʒ federe ſcilicet ſociali·ad Romanos.j. Ideo dicit etiā Epicurus: Ante circūſpiciendum eſt cū q̄bus edas ⁊ bibas·q͂ʒ quid edas vel bibas. Nam ſine amico vel ſocio viſceratio leonis·ac lupi vita eſt. Eſt etiam ipſa ſocietas naturaliter iocunda ⁊ grata: iuxta illud Senece ad Lucilium. Nullius inquit boni poſſeſſio iocunda eſt ſine ſocio. Vt autem dicit Tullius in libro de officijs.j. In quibus eadem ſtudia voluntateſqʒ ſunt eadem. In his fit ut alter altero eque delectetur ut ſeipſo· ſicqʒ fiat vnus ex pluribus. Deniqʒ non ſolum in domo vel in menſa ſocietas eſt iocunda·ſʒ etiā in via: Iuxta illud Macrobij in libro ſaturnalium. Comes inq̄t facundus in via pro vehiculo eſt·nec ſolum eſt iocunda ſed etiā vtilis ad multa Vnde dicitur Eccleſiaſtes.iiij. Melius eſt duos eſſe q͂ʒ vnum·habent enim emolimentum ſocietatis ſue. De inde ſubiūgit triplex emolimentum ꝙ ex ſocietate prouenit·videlicet in caſu fulcimentum· in pace vel quiete ſolatium vel fomentū· in perſecutione adiumentū· Hoc eſt enī qđ dicit: Si vnum ceciderit·id eſt·ad caſum corporalem vel ſpiritualem titubauerit ab altero fulcietur·ſcilicet conſilio vel auxilio vl̄ ſolatio. Iux͞ illud.j.Theſſal.v. Conſolamini puſillanimes ſuſcipite infirmos·patiētes eſtote ad omnes. Et ad Galathas.vj. Alter alterius onera portate·⁊ ſic adimplebitis legem chriſti· Et alibi: Cū patientia ſupportantes

inuicem &c. Econtra vero de ſolitario· id eſt·ſocietate deſtituto ſubiungit Salomon. Ve ſoli·quia cū ceciderit nō habet ſubleuantem·id eſt·ipſum a caſu erigentem·ſm illud ad Heb.xij. Remiſſas manus ꝛ ſoluta genua erigite·ſcilicet ad inuicem·ꝛ greſſus rectos facite pedibus veſtris·ut non claudicans quis erret;·magis aūt ſanet. Poſtea de ſecūdo emolimēto ſubdit Salomon. Et ſi dormierint duo ·id eſt·in pace ꝛ quiete pariter vixerint ·fouebuntur mutuo·id eſt· mutuis exemplis ·videlicꝫ bonum faciēdi·ꝛ malum fugiendi. ¶ De primo dicit Seneca Lucilio. Cum his verſare qui te meliorem facturi ſunt· ꝛ illos admitte quos tu potes meliores facere. Hinc ꝛ Terentius in adelphis. Vitas inquit aliorum iubeo tanq̄ꝫ in ſpeculo inſpicere·ꝛ ex alijs exemplum ſibimet ſumere. Dicit etiā Quintilianus in libro .viij. de oratoria inſtitutione. Quod prudentis eſt·quod in quocunqꝫ optimum eſt· ſi poſſit ſuum facere. ¶ De ſecundo ſcilicet exemplo malum fugiendi· patet quod vnius increpatio vel flagellatio terrorem incutit alteri: Iuxta illud Prouerb.xxj. Mulctato peſtilente ſapientior erit paruul⁹. Vn̄ in prouerbijs ſapitum dicitur. Qui ex alterius vitio ſapiens emendat ſuum. Hinc ꝛ Ouidius de arte libro.iij. Diſcite ab alterius veſtris timuiſſe q̄relis. Et Tibullius. Dolore alterius didicit poſſe carere ſuū. Et Cato vbi ſupra. Que fugias vita eſt nobis aliena magiſtra. ¶ Tandem vero de tertio emolimento ·adiungit Salomon. Et ſi quiſpiam ſcilicet homo vel·diabol⁹ preualuerit contra vnū· duo reſiſtent ei·ſcilicet inuicem adiuuātes ꝛ conſolantes·ac ſimul pro inuicem intercedentes aut orantes. Vt enī legitur Prouerb.xviij. Frater qui adiuuatur a fratre ē q̄ſi ciuitas firma. Poſt illa vero tria emolimenta expreſſa ſubiungitur·q funiculus triplex difficile rūpitur. Et appellat triplex funiculus methaphorice predictum triplex emolimētum·quod conſequitur quis ex competenti ſocietate. Vel etiā triplicem funiculum vocat Salomon ſocietatem trium·ac ſi dicat: Si tam multiplex habent emolimentum ſocietatis ſue duo conuiuentes·multo mag̃ tres aut plures. Bonorum nanqꝫ pluralitas ſociorum producit quod optimum eſt multitudinem exemplorum· ideo ad proficiendum in bono eſt vtilis. Iuxta illud Catonis. Multorum diſce exemplo que facta ſequaris. Nec ſolum aliquando expedit puero meliores habere ſocios in moribus vel ſciētia quos ſequatur·ſed etiam minus prouectos·quos magis ac magis precedere nitatur·iuxta illud Ouidij in libro de arte.iij. Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit·cū quos pretereat quoſqꝫ ſequatur habet. ¶ Porro in eligendo ſocio vel ſocietate neceſſaria eſt prudentia·ꝛ in ſeruando concordia·ꝛ in perſeuerando conſtantia. ¶ Prudentia quidem vt eligatur fidelis ꝛ moribus habilis vel amabilis·ꝛ exercitio vel ſtudijs equalis. ¶ De primo·id eſt·de fidelitate·oportet quod ſit fidelis ꝛ in verbo ꝛ in commiſſo. In verbo ne ſit mendax·quia omnibus recte ſapientibus odioſa eſt mendacitas. Unde dicit Eccl.xx. Qui potior eſt fur q̄ꝫ aſſiduitas viri mēdacis. In commiſſo vero duplici·conſilij ſcilicet ꝛ ꝛ rei. Conſilij ut non reuelet·rei ut non defraudet. De primo dicitur Prouer.xj. Qui ambulat fraudulēter reuelat arcana·qui aūt fidelis eſt celat animi cōmiſſum. ¶ De ſecundo dicit Tullius i libro de officijs.iij. Societatis artiſſimum vinculum eſt arbitrari magna contra naturā eſſe· hominem aliq̄d homini detrahere cōmodi ſui cauſa·q̄ꝫ oīa ſubire incōmoda. ¶ De fideli ſocietate ponit Valeri⁹ li.iiij.c.exēplū laudabile. Damon inq̄t ꝛ phycias Pythagore diſciplinā fidelē int̄ ſe iunxerūt amicitiam vt cū

alterum ex his Dionyſius ſiracuſanus
tyrannus interficere vellet· ꝛ nec tp̄s ab
eo quo priuſq̄ periret domum profectu-
rus ordinaret res ſuas impetraſſet· alter
tandem ſe pro eius reditu tyranno dare
non dubitauit· Appropinquante au-
tem prefinita die nec illo redeūte· vnuſ-
quiſq̄ ſtultitie temerarium ſponſorem
damnabat· at is nihil ſe de amici con-
ſtantia metuere preiudicabat. Eodem
itaq̄ momento ꝛ hora Dionyſio cōſti-
tuto qui eam acceperat ſuperuenit ꝛ ad-
miratus tyrānus amborum animū ſup-
plicium fidei remiſit· eoſq̄ inſuper ut ip-
ſum in ſocietatem amicitie tertium ſoda-
licij gradum reciperēt rogauit· hec Va-
lerius. Et hoc exemplum conſonat ver-
bo ſupdicto· qđ Eccleſiaſtices· iiij. legit·
ſcꝫ· Funiculus triplex difficile rumpitur.
De ſecūdo aūt qđ in ſocio requiren-
dum eſt· ſcilicet de morum habilitate vł
aptitudine· patet ꝙ pueris precipue tam
bonis q̄ diſcholis prouidēdū eſt de bo-
na ꝛ morigerata ſocietate· bonis ſcilicꝫ
ne malorum exemplis ꝛ colloquijs puer-
tantur· ꝛ etiā diſcholis ut bonoꝝ exem
plis ad bonū ꝯuertātˀ ꝛ h̄ maxie qm̄ etas
illa ad vtrumlibet formabilis eſt: Iuxta
illud qđ ſcriptum eſt: Cuꝫ ſancto ſanctꝰ
eris· ꝛ cum peruerſo ꝯuerteris. Ideo di-
cit Cato: Proximus eſto bonis· ſi non
potes optimus eſſe. Cum tibi vel ſociū
vel fidum queris amicū. Non tibi for-
tuna eſt hominis· ſed vita petēda. Pre-
cipue quoq̄ inter bonos commendabi-
lis eſt ſocietas· iuxta illud Tullij de offi-
cijs. ij. Omnium ſocietatum nulla preſtā
tior eſt· nullaq̄ firmior q̄ cum boni mo-
ribus ſimiles familiaritate coniuncti ſūt
Nihil eſt enī amabilius nec copulatius
q̄ morum ſimilitudo bonoꝝ. Hinc etiā
conſonat Matheus in libro de Tobia
dicens: Et redolet melius iunctura bo-
noꝝ. Plus nāq̄ ſapiūt lilia mixta roſis
Ecōtra vo de ſocietate mala· dicˀ Plau
tus in aulularia. Inſipientium ꝛ repro-
borum facilius ſuſtinetur odium· q̄ col-
legium. Propter hoc in lege prohibetˀ
iniungi aſinus cum boue· id eſt· ſtolidus
cum prudente· vel rudis cum obediente
Hinc ꝛ Amos. iij. Nunquid ambula-
bunt pariter duo niſi eis cōuenerit: Cui
conſonat etiam apoſtolus. ij. ad Cor.
vj. dicens: Que participatio iuſticie cū
iniquitate· aut que ſocietas luci ad tene-
bras: Que autem conuentio chriſti ad
Belial: Siquideꝫ ꝛ boni plerumq̄ ma
lorum exemplis auertuntur a bono· ſm
illud Eccl. xiij. Qui tetigerit picē inqui-
nabitur ab illa· ꝛ qui communicauerit ſu
perbo induet ſuperbiam. Et etiam col-
loquio· ſm illud. j. ad Corinthios. xv.
Corrumpunt mores bonos· colloquia
praua. Hinc ꝛ Augꝰ in libro confeſſio-
num. ij. recolens ſtatum iuuētutis ſue·
cō querit ſe malos ſocios habuiſſe· quo-
rum colloquijs deprauatur· hoc modo.
Tanta inquit ſocietate preceps ibam:
vt inter coetaneos meos puderet me mi-
noris dedecoris· q̄bꝫ de flagitijs ſuis glo
riantibus· libebat facere nō ſolum libidi
ne facti· ſed etiam laudis. Quid dignū
vituperatione niſi vitium: At ego ne
vituperarer vitioſior fiebam· ꝛ vbi non
ſuberat: quo admiſſo perditis equarer:
fingebam me feciſſe qđ nō feceram· ne eo
viderer abiectior quo eram innocētior:
ecce cum quibus comitibus iter agebam
platearum babylonie· ꝛ in eius ceno vo
lutabar· tanq̄ in cynamomis ꝛ vnguen
tis· ꝛ in eius vmbilico quo tenatius here
rem me calcabat inimicus inuiſibilis· et
ſeducebat me· quia ſeductilis eram· hec
Augꝰ. Ceterum in eodem ſocio plerūq̄
aliqua ſunt imitanda ꝛ aliqua euitan-
da· ſicut vite ſuper ſpinas exuberante
fructus colligitur· ꝛ ſpina relinquitˀ· iuxta
illud Mathei. vij. Nunquid colligunt
de ſpinis vuas: Hinc ꝛ Proſper in li.
epigrāmatum. Nature quiſq̄ propriuꝫ
non ſpernis honorem. In q̄cūq̄ boīum
q̄ tua neſcis ama: Sit tū p̄uos ut inter

ↄcordia mores. Nullaq; ſint pacis fędera cum vitijs. De tertio vero qđ ī ſocio requiri cōuenit. ſcilicet de ſtudiorum vel exercitiorꝫ parilitate. dicit Ouidius in li de pōto. Scilicet ingenijs aliqua eſt cōcordia iūctꝫ. Et ſeruat ſtudij fędera q̄ſq; ſui. Ruſticus agricolam. miles fera bella gerentē. Rectorem dubię nauita puppis amat. Hoc eſt qđ dicitur Ecci. xiij. Omne animal diligit ſimile ſibi. ⁊ omnis caro ad ſimilem ſui cōiungetur. Sic ⁊ oīs homo ſimili ſibi ſociabitur. Et in eodem xxvij. Volatilia ad ſibi ſimilia conueniunt. Hinc ⁊ Symmachus patritius in epiſtolari ſuo. Natura iḡr gaudet ęqualibus. ⁊ familiare ſibi eſt eſſe qđ ſimile eſt. Et ut dicit Seneca in li. de naturalibus quęſtionibus. j. Equa libertas. q̄ ſcilicet cōuenit inter ſocios. inter nullos magis eſſe debet. q̄ inter philoſophos. id eſt. amatores ſapientię. Hęc de prudentia quę in eligendo ſocia eſt obſeruanda.

De concordia ſociorum ⁊ ſtabilitate. Cap. XXXIII.

Porro de cōcordia quę in obſeruāda ſocietate eſt neceſſaria: Sciendū. q inter ſocios ſeruatur concordia per tria. Primū quidem per humilitatem ſcilicet ut quilibet aliquando malit credere vel acquieſcere ſocio q̄ ſibi. iuxta illud apud Catonem. Vincere cum poſſis: interdum cede ſodali. Ad hoc neceſſaria eſt patiētia de qua Greg. in moral. Patiētia inq̄t vera eſt. quę ipſum etiā amat quem tolerat. Econtra vero dicit Plautus in aulularia. Res nimium ſingularis eſt. hō parem ferre non patiēs. Denique vero per taciturnitatem ſcilicet ut nihil dicat qđ grauare debeat comitem. iuxta illud eiuſdem. Quod pudeat ſocios. prudens celare memento. Malus enim iudicatur ſocius qui ad ſociorum accuſationē eſt pronus. Vnde ⁊ proiectus eſt accuſator fratrum. i. diabolus a dn̄o. ſicut legitur Apoc. xij. Et reuera accuſatio pueri quanq; maioris eſt ponderis q̄ adulti. iuxta illud Senecę in declamationibus li. v. Nihil eſt inquit puero teſte certius q̄ ad eos annos peruenit. ut intelligat. et nō ad eos quibus fingat. Et propter hāc etiā taciturnitatē. ſ. ſecreta celandi. dicit Cato. Conſiliū arcanū: tacito cōmitte ſodali. Tertio per morꝫ conformitatē iuxta illud Varronis ad athenienſē auditorē. Alit cōcordiā. mores ad cohabitātiū aīos formare. Vel ut Ennodius ait: Nemo in altero mores amplexatur niſi quos in ſe formauerit. In hoc etiā modū ſeruari oportet. Hęc aūt virtus qua mores ad cohabitantiū animos formantur. moralitas vocatur. quę ſic deſcribitur: Moralitas eſt ſeruata propria virtute iuſte ac pie aliorꝫ vitę ſe cōtēperare. Vbi notanda ſūt duo. ſcꝫ ut aliorꝫ moribus ſe conformet. ⁊ a virtute propria nō declinet Ideo inquā alijs ſe conformet. quia ſicut dicit Aug. in li. confeſſionū: Turpis eſt omnis pars vniuerſo ſuo non congruēs Propter hoc etiam idē dicit ad Ianuariū li. i. Cū romā inquit Ambroſius venio ieiuno ſabbato: cū hic ſū nō ieiuno. Sic ⁊ tu ad quā fortaſſis eccleſiā veneris eius morem cuſtodi. ſi non vis cuiq; eſſe ſcandalo. nec quēq; tibi. Ideo autem dixi ne a virtute propria declines. quia ⁊ ſi ſimilitudo corrupta ſit in aliquo. nec ſic etiā mali mores aliquatinus ſunt imitandi. iuxta illud Exodi. xxiij. Nō ſequaris turbam ad faciendū malū. Vñ dicitur Hieremię. xv. Conuertentur ipſi ad te ⁊ tu nō conuerteris ad eos. Ideo dicitur in puerbijs ſapientū. Inter oīa ſint diſſimilia hic ppl'o conueniat frōs noſtra. i. exterior modeſtia. Sic etiā intelligitur illud apli. j. ad Corꝫ. ix. Oībus oīa factus ſū ⁊c. Hinc etiam Seneca ad Luciliū epla. v. Inter bonos inq̄t ⁊ publicos mores tēperetur vita. ſ. vt nec nimis ſit ſeuera. nec nimis remiſſa. Hęc de ↄcordia in ſeruādo. De ſtabilitate vero ſiue conſtantia in permanēdo. dicit Sidonius in eplari ſuo li. iiij.

Sodales vetuſtos nūq̄ꝫ ꝓ frequentium
nouitate faſtidias. Alit̄ enī videberis ſic
amicis vti quaſi floribus quamdiu gra/
tis. Huic etiam conſonat illud Eccl. ix.
Ne derelinquas amicū tuum antiquū·
nouus enim non erit ſimilis illi. Uinum
nouum· amicus nouꝰ· vetereſcat· ⁊ cum
ſuauitate bibes illud. Hinc refert Sue/
tonius in li. ij. de Auguſto ceſare· ꝙ ami
citias quidem non facile admiſit· ſed cō/
ſtantiſſime retinuit. Itaqꝫ de tali ſocio
ſic eligendo ⁊ cum eo proficiendo ac per/
ſeuerando dicit Boetiꝰ in li. de ſchola/
ſtica diſciplīa. Prudēs diſcipulꝰ ſemꝑ
aliquo conſorte gaudeat cui ꝓpriam cō/
ſcientiam detergere valeat· qui nubila
fortuna diligēter ſubueniat· libellis gau
deant permutatiꝫ· queſtiūculis certatim
commendabili recordatione gradatim·
caſtigationis felicitate conuerſim. Et
ſic inter eos mutue dilectionis integritaſ
permaneat· primeui temporis ros inſtil/
lans· ī medio inundanſ· in fine vero ine/
brians exiſtat· hec Boetius. Nō ſolum
cauendum eſt pueris a noxio comitatu·
ſed etiam a pernicioſo famulatu. Unde
idem quoqꝫ Boetiꝰ ibidē. Lotricis etiā
inquit ac vetularum remotio ſummope/
re captanda eſt· ne dum venerit aliquid
ſuggerat inquinatuꝫ· vel a mancipio ex
trahat permolitū· qꝛ mancipiorum rara
reperitur clemētia· rarior qꝫ in agone cō
ſtantia. Ue autē ſeducenti mancipio in
qua confidit dominantis plenaria dile/
ctio. Seruus bilinguis procul expella/
tur· et ipſius imminente nequitia ſtatim
deponatur· licet conſanguinitate proxi/
mus exiſtat· ſeruorū quippe crudelitate
multos vidimus iacturaꝫ incurrere· hec
ille. Cauenda eſt autem in ſociali vita et
familiaritas nimia ⁊ affectio immodera
ta. Familiaritas inqꝫ iuxͣ phm dicentē:
ꝙ familiaritas nimia parit contemptū.
Ideo dicit Plautꝰ vbi ſupra. Nemini
te nimis ſodalē feceris. Et Apuleiꝰ in li.
de deo Socratis. Parit ꝯuerſatio ꝯtē/
ptum· raritas ꝯciliat ad āmiratione· af/

fectio alit· que ſi eſt immoderata degene
rat in libidinem. Unde Augꝰ in li. con/
feſſionum. ij. dicit de ſeipſo. Olim inquit
dum eſſem iuuenis amare ⁊ amari erat
mihi dulce· ſed non tenebatur modꝰ ab
animo vſqꝫ ad animum· quatinus eſt lu
mīoſus limes amicitie. Nam exalabant
nebule de limoſa cōcupiſcētia carnis· et
ſcatebra pubertatis· ⁊ obnubilabāt cor
meum ut non diſcerneret̄ ſerenitas dile/
ctionis a caligine libidinis. Utrumqꝫ
nimirum in confuſo eſtuabat· et imbe/
cillem etatem rapiebat per abrupta cu/
piditatum atqꝫ merſabat gurgite fla/
gitiorum· inualuerat ſuper me dn̄e ira
tua ⁊ neſciebam. Idem in li. iij. Uenam
amicitie coinquinabam ſordibus cōcu/
piſcentie· cādoreqꝫ illius obnubilabam
tartaro libidinis. Deinde in li. iiij. ponit
expreſſum exemplum de quodam ſocio
⁊ amico ſuo· immoderate a ſe dilecto di/
cens: Cōparauerā amicum ſocietate ſtu
diorum nimis carum· mihi coeuum ⁊ ef/
florentem flore adoleſcentie. Sed nōdū
ſic amicus erat· ſicut eſt amicitia vera· qꝛ
non eſt vera· niſi cū eā tu domine agglu/
tinas inter coherentes ſibi charitate per
ſpiritumſanctū in cordibus diffuſa. Sꝫ
tamen dulcis erat nimium cocta feruore
parilium ſtudiorum. Et ecce tu imminens
dorſo fugitiuorum tuorum deus vltio/
num ſimul ⁊ fons miſericordiarū q̇ nos
miris modis ad te conuertis· ecce abſtu/
liſti euꝫ de hac vita cū vix expleſſet annū
etiam amicitia mea. Quo dolore conte/
nebratum eſt cor meum· eratqꝫ mihi pa/
tria ſupplicium· ⁊ quicquid cum illo coī/
caueram· ſine illo in immanem verterat
cruciatum. Soluſqꝫ fletꝰ erat dulcis m̄
⁊ ſucceſſerat amico meo in delitijs animi
mei. Itaqꝫ miſer eram ⁊ miſer eſt omnis
animus vinctus amicitia rerū mortaliū·
⁊ dilaniatur cum eas amittit· ac tunc mi
ſeriam qua miſer erat etiā antequā amit
teret illas ſentit. Sic ego m̄ loco infelix
remanſeram vbi nec eſſem· nec inde rece/
dere poſſem. Et vt me facillime ⁊ intime

penetrauerant dolor ille·niſi quia fuderam in harena cor meum·diligendo moriturum quaſi nō moriturum. Maxime quippe me recuperabant alioꝝ amicoꝝ ſolatia cū quib⁹ amabam qđ non pro te amabam. Et hęc erit ingens fabula ⁊ lōgum mendaciū cuius adulterina ꝯfricatione corrūpebatur mens noſtra. Erāt ⁊ alia q̄ in amicis ampli⁹ capiebant animum: videlicet colloq̄ ⁊ corridere· vicifſim obſequi·beniuole ſimul libros dulciloquos legere·pariter nugari ⁊ ſimul honeſtari·interdū ſine odio diſſētire·ipſaq̧ rariſſima diſſentione conſenſiones plurimas condire·docere aliq̄d ad inuicē·aut diſcere ab inuicem·abſētes cū modeſtia deſiderare·veniētes cum lętitia ſuſcipere His ⁊ hmōi ſignis a cordibus amantiū ⁊ redamātium procedentib⁹ per os ꝑ linguam ꝑ oculos·ac mille motus gratiſſimos quaſi fomitibus aīos conflare·⁊ ex pluribus vnū facere·hoc eſt qđ diligit̄ ī amicis. Sicq̧ diligitur ut rea ſibi humana conſcientia ſit·ſi amantem nō redamauerit·nihil querēs ex eius corpore pręter indicia beniuolētię. Hinc luct⁹ ille oritur ſiq̄s moriat̄·ac tenebre dolorū ex amiſſa vita moriētiū. Ab vo btūs q̄ amat te·⁊ amicū in te·⁊ inimicū ꝑpter te. Nullum enī carū ſolus amittit·cui omnes in illo cari ſūt qui nō amittitur· hęc Aug.

Qualiter pueri ad omnes homines ſe debeant habere. ·Cap·XXXIIII·

Deniq̧ docēdi ſunt pueri·qualiter ad oēs homines habere ſe debeāt·⁊ inter eos cōuerſari videlicet qualiter ad ſuperioreſ·qualiter ad inferiores·⁊ qualiter ad pares. Qđ ſic docet Hugo de ſācto Victore in li. de nouitioꝝ inſtitutiōe: Diſcretio inquit pſonaꝝ q̄tū pertinet ad dilectionem habēda eſt ſm meritum: q̄tū vero ad venerationē ſm ętatem ⁊ officiū· Meliores ſiquidē diligere· Supiores debemus honorare q̄ȝ par eſt cōtumacia ſiue in eo qui ꝑpter inferiorē gradū in homine virtutē deſpicit·ſiue in eo q̄ ꝑpter inferiorem vitā ſuperiorē gradū contemnit. Iſtis igitur honor·illis impendat̄ amor ſic tñ ut honor iſtoꝝ ſit voluntarius·⁊ illoꝝ amor venerādus. Reuerentia·n·ſine amore magis ſeruilis eſt·⁊ amor ſine reuerentia puerilis iudicari debet. Sex deniq̧ modis diſcretionē perſonaꝝ habendā ex his colligimus·trib⁹ ſm dignitatē·⁊ trib⁹ ſm cōuerſationē· Scdm dignitatem ſuperiorib⁹ obedientiā·timorē obſequium ⁊ venerationē debem⁹ exhibere. Cū ęqualibus parē ⁊ concordiā cuſtodire inuicem obſequio beneficio ⁊ honore pręuenire·in oī actione ⁊ verbo ſuperiorē locū eis tribuere· Et ſiquādo fortaſſis in aliquo negocio eos pręire cogamur·cū omni humilitate ⁊ reuerētia facē nō ꝗcipere ſed demōſtrare·⁊ ſi eos cōtigerit pręcedere cum alacritate ⁊ deuotione quaſi ex neceſſitate ſubiecti obedire. Inferiorib⁹ ſemꝑ bñficiū ⁊ auxiliū impendere·nūq̧ improperare ſiue cōtumelia corripere·ſiue ſuꝑbia gubernare·ſiue crudelitate caſtigare·cū pietate fouere· venerationē non exigere·ſocietatē ⁊ ęqualitatē amare·maiorib⁹ ꝑ timorē ſubdi·ęqualibus per charitatem obſequi·minorib⁹ ꝑ humilitatem coęquari·pręcipientib⁹ parati·obediētibus modeſti·maledicentib⁹ taciti·laudātibus verecūdi. Item ſm cōuerſationem ſuperiorib⁹ quidē in oī loco ⁊ in omni oꝑe vel ſermone ſtudeam⁹ reuerētiā exhibere·⁊ quicq̄d egerint aut vbicūq̧ fuerint·virtutis exemplū imitet̄ quodāmodo tacitū cōſortiū cooperādi nunq̄ pręſumamus expetere. Negligentes vero ⁊ maxime illos quoꝝ opera vel ſtudia reprehenſione digna apparēt·tali nos cautela declinare oportet ut ⁊ fugiam⁹ qđ faciūt ⁊ tamē iudicare nō preſumamus qđ ſunt. Cogitem⁹ in eiuſmodi nobis atq̧ dari exemplū·neq̧ ꝑmitti iudiciū·quia ħ fortaſſis in eis ignorātia ſiue infirmitas excuſat·qđ ſi a nobis fieret

excuſationē nō haberet. Cū medijs ⁊ equalibus tāta nobis pacis ⁊ cōcordie ſeruande diligentia ſit·ut ī nullo vnq̄ȝ negocio q̄ȝtū in nobis eſt fratna dilectio pturbet' ſtudeam⁹ iniuriā eis vnq̄ȝ aut moleſtiā inferre. Illata vo ꝓpt' amorē fratne charitatis equo aīo ſuſtinere·nihil cōtētioſe vel arrogāter erga eos agere· ſed parati ſemp in oī ope· ⁊ ptinaciter inſiſtētib⁹ cedere·⁊ laborātib⁹ libēter ſubuenire. Et qm̄ inter pares nōnūq̄ȝ peruerſa quedam virtutis emulatio eſſe ſolet·operā nr̄am neq̄ȝ ingeram⁹ nolentib⁹ neq̄ȝ petentib⁹ ſubtrabam⁹ q: in vtroq̄ȝ liuoris ſuſpicio eſſe pōt·Siqn̄ aūt in aliquo forte negocio laborantib⁹ opē ferre cupimus·tanta hoc hūilitate ⁊ māſuetudine faciendū eſt ut hiſdem ipſis manifeſtū ſit·ꝙ nō excellentiā operis ſ; cōſortiū queram⁹ labori. hec Hugo. De h̄ etiā Seneca loquitur in li. de·iiij. ꝟtutib⁹. Dēs in qt pares tibi feceris ſi nec inferiores ſupbiēdo cōtemnas·nec ſuperiores recte viuēdo timeas. Cūctis eſto benign⁹·nemini blād⁹·paucis familiaris·oīb⁹ equus Senior eſto in dicio q̄ȝ ſermone· vita q̄ȝ vultu· nec tue bone fame ſeminator ſis·nec inuid⁹ aliene. Que noſti ſine arrogātia poſtulanti impartias que aūt neſcis ſine occultatione ignorantie tibi poſtula impartiri. Ceterum nec tua defleas nec aliena mireris non ſis arrogans non audax. Submittas te non ꝓijcias grauitate ſeruata·admone libēter·reprehēde patiēter·alienorum vitioꝝ nec curioſus ſis· nec acerbus reprehēſor·nec cum exprobratione corrector·ita ut admonitionē hylaritate preuenias. Dicenti ḡ eſto tacitus auditor· requirēti facile rn̄de·cōtendēti facile cede·hec Seneca. Ceteꝝ de pſonaꝝ reuerentia ⁊ honore qui ſ̄m legē ⁊ rationē ſiue ꝓpter naturā ſiue ꝓpter etatē. ſiue ꝓpt' officiū·ſiue ꝓpter mores · aut vite ſāctitatem·debet illis ab oīb⁹ exhiberi·plenius dictū ē ſuperi⁹ in ſecūdo hui⁹ opis libro vbi actuȝ eſt de reuerentia dei. Hec igit' ad preſens dicta ſufficiāt de paruuloꝝ eruditione que maxime exercenda eſt in puerilitate.

De regimīe vel diſciplina adoleſcentie. ·Cap·XXXV·

Cum autē annis puerilibus decurſis ad etatē puenerit adoleſcētie·tūc etiam plurimis eoꝝ ꝓpter etatꝭ ꝓnitatē ad malū valde neceſſariū eſt frenū diſcipline·qd̄·ſ·nō ſolum a ſuperiorib⁹ vel magiſtris debēt īcipere·ſed etiā ipſimet ꝓpter vſum rōnis ſibimet imponere. Nā de ꝓnitate illius etatis ad malum dicit' a dn̄o Ben. viij. Senſus ⁊ cogitatio hūani cordis in malum prona ſūt ab adoleſcentia ſua. Un̄ ſicut dic̄ Saluſti⁹ in catbilinario. Adoleſcentiū aī molles ac fluxi·haud difficile capiunt'·ſ·a diabolo vel peccato. Hic ⁊ Claudianus in minori volumine. Teneris eſt lubrica morib⁹ etas. Ideo cōfitetur Aug. de ſeipſo in li. confeſſionū. ij. dicēs: Exarſi dn̄e aliqn̄ ſaciari inferius in adoleſcētia·⁊ ſilueſcere vmbroſis amoribus auſus ſum·⁊ cōtabuit ſpes mea·et cōputrui corā oculis tuis·mihi placēs et placere cupiēs oculis hoīuȝ. Itaq̄ȝ ꝓna eſt adoleſcētia maxime ad tria mala· Primo·ſ·animoſitatis·i·iracūdie timide vel ſupbe·iux̄ illud Senece in Create. Iuuenile inqt eſt vitiū regere nō poſſe impetū. Et de tali dicit' Eccl. i. Iracūdia animoſitatis ei⁹ ſubuerſio eſt illius. Deniq̄ȝ ad malū luxurie·iuxta illud Salomonis Prouerb. vij. loquētis de meretrice: Conſidero inqt vecordē iuuenem q̄ trāſit p plateas iuxta angulū ⁊ ꝓpe viā dom⁹ illi⁹: Et ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio preparata ⁊c̄. Et poſtea inquit: Statim ſequit' eā q̄ſi bos ductus ad victimā·⁊ quaſi agnus laſciuiens ⁊ ignorās ꝙ ad vincula ſtult⁹ trahat'·donec trāſfigat ſagitta iecur ei⁹·velut ſi auis feſtinet ad laqueū·⁊ neſcit q: de periculo aīe illius agitur·iuxta illud Ouidij de faſtis. v. Cū iuuenilib⁹ annis

luxuriāt aī corpaq; ipſa viget. Idē in li. ſine titulo.i. Que bello eſt habilis veneri q̄ȝ cōuenit etas. Cōtra hec duo mala dicit̄ Eccleſiaſtes.xj. Letare iuuenis ī adoleſcētia tua.ſ.ꝯ malū iracundie tumide ⁊ in bono ſit cor tuum in dieb⁹ iuuētutꝫ tue. ſ.ꝯ malū luxurie. Vñ poſtea ſequitur. Aufer irā a corde tuo ⁊ maliciā amoue a carne tua. adoleſcentia enī ⁊ voluptas vana ſūt. ¶ Tertio ad malū totius diſſolutionis ⁊ laſciuie. iuxta illud Senece in li. declamationū.j. Torpent inquit ingenia deſidioſe iuuentutis.ſ.a bono. nec vni⁹ honeſte rei labore vigilāt ſed cantandi potius ſaltandiq; obſcena ſtudia effeminatos tenēt. Deniq; capillum frāgere ⁊ ad muliebres blādicias voces extenuare. mollitie corpis cū feīs certare. ⁊ īmūdiſſimis ſe mūditijs excolere noſtroꝝ adoleſcētiū ſpecimē eſt. Molleſ eneruēſq; nati. in vitio manēt expugnatores aliene pudicitie negligētes ſue. hec Seneca. Et recte dic̄ expugnatores aliene ꝛc. quia nō ſolū concupiſcūt. ſed etiā cōcupiſci volūt. iux̄ illd̓ Hieronymi ad dōmonē. Nō erubeſcit inqt iuuenis cuius decore veneres fluūt. nobiliū dom⁹ luſtrare. matronarū ſalutationib⁹ inherere ꝛc. Ad huiuſmodi laſciuiā iuuenilē ptinet illud deteſtabile īuitatoriū. videlicet adoleſcētiū ſeinuicem ad huiuſmodi exhortantiū ⁊ puocātiū. ħ modo ſicut legit̄ in li. ſapiētie.ij. Venite inquiunt ⁊ fruamur bonis que ſūt. ⁊ vtamur creatura tāq; in iuuētute celeriter. vino p̄cioſo ⁊ vnguētis nos impleam⁹. ⁊ nō p̄tereat nos flos tēporis. Coronemus nos roſis añq; marceſcāt. nullū pratū ſit qđ nō ptranſeat luxuria noſtra. Nemo noſtꝝ ſit exors luxurie noſtre. vbiq; relinquamus ſigna letitie. qm̄ hec ē pars noſtra ⁊ hec eſt ſors. Propt̄ hāc multiplicē adoleſcetie prauitatē in malo. dicit Aug. in li. de ciuitate dei.xxj. Infantiā quidē ſine vllo reniſu carni ſubiacet. pueritia q̄ȝ quia nondū ratio pugnā ſuſcipit. fere ab omnibus vitioſis delectationib⁹ iacet. Verūtm̄ qr nōdū p̄cepti capax eſt infirmitas mentis. ſaluat̄ p ſacramēta mediatoris Cū aūt puentū fuerit ad etatē q̄ iā p̄ceptum capit ⁊ legi imperio ſubdi pōt. nec ad dānabilia peccata pducat bellū contra vitia ſuſcipiendū acriterq; gerēdū ē. ⁊ ſiquidē nōdū victoriaꝝ ꝯſuetudine roborata ſūt facili⁹ vincūt̄ ac cedūt. Si autem vincere ꝯſueuerūt ⁊ imperare. laborioſa ſuperāt̄ difficultate. nec id veraciter atq; ſinceriter fit niſi delectatiōe vere iuſticie que eſt in chriſti fide. Nam ſi lex iubens aſſit ⁊ ſpūs adiuuās deſit. p ipſā phibitionē deſiderio peccati creſcēte atq; vincēte. reat⁹ etiā p̄uaricationis accedit. Nonnūq; ſane apertiſſima vitia q̄buſdā vitijs occultis ſupāt̄ que v̄tutes eſſe putant̄ in quib⁹ regnat ſupbia ⁊ quedā ſibi placēdi altitudo ruinoſa. Tunc itaq; victa deputāda ſūt vitia cum dei amore vincūt̄ qui nō niſi a deo p mediatorem dei ⁊ hoīū datr̄. q̄ fact⁹ eſt particepſ mortalitatis noſtre. ut nos ptcipes faceret diuinitatis ſue. Pauciſſimi vero tante felicitatis extāt ut ab ipſa ineūte adoleſcentia nulla dānabilia peccata cōmittant. vel in flagitijs vel in facinorib⁹ vel in nepharie cuiuſq; impietatis erroribuſ ſed magna ſpūs opprimāt largitate qcqd in eis dñari poſſit carnali delectatione. Plurimi v̄o p̄cepto legi accepto cū prius vitijs p̄ualētib⁹ victi. ⁊ p̄uaricatores eius effecti ſūt. tūc ad gratiā adiutricem cōfugiūt. qua fiāt ⁊ amarius penitēdo ⁊ vehementius pugnādo q̄ȝ pri⁹ deo ſubditi. ⁊ ita victores prepoſita mēte carni. hec Aug. In quibus.ſ. v̄bis notandum eſt primo qđ adoleſcēs multo grauius peccat puero. ppt̄ liberiorē vſum rationis. ⁊ capacitatē p̄cepti ac phibitiōis Itaq; phibitio auget deſideriū peccati niſi aſſit gratia ſpūſſancti. iux̄ illud Ouidij ſine titulo. li.iij. Nitimur ī vetitū ſemper cupimuſq; negata. Sic interdictis imminet eger aquis. ¶ De hinc etiā ep in quibuſdā adoleſcētibus eſt continentia ſuperba ⁊ ſimulata. qui ſcilicet ideo

continēt ut ſibi vel alijs placeāt. Tales fuerunt virgines fatue· que lāpades qͥdē id eſt·corpora p cōtinentiā pura ⁊ nitida habuerūt·ſed ſine oleo·i·cōſcientie nitore vel charitate. Vñ beatus Bern. Caueamus inquit ne vaſoꝝ noſtroꝝ vacuo ſplendore decepti ſero habeam⁹ conqueri ꝙ lāpades noſtre extinguuntur. Ego ſiquidem reor nec illas quidē accēſas fuiſſe que tūc videbant̄ extingui· quia nec ſumpſerunt oleū ſecū ſed vitrea poti⁹ ꝙ̄ ignea claritate fulgebāt. ¶Tertio etiā notandū eſt in verbis predictis Auguſtini·qꝺ nullus precipue adoleſcēs vere continēs eſſe pōt·niſi dono dei. Ideoꝗ precipue in etate tali·hac de cauſa inſiſtendū eſt orationi: Juxta illud ſapiētis in li. ſapientie. viij. Puer inqͭt erā ingenioſus ⁊ ſortitus ſum animā bonā ·⁊ cū eſſem magis bonus·veni ad coinquinatum corpus·⁊ ut ſciui qm̄ aliter nō poſſum eſſe cōtinens niſi deus det· ⁊ hꝫ ipſuꝫ erat ſapientia ſcire cui⁹ eſſet hꝺ donū·adij dn̄m ⁊ deprecatus ſū illū ·⁊ dixi ex totis precordijs meis·deus patrū meoꝝ ⁊c. ¶Quarto etiā notandū eſt ibi·ꝙ ī adoleſcentia bello ingruēte neceſſe eſt omnino vincere aut vinci ·ideo adoleſcentem oportet armis ſpūalibus accingi· de qͥbus dicit̄ Eph. vj. Induite vos armaturam dei·ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Hec armatura q̄ tangit̄ ibi eſt cingulū caſtitatis·lorica iuſticie·calciamentū boni exempli· ſcutū fidei· galea ſpei·⁊ gladius orationis ſpūalis qui eſt verbū dei. In his ergo vicere poterit ut ei merito ⁊ illud dici poſſit. j. Joh. ij. Scribo vobis adoleſcētes qm̄ viciſtis malignū· Vel illud qꝺ p⁹ea ſeqͭt̄· Scribo vobis iuuenes qꝛ fortes eſtis ⁊ verbū dei in vobis manet·⁊ viciſtis malignum. Fortes vtiꝗ fuerūt illi adoleſcentes ·ſ· machabei· qñ non ſoluꝫ hoſtes ſed etiā ſemetipſos vicerūt·ut legit̄. ij. Machab. vij. Hoꝝ enim vnus linguā poſtulatus ad cruciatū cito protulit ⁊ manus cōſtāter extendit atꝗ fiducialiter ait: E celo iſta poſſideo·ſed ꝓpter dei leges hec ipſa deſpicio quā ab ipſo ea me recepturum ſpero·vnde rex ⁊ qui cū ipſo erāt mirabātur adoleſcentis animū·ꝙ tamquā nihil duceret cruciatū. Huiuſmodi fortitudo vix ⁊ raro inuenit̄ in ſenibus a quibus tamen exemplū dari deberet adoleſcentib⁹ ſicut fecit ille ſenex Eleaçarus·q̄ pro lege offerēs ſe martyrio ·dixiſſe legit̄ ibidē. vj. Ego quidē ſenectute dign⁹ apparebo adoleſcentib⁹·aut exemplū forte relinquā ſi ꝓmpto aīo ac fortiter ꝓ ſanctiſſimis legib⁹ honeſta morte perfūgar. ¶Quinto etiā notat̄ ꝙ adoleſcens ſi forte contigerit eū in pugna ſuccūbere· mox debet ad penitentie remediū confugere·ſicut fecit adoleſcentior ille filius q̄ accepta portione bonoꝝ a patre ſuo oīa in luxurijs diſſipauit·⁊ poſtea reuertens penituit·ut legit̄ Luc. xv. quem ⁊ pater cū gaudio ſuſcepit·eumꝗ ſtola prima ⁊ annulo ⁊ calciamētis ornauit·in quibus ornamēta ſpūalia deſignant̄·quib⁹ vere penitēs tanquā a morte aīe reſurgēs decorat̄·ſicut ibidē a patre dicit̄: Hic fili⁹ meus mortuus erat ⁊ reuixit· perierat ⁊ inuentus eſt. Hinc ⁊ adoleſcēs fili⁹ vidue mortu⁹ ſuſcitatus eſt a dño·ſic legit̄ ibidem. vij. Paulus quoꝗ in adoleſcētia ſpūaliter mortu⁹ fuit cū in necē Stephani conſenſit·vt legitur Act. vij. Ac poſtmodum reſipiſcens ad vocē domini reſurrexit. ita ut ⁊ ipſe adoleſcētem ſuſcitare meruerit·ut legitur idem. xx.

¶De bonis moribus formādis in adoleſcente.
·Cap ·XXXVI·

Si autem iuxta Varronem obſtupeſcenda eſt optimorum morum in puero conſtantia· multomagis ⁊ in adoleſcente ꝓpter etatis feruorem videtur admiranda ·ſicut dicit Ambro⁹ ſuper Beati imaculati·verbuꝫ illud exponens: Adoleſcētul⁹ ſum ego ⁊ contemptus: Rara inquit eſt

in iuuenibus humilitas· ideoq; mirãda
dum etas viget· dum vires ſolide· dum
ſanguis eſtuat· dum debilitas ignorat·
dum letitia frequentatur. Idem in eodẽ
Iuuentus eſt ad amorem liberior· ad la/
pſum incautior· ad infirmitatem fragili/
or· ad correctionem durior· Idem in li.
j. de interpellationibus ⁊ infirmitate ho
minis. Conſumere inquit me vis pecca/
tis adoleſcentie mee: Pulcre id etatis
ad querelam arripuit· quia magis ad vi/
tium eſſe lubricũ conſueuit. Habet ⁊ pu
ericia innocentiam· ſenectus prudentiã·
iuuentus delinquendi verecundiã· ado/
leſcentia ſola eſt inualida viribus· infir/
ma conſiliis· vitio calens· faſtidioſa mo/
nitoribus· illecebroſa delitiis. Hec Am
bro. Vñ Salomõ Prouerb. xxx. Tria
inquit ſunt difficilia mihi ⁊ quartum pe/
nitus ignoro: Viã aquile in celo. viã co
lubri ſup petrã· viã nauis in medio ma/
ri· ⁊ viam viri in adoleſcentia. Sicut enĩ
priorum trium non apparent veſtigia·
ſic adoleſcentis via hominibus eſt igno/
ta. Cum enim tota ſit plena periculis· ⁊
quaſi penitus inuia· nulli videtur eſſe
peruia. Sic enim difficile in inuio viam
inuenire· ſicut in igne ſtare ⁊ non combu
ri· vel currere ſuper aquam ⁊ non ſubmer
gi. Et reuera ſicut patet ex verbis Augu
ſtini ſuperius poſitis: Nullus adoleſcenti
am immunis a peccato tranſire poſſet ni
ſi gratia dei iuuans ac ducens adeſſet.
Itaq; ſicut dicit Tullius in libro de of/
ficiis. ij. Prima quidem adoleſcentis cõ
mendatio proficiſcitur a modeſtia· dein
de pietate in parentes· in ſuos beniuolẽ/
tia. De hinc etiam facile in optimã par/
tem cognoſcitur· ſi ad viros ſapientes et
claros ac bene conſulentes reipublice ſe
contulerit· ⁊ cum eis aſſiduus ſit· hec Tul
lius. Cui cõſonat· ⁊ illud Ecc. vj. In mul
titudine preſbyterorum· id eſt· ſeniorũ pru/
dentiũ ſta· ⁊ ſapiẽtie illorum ex corde con
iungere· ut omnem narrationem dei poſ
ſis audire ⁊c. Super hoc ⁊ dominus ex/
emplum prebuit adoleſcentibus quãdo
duodennis ſedit in medio doctorum· nõ
quidem docens ſed audiẽs ⁊ interrogãs
vt legitur Luc. ij. Unde dicit beatus
Bern. in quodam ſermone. O humilitas
virtus chriſti· quantum cõfundis ſuperbiã
noſtre vanitatis· paruum aliquid ſcio· vel
potius mihi ſcire videor· ⁊ iam ſimile nõ
poſſum impudenter ⁊ imprudẽter me in/
gerens ⁊ oſtentans promptulus ad lo/
quendum· velox ad docendum· tardus
ad audiendum· Chriſtus cum tanto tẽ/
pore ſilebat· cum ſeipſum abſcondebat:
nunquid inanem gloriã timebat: vtiq;·
ſed nobis non ſibi· hec Bern. At vero
quia pauci mores habent predictos ſci/
licet expreſſos in verbis Tullii· idcirco
plurimi admonitionibus ⁊ increpationi
bus ⁊ correctionibus in eis debent for/
mari. Iuxta illud Virgilii in georgicis.
libro. iij. Hortare viamq; inſiſte domã/
di· dum faciles animi iuuenum dum mo
bilis etas. Ut enim ait Ariſtoteles in li/
bro. j. Ethicorum. Differt non parum ſic
vel ſic aſſueſci a iuuentute. Et Salomõ
Prouerb. xxij. Prouerbium eſt adole/
ſcens iuxta viã ſuam etiã cũ ſenuerit nõ
recedet ab ea. Unde de viro in adoleſcẽ
tia nõ erudito· dicitur Job. xx. Oſſa eius
id eſt· vires anime implebunt vitiis ado
leſcentie ſue· Adoleſcentie vitia vocãtur
oſſa quibus etas illa eſt prona· maximeq;
luxuria ⁊ laſciuia. De quibus ait Tullius
in libro de ſenectute· Adoleſcentẽ pro/
bo· in quo eſt aliquid ſenile· Et ſi iſta ipſa de
fectio virium adoleſcentie vitiis efficiatur
ſepius quam ſenectutis: Libidinoſa enim ⁊
intemperata adoleſcentia effetum cor/
pus tradit ſenectuti. hec Tullius. Unde
de quibuſdam effrenata libidine fruenti
bus dicitur Naum. iij. Corruent in cor/
poribus ſuis· propter multitudinem for
nicationum meretricis ſpecioſe ⁊ grate
Et vbi Hiero. corruent· interpretatur.
lxx. ponunt infirmabũtur. Propter hec
omnia recte dicitur econtra Thren. iij.
Bonum eſt viro cum portauerit iugum
ab adoleſcentia ſua. Itaq; contra

tria pꝛedicta vitia adoleſcentię·tres virtutes pꝛęcipue in eis ſunt formandę· videlicet contra ſuperbam animoſitatem· humilitas·contra libidinem caſtitas·cōtra laſciuiam maturitas. Humilitas formanda eſt per abiectionem q̄ntum ad affectum ·per cōſultationem q̄ntum ad intellectū· per ſubiectionem quā parentibus ⁊ magiſtris ac ſenioꝛibꝰ exhibere debemꝰ ſic dicit Petrꝰ.j.v. Adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioꝛibꝰ. Hinc ⁊ Cypꝛianus martyr in libꝛo de .xij. abuſionibus ſeculi·inter illa ponit adoleſcentem ſine obedientia ⁊ dicit: Sicut in ſenibus ſobꝛietas ⁊ moꝛum perfectio requiritur ·ſic ab adoleſcentibus obſequium et ſubiectio rite debetur·alioquin quomodo in ſenectute honoꝛatus apparebit· qui diſciplinę laboꝛem in adoleſcentia non ſuſtinuerit: hęc Cypꝛianus. Hinc ⁊ beatꝰ Bern̄. in ſermone de circumciſione domini: Eligat inquit homo fidelis ſubiectus eſſe magiſtro·ſub quo voluntas eiꝰ frangatur·⁊ obediētię freno concupiſcētia repꝛimatꝛ· Sitq̨ qd ait ꝓpheta: Im poſuiſti homines ſuper capita noſtra. Nec eſt dedignandum ſeruo qd pꝛęceſſit in domino · ſiquidem non eſt ſeruus maioꝛ domino ſuo. Ieſus nanq̨ cū iam ętate ⁊ ſapientia apud deum ⁊ homines creuiſſet·cum iam duodennis in hieruſalem remāſiſſet a beata virgine et Ioſeph in medio doctoꝛum audiēs illos ⁊ interrogans·iuuentus deſcendit cum illis ·et erat illis ſubditus·et tu ergo·pꝛopter illum ſubditus eſto. Foꝛmanda eſt etiam per conſultationem qua debent a ſenioribus ⁊ magiſtratibus conſilia requirere· ⁊ eis humilitꝛ acq̄eſcere· ſm illud Deut. xxxij. Interroga patrem tuum ⁊ annunciabit tibi· maioꝛes tuos ⁊ dicent tibi. Dicit etiā Sidonius in epiſtolari ſuo libꝛo .iij. Qꝛ plurimū laudis iuuenes moribus ſuis applicant vel acquirunt quotiens de negocioꝛum meritis ambigētes ad peritoꝛum ꝯſilia recurrūt. Pꝛopter humilitatis eius defectum amiſit Roboam filius Salomonis pꝛo maioꝛi parte regnum·ut legitur .iij. Reg.xij. Dereliquit enim conſilium ſenum ·⁊ adhibuit adoleſcentes qui nutriti fuerant cum eo ⁊ aſſiſtebant illi·ac de conſilio eoꝛum voluit aggrauare iugum ſuper populum: et ideo decem tribus receſſerunt ab eo. Unde dicitur de Salomone Eccl.xlvij ꝙ dereliquit poſt ſe īminutuꝫ a pꝛudentia Roboam·qui auertit gentem conſilio ſuo. Hinc etiā dicitur in eodem .x. Sedes ducum ſuperboꝛū deſtruxit deus·⁊ ſedere fecit mites pꝛo eis. Similiter caſtitas per alia duo foꝛmāda eſt·ſcilicet per verecundiam ⁊ ſobꝛietatem. Et hoc contra duo mala quibus periclitatur caſtitas ſcilicet ętatis feruoꝛem ⁊ vitę voluptatem. Nam de adoleſcentię feruoꝛe dicit Hieroꝰ ad Furiā de ſeruanda virginitate. Non ethnei ignes nō vulcania tellus·non veſeuus ⁊ olympus tantis ardoꝛibus ęſtuāt vt iuueniles medullę vino plenę ⁊ dapibus inflammatę. Hūc ardoꝛem moderatur verecundia quę ꝓcacitati eſt contraria. Nam ardoꝛe luxurię ęſtuantes ſolent eſſe pꝛocaces ad rogandum vel etiam rapiendum mulieres· verecundia vero vtrunq̨ cohibet· de q̄ dicit Seneca Lucilio. Verecundia bonum in adoleſcente ſignum eſt. Hinc et Ambꝛoꝰ in libꝛo de officijs.j. Sicut in ſenibus inquit grauitas ⁊ in iuuenibus alacritas·ſic in adoleſcentibus verecundia velut quadam naturę dote commēdatur. Hęc in ipſo coꝛpoꝛis motu geſtu ⁊ inceſſu tenēda eſt. Habitus enim mentis cernitur in ſtatu coꝛpoꝛis·⁊ vox quędam eſt animi coꝛpoꝛis motus. In ipſo quoq̨ coꝛpoꝛis decoꝛe verecundia plus eminet·ita tamen ut ipſum decus non ſit effectum·ſed naturale ſimplex · neglectū potius q̄ expetitum. Sane ſiquid in natura vitij eſt·ars emendet·hęc Ambꝛoꝰ. De vitę voluptate in cibis ⁊ potibus ac ſimilibus·dicit beatus Bern̄. Qꝛ periclitatur caſtitas in delitijs·ſicut ⁊ pietas in negocijs. Ideo dicit Hieroꝰ vbi ſupra

Quicquid ſeminarium eſt voluptatum venenum puta. Nihil enim ſic inflam/mat corpora·membraqꝫ titillat genita/lia ſicut cibus indigeſtus·ructuſqꝫ con/vulſus. Idē. Ventrem cibo diſtentum ⁊ vini potationibꝫ irrigatū voluptas ge nitalium ſequitur·⁊ per membrorum or/dinem ordo vitiorū eſt. Hanc volupta/tem moderatur ſobrietas·de qua dicitur ad Titum.ij. Iuuenes hortare ut ſobrij ſint. Deniqꝫ maturitas ſimilit̄ per duo formanda eſt·ſcilicet per grauitatem et taciturnitatem. Et hoc contra duo ma/la quę ſunt in laſciuia·ſcilicet inſolentia geſtuum ⁊ leuitas verborum. Eſt enim grauitas virtus qua quis actionum ac motuum ſuorum impetus regens ac mo/derās ad competentem moram·⁊ matu/ritatem reducit. Unde pš. In populo inquit graui laudabo te. Et hoc multū decet adoleſcentes·ut qđ in ſenibus eſt ex debilitate·ſit in eis ex virtute·iuxta il/lud Tullij in libro de ſenectute. Adole/ſcentem inquit probo·in quo eſt aliquid ſenile. Hinc ⁊ Ambroſius ſuper Beati inmaculati. Etatis inquit maturitatē pręcurrit quiſquis in adoleſcētia poſitus ſenilem grauitatem induit·⁊ iuueniles animos veterana quadam continentia regit atqꝫ componit. Huius grauitas vel maturitas eſt in eis quaſi auctoritas Unde apoſtolus ſcribit Thimotheo: Nemo adoleſcentiam tuam contemnat hoc eſt·talem te exhibe vt nemo ꝓpter etatem illam audeat te contēnere. Hinc ⁊ Hiero⁹ Nepocianum ſuper hoc com mendat ſcribens ad Heliodorū. Ne/pocianus inquit iuuenis curam habuit vt nullam in ſe daret fabulam rumoris obſceni·ut qui mordebantur ad eius ęta tem·ſtuperent ad continentiam·hilari/tatem frontis temperabat grauitate mo rum·vt in riſu gaudium intelligeres non cachinnū·hęc Hiero⁹. Porro maturi/tas eſt virtus qua cum quadā animi fru ctuoſa quiete quis a verbis non ſolū ſe/dis aut ſuperfluis·ſed etiam vtilibus ſe temperat·iuxta illud pš. Obmutui et humiliatus ſum·⁊ ſilui a bonis. Hoc qꝫ maxime decet adoleſcentem ad reprimē/dum in eo garrulitatem atqꝫ pręſumpti/onem. Unde dicitur Eccl.xxxij. Adole/ſcens loquere in tua cauſa vix cū neceſſe fuerit·ſi bis interrogatus fueris habeat caput reſponſum tuum. In multis eſto quaſi inſcius ⁊ audi tacēs·⁊ ſimul ⁊ quę/rens: In medio magnatorū non pręſu/mas·⁊ vbi ſunt ſenes non multū loqua/ris. Hinc ⁊ exemplū de chriſti adoleſcē/tis taciturnitate induximus pauloante. Sicut ergo dic̄ Ambro⁹ vbi ſupra. Dū ętas in adoleſcente viget·dum ſanguis ęſtuat·dum debilitas ignoratur·dum le ticia frequentatur·grādis morum eſt aſ/ſuefacienda maturitas·quo natura vin/catur. Et huiuſmodi mores dilexiſſe vi/detur dominus in adoleſcente illo·de q̄ dicitur Math.x. Ieſus autem intuitus eum dilexit illum. Verū nullus pōt ad hoc veracit̄ informari vel reformari niſi cuſtodiendo ⁊ implendo mandata dei· iuxta illud pš. In quo corrigit adoleſcē tior viam ſuam·in cuſtodiēdo ſermones tuos. In hoc autem defecit idem adole/ſcens qui audito conſilio domini de om nibus pro ipſo relinquendis abijt mędrēs Erat enī multas poſſeſſiones habens· ſicut legitur ibidem. Non ergo cuſtodi/uit illud pręceptum domini·qđ habetur Luc.xij. Uidete ⁊ cauete ab omni auari tia ⁊c. Porro ad informationem morū in adoleſcentia·multum valet triplex memoria·ſcilicet ſenectutꝫ·⁊ mortis·⁊ fu/turi iudicij aduētus. Senectutis inquā quia tunc non poteſt homo de facili mo res nouos ⁊ īſuetos inducere·ſicut nec ſe nex equus freno aſſueſcere. Unde Sene ca Lucilio. Iuueni inquit eſt parendū· ſeni vtendum. Hinc etiā Eccl.xxv.dici/tur. Quę in iuuentute tua non ꝯgrega/ſti quomodo inuenies in ſenectute tua? Ideo optimū eſt deo in iuuētute ſeruire

ac mores bonos induere · qd eſt hoſtiam
deo fortem ac pinguē offerre. Alioquin
ut legitur Malach. j. Maledictus do/
loſus qui habet maſculum in grege ſuo
⁊ votum faciens immolat debile domi/
no. Nam ut dicit Ambro⁹ vbi ſupra.
Quid poteſt habere laudis · ſi corp⁹ vo
luptatibus effetū · et iam ſenectutis gelu
frigidum ad ſera deuotionis officia de/
poſito iam ſeniorum vigore conuertat?
Non eſt enim corona niſi vbi fuerit diffi
cilis lucta · hec Ambroſi⁹. Et vtiqꝫ cum
nemo poſſit duobus dominis ſeruire ·
multo melius ⁊ vtilius ⁊ honeſtius ē ho/
mini priores annos ſuos cōſumere in ſer
uitio dei qꝫ in ſeruitio mundi vel carnis
vel diaboli. Vñ Salomon Prouerb.
v. Ne des inquit alienis honorem tuum
⁊ ānos tuos crudeli · ſcilicet diabolo · ne
forte impleantur extranei viribus tuis · ⁊
labores tui ſint in domo aliena · ⁊ gemas
in nouiſſimis · quando conſumpſeris car
nes tuas ⁊ corp⁹ tuū. Et dicas: Cur de/
teſtatus ſum diſciplinam · ⁊ increpationi
bus non acquieuit cor meū? Nec audi/
ui vocem docentium me ⁊ magiſtris nō
inclinaui aurem meam. Honorē vocat
vel diuinam imaginem vel iuuentutis
florem vel etiam gratiam baptiſmalem ·
Quem iuuenis vendit · dū eum pro pec/
cati voluptate exponit. Sicqꝫ viribus
eius · id eſt · operibus virium anime ⁊ cor
poris implentur extranei · id eſt · delectan
tur ⁊ ſatiant demones a vita eterna alie
ni · ſm illud Oſee. vij. Comederunt alie
ni robur eius ⁊ ipſe neſciuit. Et tunc ge/
mit in nouiſſimis · id eſt · in ſenio vel in ſe/
nectute quando iam pre debilitate ⁊ in/
ſuetudine nihil boni pōt incipere. Ideo
dicit Ouidius in libro de arte. iij. Dum
vires anniqꝫ ſinūt tolerate labores · Iā
veniet tacito curua ſenecta pede · Uetu/
re memores · iā nunc eſtote ſenecte. Sic
nullum vobis tempus abibit iners. Ue/
rum ut dicit Tullius in libro de ſenectu/
te. In ſtudijs laboribuſqꝫ iuuentutis nō
intelligitur quando vel quomodo ſe/
nectus obrepit; Ita ſenſim abſqꝫ ſenſu
etas ſeneſcit · nec ſubito frangit · ſed diu/
turnitate extinguitur. Dicit etiam Ti/
bullus libro. ij. Sepe quidem cani ni/
gros leſere capillos. Hinc ⁊ Ouidius ſi/
ne titulo li. j. Labit occulte · fallitqꝫ vo/
lubilis etas. Et celer admiſſis labit an/
nus equis. Ad hoc etiam eſt vtilis me/
moria mortis · iuxta illud Eccl. vij. Me/
morare nouiſſima tua · ⁊ in eternum non
peccabis. Ut enī dicit Greg. in moral.
libro. xvj. Que ſit carnis ſubſtātia teſtā
tur ſepulcra. Nilqꝫ ſic ad eius deſideri/
um edomandum valet · qꝫ ut quiſqꝫ hoc
qd diligit viuū quale ſit mortuum pen
ſet · hec Greg. Neqꝫ ꝓ ſibi iuuenis blā
diat de lōgiori vita · qm̄ i hac vita mor/
tali non poteſt eſſe niſi ſtulta cōfidentia
Ut enim in proſologion dicit Anſelm⁹
Nihil morte certius · ſed nihil hora mor
tis incerti⁹. Et Ambro⁹. Mors eſt inqꝫt
in iuuenibus in inſidijs · que ſenibus eſt
in ianuis. Unde Seneca ad Luciliū.
Iunior inquit es, quid refert. Incertum
ē quo te loco mors expectet. Itaqꝫ tu il/
lam ī omni loco expecta · Ideo dic Tul/
lius vbi ſupra. Meditatū eſſe debet ab
adoleſcentia · ne mortem negligamus: ſi/
ne qua meditatione nemo trāquillo ani/
mo poteſt eſſe · cum certiſſime ſit morien/
dum · ⁊ quo tempore ſit incertū. Hoc eſt
qd dicit Job. xxiij. Neſcio quādiu ſub/
ſiſtam · ⁊ ſi poſt modicum tollat me fac/
tor meus. Hinc etiam dicitur Eccleſia/
ſtes. ix. Neſcit homo finem ſuum: Sed
ſicut piſces capiuntur hamo · ⁊ ſicut aues
comprehenduntur laqueo · ſic capiuntur
homines ī tempore malo · cum eis extem/
plo ſuperuenerit. Ideo dicit Tullius in
libro de ſenectute. Fruſtra ſperat adole/
ſcens vel promittit ſe diu victurū: Quid
enim ſtultius qꝫ incerta pro certis habe/
re? Quid etiam, qꝫ illa etas multo plu/
res qꝫ ſenect⁹ habet mortis caſus. Faci/
lius enī in morbos adoleſcētes incidūt.

grauius egrotant·triſtius curantur. In hoc etiam melioris conditionis eſt ſenex quia qđ ſperat adoleſcens ipſe conſecutus eſt·ille vult diu viuere·iſte diu vixit. Quãqꝫ mihi quidẽ nec diuturnum videtur quicqꝫ in quo eſt aliquid extremũ cuꝫ enim id aduenerit·tunc id qđ preterijt effluxit· hoc tantum remanet qđ virtute ⁊ recte factis quiſqꝫ ꝯſecutus eſt. Mors etiam contingit adoleſcentibus aduerſãte ⁊ repũgnãte natura·⁊ ideo grauis· ſenibus vero venit tãqꝫ ſponte nulla vi adhibita·⁊ ideo leuis. Sicut ergo poma ab arboribꝰ ſi cruda ſunt vi auellũtur·ſi matura ⁊ cocta decidunt. Sic vis adoleſcentibus vitam aufert·ſenibꝰ maturitas·hec Tullius. Propter hec omnia dicitur Eccleſiaſtes.xij. Memento creatoris tui in die iuuẽtutis tue: anteqꝫ veniat tẽpus afflictionis tue·⁊ appropinquẽt anni de quibꝫ dicas: Nõ mihi placent. Anteqꝫ tenebreſcãt ſol ⁊ lumẽ ⁊ ſtelle ⁊ luna·⁊ reuertantur nubes poſt pluuiã: qñ cõmouebuntur cuſtodes domꝰ·⁊ nutabunt viri fortiſſimi·⁊ ocioſe erũt molẽtes ĩ minuto numero·⁊ tenebreſcẽt vidẽtes ꝑ foramĩa·⁊ claudẽt oſtia ĩ platea ĩ hũilitate vocis molẽtis·⁊ cõſurgẽt ad vocẽ volucris ⁊ obſurdeſcent oẽs filie carminis. Excelſa quoqꝫ timebunt·⁊ formidabũt in via·florebit amygdalus: impinguabitur locuſta·⁊ diſſipabitur capparis ⁊c. Ubi tanguntur etiã icõmoda ſenectutis ⁊ afflictio mortis. Porro đ tertio·ſcꝫ de memoria futuri iudicij· Eccleſiaſtes. xj. poſtqꝫ dixit Salomon· ꝙ in futuro vanitatis arguentur preterita: loquens aſſertiue: ſtatim ſubiũgit loquẽs ironice Letare ergo iuuenis ĩ adoleſcẽtia tua et in bono ſit cor tuũ in diebꝫ iuuentutis tue·et ambula ĩ vijs cordis tui·⁊ ĩ intuitu oculorum tuorũ·⁊ ſcito ꝙ pro omnibus his adducet te deus in iudiciuꝫ. Et quia vie cordis adoleſcentis peruerſe due ſunt vt dictum eſt ſupra· ſcilicet animoſitas iracũda·⁊ voluptas laſciuia·protinus adiungit: Aufer iram a corde tuo et amoue maliciam a carne tua. Malicia ſiquidem culpe·id ẽ·voluptas carnalis amouenda eſt per maliciam pene per caſtigationem carnis· Iuxta illud Eccl.xj. Malicia hore obliuionem facit luxurie maxime.

De inſtitutione coniugalis vite.

Cap·XXXVII·

Quia vero ſicut predictũ eſt in etate adoleſcẽtie maxime ingerere ſolet auctor cõcupiſcẽtie·regendus eſt impetus ille connubij lege·iuxta illud apoſtoli.j·Cor.vij. Propter fornicationes inqt vnuſquiſqꝫ vxorem ſuam habeat·melius eſt enim nubere qꝫ vri. Unde Salomon Prouerb. v. Letare inquit cum muliere adoleſcẽtie tue·id eſt·cum illa quã in adoleſcẽtia tua duxiſti·tam caſte conuerſare· ut aliam non cognoſcas ipſa viuente. Uñ ⁊ paulopoſt. Quare inquit ſeduceris fili mi ab aliena ⁊ foueris in ſinu alterius ſcilicet ei adherendo· cuꝫ tue proprie iũgi poſſis abſqꝫ peccato· Ut enim dicit Augꝰ in li.ix. ſuper Geneſim. Uterqꝫ ſexus propemodũ in ruinam turpitudinis recte excipitur honeſtate nuptiarum vt quod potuiſſet eſſe ſanis officium etiã ſit egrotis remedium. Itaqꝫ iuuenis vel adoleſcens qui pro etatis congruentia coniugium initurus eſt·de coniugali ſtatu inſtruẽdus eſt. Et maxime de tribꝫ: videlicet de ducenda vxore· de ſuſcipienda prole·de regimine domus atqꝫ familie. Super primo in duobus adhibenda eſt diſcretio·ſcilicet in vxoris acceptione conſideranda ſunt duo: ſcilicet qualis ducatur ⁊ qua intẽtione. Ideo inqꝫ qualis·quia bona vxor·ut dicit philoſophus rara auis eſt in terris. Unde Salomon Eccleſiaſtes.vij. Uir inqt vnũ de mille repperi·mulierem ex omnibꝰ nõ

īueni. Ideo dicit Prouerb. xix. Dom⁹
⁊ diuitię dantur a parētibus · a domino
autem proprie vxor prudens. Et in eo-
dem. xxxj. Mulierem fortem quis inue-
niet procul ⁊ de vltimis finibus precium
ei⁹. Propter hoc etiā dicitur in eodem
xviij. Qui inuenit mulierem bonā · inue
nit bonum · ſcilicet qd rarum eſt ⁊ carum
Ideo merito reputanda eſt inuentio · re-
cteq; in eligenda vxore diligens adhibē
da eſt prouiſio · ne contingat errare in eo
qd poſtea non poſſis emēdare. Nam vt
dicit Theofraſtus in aureolo. Nulla eſt
vxoris iam coniūctę probatio · ſed qualiſ
cumq; obuenerit eſt habenda · ⁊ iugiter
retinenda · etiam ſi iracunda · ſi fatua · ſi
deformis · ſi ſuperba · ſi fetida. Et ut di-
cit Fulgentius in libro nicologiarum. j.
Sicut nihil benigna vtilius coniuge · ſic
nihil infeſta crudelius muliere · q̄ꝫtum · n ·
ſapiens pro viri ſalute ſuā opponit ani
mam pignori · tantum maligna ad mor-
tem mariti · etiā vitam ſuam reputat ni-
hili · ergo coniunx q̄ꝫto eſt iure coniūctior
tantum eſt ad morum dulcedine mellea
aut felle malitię toxica: Eſt q̄ppe aut p-
petuale refugium aut perhenne tormen-
tum · hęc Fulgentius. Bona ſiquidem
vxor virum mitigat iratum · ⁊ ideo pro-
prie dicitur mulier quaſi molliens herū ·
Unde dicitur Eccl. xxvj. Gratia mulie-
ris ſedule delectabit virum ſuum · ⁊ oſſa
ipſius impinguabit. Errantē quoq; cor
rigit · ⁊ auerſum a deo conuertit · iuxta il-
lud apoſtoli. j. ad Cor. vij · Sanctifica-
tus eſt vir infidelis per mulierem fidelem
Super hoc in beata Cecilia habetur ex-
emplum · q̄ ſponſata mox ſponſum con
uertit ad chriſtum. Vn̄ de tali dicitur
Prouerb. xij. Mulier diligens corona
eſt viro ſuo. Et quoniam hęc ⁊ alia plu-
ra bona facit vxor bona marito · ideo di-
cit Eccl. xxvj. Mulieris bonę beatus vir
Et p⁹. Pars bona mulier bona. Ecō
tra vero dicit alibi ſcriptura. Tria expel
lunt hominem de domo · fumus ſtillicidi

um · ⁊ mala vxor · Hinc ⁊ Eccl. xxv. dicit
Commorari leoni ⁊ draconi placebit q̄ꝫ
habitare cum muliere nequam. Conſi-
derandum eſt etiam qua intentione du-
cenda ſit · vt videlicet non cauſa luxurię
ſed prolis procreandę · vel fornicationis
euitandę. Ut enim dicit Aug⁹. in libro
de bono coniugali. Decus ꝯiugale ca-
ſtitas eſt procreandi · ac fides reddendi
carnalis debiti. Super hoc exemplum
habetur in Tobia iuniore: cui dictum
eſt ab angelo · ſicut legitur Tobię. vj.
Hi qui coniugium ita ſuſcipiunt · ut de-
um a ſe ⁊ a ſua mente excludant · ⁊ libi-
dini ſuę vacent · ſicut equus ⁊ mulus in
quibus non eſt intellectus · in his habet
poteſtatem demonum: Tu autem cum
acceperis eam per tres dies continēs eſto
ab ea ⁊c. Et poſt ibidē. viij. legitur eūdē
Tobiam in oratione ſua dixiſſe domi-
no: Tu ſcis domine quia nō luxurię cau
ſa accipio ſororem meam · ſed ſola poſteri
tatis dilectione in qua bn̄dicatur nomē
tuum in ſecula ſeculorum. Similiter in
vxoris cohabitatione duo ſunt atten-
denda · ſcilicet qualiter diligenda ſit · et
qualiter tractanda. Diligenda eſt enim
pudice tanq̄ꝫ vxor · non tanq̄ꝫ adulte-
tera · ſicut alias dictum eſt ſupra: Iuxta
illud Sexti pythagorici in ſententijs ·
Adulter inquit eſt ī vxorē propriā ama-
tor ardētior. In aliena quippe vxore tur
pis eſt omnis amor in ſua minus. Sup
hoc narrat exemplum Hieronymi⁹ cō-
tra Iouinianum. Refert inquit Sene-
ca ſe cognouiſſe quendam hominem or-
natum qui exituras in publicum faſcia
vxoris pectus colligabat · ⁊ ne puncto q̇-
dem horę pręſentia eius carere poterat.
Potionem quoq; nullam niſi tactus
alterius labris vir ⁊ vxor hauriebant · et
alia non minus inepta ī quę improuida
vis ardentis amoris erumpebat facie-
bant. Origo quidem amoris honeſta
erat · quia ſcilicet coniugalis · ſed ma-
gnitudo deformis. Nihil autem cauſę

¶ Filiorum regalium

intereſt ex q̄ honeſta tam quis inſaniat.
Sapiens ergo iudicio debet amare con
iugem nō affectu. Nihil enim ē fedius q̄z
vxor ē amare quaſi adulteram. Sz o rem
improbam· idem illis pudicitiam p̄ci-
piunt qui ⁊ auferunt: Itaqꝫ cito eiuſmo-
di nuptias ſoluit ſacietas· hec Hieroꝰ.
¶ Tractare quoqꝫ debet eam hono-
rifice ⁊ caſte· ſm illð apoſtoli Heb. xiij.
Honorabile ſit connubium in omnibꝰ
⁊ thorus immaculatꝰ. Honorifice inq̄z
debet illam tractare· ſcilicet ut non habe-
at illam vilem q̄ſi famulam · ſed honora-
bilem quaſi ſociam. Propter hoc enim
dicitur mulier non facta eſſe de capite vł
pedibus viri· ſed de latere vt per hͦ detur
intelligi qð nec domina nec ancilla ſed
ſocia debet eſſe. Caſte quoqꝫ debet illā
tractare ſcilicet ut nec loco nec tempore
nec modo indebito velit cum ea carnalē
copulam exercere· Vn̄ dicit Petrus in
j. iij. Viri cohabitate vxoribus veſtris
ſm ſcientiam quaſi in infirmiori vaſculo
muliebri impartientes honorem tanq̄z ⁊
coheredibus gratie veſtre. ¶ Secun
do ī quo debet inſtrui ſcilicet de prolis
ſuſceptione: ſciendum· ꝙ ad hoc p̄ci-
pue debet tendere ⁊ in eius acceptione ⁊
in eius carnali cohabitatione ſicut dictū
eſt ſupra de Thobia iuniore· quoniam
hec prima ⁊ p̄cipua fuit cauſa in matri
monij īſtitutiōe· ſcriptura dicente Gen̄.
j. Maſculum ⁊ feminam creauit eos·
benedixitqꝫ illis deus· ⁊ dixit: Creſcite et
multiplicamini ⁊c. ⁊ poſt in ſequenti ca.
Non eſt inquit bonum hominem eſſe ſo
lum· faciamus ei adiutorium ſimile ſibi
ſcilicet ad procreationē liberorū. Itaqꝫ
ſicut dicit Augꝰ. contra Fauſtum. Lex
eterna conſeruando naturali conſulens
ordini non ut faciande libidini ſeruiatur
ſed ut ſaluti generis proſpiciat̃ ad prolē
tantummodo propagandam mortalis
carnis delectationem dominatu ratiōis
in cōcubitu ſinit relaxari. Vnde ⁊ Abra
am nature ordinem ſeruans etiam cum
ancille commiſceret̃· nihil aliud agebat
niſi ut homo naſceretur· hec Augꝰ. In
prole ḡ ſicut dicit idē Augꝰ. ſup Gene-
ſim· recte attenditur ut amanter ſuſci-
piatur· benigne nutriatur· religioſe edu-
cetur. De dilectione bone vxoris ⁊ plis
intelligitur illð Salomonis Prouerb.
v. Cerua chariſſima ⁊ gratiſſimꝰ hinnu-
lus· hoc eſt: Illa coniūx chariſſima tibi
habeatur que ſic fornicatores ſicut cer-
ua ſerpentes proſequitur· et filius ex il-
la natus caſtitatis amator ſit tibi gratiſ-
ſimus· qui ad modum hinnuli ad bona
eſt agilis viſu fidei proſpicax· v̓tutū va-
rietate diſtinctus. De his autem ac ce-
teris que pertinēt ad bona coniugij ple-
nius dictum eſt ſuperius in ſecūdo huiꝰ
operis libro vbi actū eſt de reuerētia hu-
ius ſacramenti. ¶ Porro de tertio in
quo debet adoleſcens nupturus inſtrui·
hoc eſt de regimine domus ac diſpenſa-
tione familie ſue· perſonarum ac rerū fa-
miliarium: ante omnia ſciendum· ꝙ bo-
nus paterfamilias domum ſuam totāqꝫ
familiam ſuis vtiqꝫ bonis moribus ⁊ ac-
tibus potiuſq̄z varijs ac precioſis mate-
riebus aut ſpeciebus illuſtrat ⁊ ornat· ſi-
cut etiam ex phoꝝ dictis liquido cōſtat
Verbi gratia. Tullius de officijs li. j.
Ornāda eſt dignitas domo · non ex do
mo tota dignitas q̄renda eſt· nec domo
dn̄s· ſed domino domus honeſtanda eſt
Item Seneca in libro de. iiij. virtutibus
cardinalibus. Nec dominum velis eſſe
notum a domo· ſed domum a domino.
Idem ad Luciliū epiſtola. v. Qui do-
mum intrauerit nos potius miretur q̄z
ſupellectilem noſtram. Magnus ille eſt
qui fictilibus ſic vtitur quomodo argen
to· nec ille minor eſt qui ſic argēto vtitur
quomodo fictilibus· hec Seneca. Econ
tra vero dicit Tullius Saluſtio. Non
eſt quicq̄z turpius domui tue q̄z tuipſe.
Verū ut dicit Valerius maximus li. ij.
Quid prodeſt foris eſſe ſtrenuū ſi domi
male viuit̃? Quoꝝ enī opa ſplēdorē ſu-
um ꝑcul obtinuiſſe videntur· eorum di-
gnitatem indignū eſt ac deforme domi

collabi. Circa perſonas debet attendere vt domeſticos diligat ⁊ promoueat. iuxta illud apoſtoli .j. Thimoth. v. Si quis ſuorũ ⁊ maxime domeſticoꝝ curã non habet. fidem negauit. ⁊ eſt infideli deterior. Et illud Eccl. iiij. Noli eſſe q̃ſi leo in domo tua. euertẽs domeſticos tuos. Extraneos autem hilariter ac curialiter recipiat. Iux illud apoſtoli Ro. xij. Hoſpitalitatẽ ſectãtes. Et illud Heb. xiij. Charitas fraternitatis maneat ĩ vobis. per hanc enim placuerunt quidam angelis hoſpitio recepti. Hinc ⁊ Tulli⁹ vbi ſupra. In domo inquit hominis cari hoſpites multi recipiendi ſunt. ⁊ admittenda hominum multitudo cuiuſq; generis. atq; adhibenda eſt cura largitatis. aliter nimirum ampla domus domino fit dedecori. ſi eſt in ea ſolitudo. ⁊ maxime ſi ſub alio domino ſolita eſt frequẽtari. Odioſum eſt enim cũ a pretereuntibus dicitur: O domus antiqua. heu q̃ diſpari domino dominaris. Idẽ in li. ij. Decorum eſt inquit valde domos illuſtrium virorũ illuſtribus hoſpitibus patere. hec Tullius. Et vocantur illuſtres viri nõ modo diuitijs ⁊ potentia vel honore ſeculi prediti. ſed magis iuſticia et bonitate conſpicui. etiã ſi pauperes ſint ⁊ abiecti. Vñ Lactantius in libro de vero cultu. Non inquit illuſtribus. id eſt. diuitibus ac potentibus in ſeculo debet patere domus iuſti ⁊ ſapientis. ſed humilibus ⁊ abiectis. Nihil enĩ eſt a viro iuſto faciendum qđ non ſit beneficiũ. Beneficium autem ſi refertur interit ac finitur. hec ille. Cui ꝯſonat illud in euangelio. dictum a domino Luc. xiiij. Cũ facis prandium aut cenã noli vocare amicos tuos neq; vicinos diuites. ne forte ⁊ ipſi reinuitẽt te ⁊ fiat tibi retributio. ſed cum facis conuiuium voca pauperes. debiles. cecos. claudos. ⁊ eris beatus. quia non habent vnde retribuẽt tibi. retribuetur enim tibi in retributione iuſtorum. Deniq; circa rei familiaris adminiſtrationẽ inſtruendus eſt ut res ipſas ſiue poſſeſſiones temporales ſollerter ac fideliter multiplicet. caute conſeruet. prudenter diſpenſet.

De illo qui voluerit continere. Cap. XXXVIII.

Porro ſi aliquis adoleſcentium inſpiratus a deo voluerit continere vel etiam religionem ingredi. nõ debet a parentibus ꝓhiberi. Iux illud Salomonis Prouerb. iij. Noli prohibere bene facere eum qui poteſt. ſi vales ⁊ ipſe bñfac. Vt enĩ ait apoſtolus .j. Cor. vij. Bonum eſt homini mulierẽ non tangere. Et paulo poſt Volo aũt inquit omnes homines ſicut meipſum eſſe. id eſt. virgines. Sed forte obijciet aliquis ſicut refert Hiero⁹ li. j. contra Iouinianum: Si omnes inquit virgines fuerint. quomodo ſtabit genus humanũ. At inquã. Noli metuere. ne omnes fiant virgines. quia res difficilis eſt virginitas. ⁊ ideo rara. Si omnes eſſe virgines poſſent. nunq̃ domin⁹ diceret. qui poteſt capere capiat. hec Hiero⁹. Illis ergo qui commode valent ⁊ volũt continere non expedit nubere ſed potius ſic ꝑmanere. iuxta illud apoſtoli vbi ſupra: Bonum eſt illis ſi ſic permanſerint ſicut ⁊ ego. Et hoc propter duo. videlicet propter gloriam virginitatis. ⁊ propter incommoda vite coniugalis. Virginitas enim meriti ⁊ premij magnam ꝑrogatiuam non ſolum habet nunc in nouo teſtamento. ſed etiam habuit quondam in veteri iam humano genere multiplicato. Vñ Hiero⁹. ad Euſtochium. Olim inquit benedictio ſola liberorum erat vbi adhuc orbis vacu⁹ eſſet. paulatim vero ſegete increſcente meſſor immiſſus eſt. Itaq; virgo fuit Helias. virgo Heliſeus. virgines quoq; multi filij ꝓphetaꝝ. Hieremias etiã ꝓpinq̃ captiuitate vxorẽ ꝓhibet᷑ accipe. Idipſũ ⁊ alijs v̲bis loquit᷑ ap̃lus dicẽs: Tẽpus breue eſt. reliquũ eſt ut hi qui habent vxores

ſint tãq̃ nõ habentes· hec Hieronym⁹.
Sic Joſeph ⁊ beata virgo ſe habuerũt
qui licet matrimonio coniuncti tamẽ vir
gines pariter manſerunt· Vñ idẽ Hie
ro⁹ contra Heluidiũ. Tu inq̃t Mariã
dicis virginẽ non permanſiſſe: Ego mi
hi plus vendico etiã Joſeph virginẽ ꝑ
Mariã fuiſſe vt ex ỽginali ꝯiugio naſce
ret' filius ỽgo·et cũ Maria ỽgo ꝑmãſit
q̃ domini pr̃ appellari meruit· hec Hie
ro⁹. Johannem quoq̃ pre ceteris aplis
dilectum volentez nubere dominus vo
cauit de nuptijs·ut ipſum virginem vir
go ſequeretur ac prerogatiuaz acciperet
in premio virginitatis·de qua ſcilicet ꝑ
rogatiua plenius dicetur infra. ¶ Por
ro incõmoda nuptiarum multa ſũt
⁊ a multis bonis impediunt. ¶ Primo
quidem a ſeruitio dei propter ſollicitudi
nem ſeculi·iuxta illud apoſtoli.j. Cori.
vij. Qui ſine vxore eſt ſollicitus eſt q̃ ſũt
domini·quomodo placet deo. Qui aũt
cum vxore eſt ſollicitus eſt que ſũt mũdi
⁊ diuiſus eſt. Propter hoc etiã in occi
dentali eccleſia miniſtri in ſacris ordini
bus conſtituti prohibentur nubere· vt
dei ſeruitio libere poſſint vacare. De
hinc etiam impedit a ſtudio ſapientie·ꝓ
pter qḋ ⁊ antiqui phi maluerunt contiue
re q̃ʒ nubere. Vñ Hiero⁹ contra Io
uinianũ. Epicurus etiam inquit volup
tatis aſſertor raro dicit ſapiẽtibus ineũ
da eſſe coniugia·quia multa nuptijs ad
mixta ſunt icõmoda. Graue quoq̃ eſſe
viro ſapienti venire in dubium vtrum
bonam aut malam ducturus ſit. Fer
tur ⁊ Aureolus theophraſti liber de nu
ptijs in quo querit·an viro ſapienti vx
or ducenda ſit: Et cum definiſſet ſi pul
cra eſſet·ſi bñ morigerata· ſi honeſtatis
parẽtib⁹·ſi ipſe quoq̃ ſanus ac diues ſit
ſapientem·aliq̃n matrimonium inire ſta
tim intulit·hec rara in nuptijs vniuerſa
concordare. Non enim inquit igitur vx
or ducenda ſapienti. Primum enim ex
h̃ patet impediri ſtudia phie· nec poſſe
quẽq̃ libris ⁊ vxori pariť inſeruire. Mul
ta etiam poſſe que matronarum vſibus
neceſſaria ſunt·aurum videlicet gemme
variaq̃ ſupellex·ac precioſe veſtes. De
inde per totas noctes contra virum gar
rule queſtiones·illa quidez in publicum
ꝓcedit ornatior· hec honoratur ab om
nibus·ego in ꝯuentu feminarum miſella
deſpicior. Cur aſpiciebas vicinã: Quid
cum ancillula loquebaris·de foro veni
ens quid attuliſti: Deniq̃ alterius amo
rem ſuum odium ſuſpicatur· Attẽden
da eſt ſemper ei⁹ facies·⁊ pulcritudo lau
danda·ne ſi alteram aſpexeris ſe eſtimet
diſplicere. Vocãda eſt domina·celebrã
dus natalis eius·iurãdũ per ſalutem il
lius·⁊ ut ſit ſuperſtes orandum·honorã
da nutrix eius ⁊ gerula·ſeruus·patronus
⁊ alumnus ⁊ formoſus aſſecla ⁊ procura
tor calamiſtratus ſub quibus nominib⁊
adulteri deliteſcunt. Si totam ei domũ
regendam commiſeris ſeruiendum eſt.
Si aliquid arbitrio tuo reſeruaueris fi
dem ſibi haberi non putabit·⁊ in odium
vertetur ac iurgia·⁊ niſi cito conſulueris
an⁹ venena parabit· Aurifices ⁊ inſtitu
tores ſericarum veſtium ſi intromiſeris
periculum eſt pudicitie. Si vero prohi
bueris iniuria ſuſpitionis· Verũ quid
prodeſt etiam diligẽs cuſtodia cum vx
or ſeruari impudica non poſſit pudica
non debeatur. Infida enim cuſtos eſt ca
ſtitatis neceſſitas. Et illa vere pudica di
cẽda eſt cui licuit peccare ꝫ noluit. Pul
cra cito adamatur·feda facile ꝯcupiſcit·
Difficile cuſtodit' qḋ plures amãt. Mo
leſtum eſt poſſidere qḋ nemo habere di
gnetur: Minore tamẽ miſeria deformis
habetur q̃ʒ formoſa ſeruatur. Nihil tu
tum eſt in quo totius populi vota ſuſpi
rant·alius forma· alius ingenio·ali⁹ fa
ſcenninis·alius liberalitate ſollicitat· ali
quo modo expugnatur qḋ vndiq̃ laceſ
ſitur· Q̃ ſi propter diſpenſationẽ dom⁹
⁊ lãguoris ſolacia ⁊ fugam ſollicitudinis
ducũť vxores: multo meli⁹ ſeruus fide
lis diſpẽſat obediens auctoritati dñi·⁊
diſpoſitiõi ei⁹ obtẽperãs·q̃ vxor q̃ ĩ eo

ſe eſtimat dominaʒ ſi aduerſus viri faci/
at voluntatem ·id eſt· qđ placet non qđ
iubetur· Aſſidere aūt egrotāti magꝭ poſ/
ſunt amici vernule beneficijs obligati q̄ꝫ
illa que nobis imputet lachrymas ſuas
⁊ hereditatis ſpe vendat ingluuiem · et
ſollicitudinem iactans languentis ani/
mum conturbet. Qꝫ ſi languerit coegro/
tanduʒ eſt· ⁊ nūq̄ꝫ ab eius lectulo recedē
dum· Aut ſi bona fuerit ⁊ ſuauis vxor q̄
tamen rara auis eſt·cum parturiente ge/
mimus· cuʒ periclitante torquemur. Sa
piens autē nūq̄ꝫ ſolus eſſe poteſt ·habet
enim ſecū omnes quicūq̄ꝫ ſunt·quicūq̄ꝫ
fuerūt boni ·⁊ animū eoꝝ quocūq̄ꝫ vult
tranſfert. Nunq̄ꝫ minus ſolus erit q̄ꝫ cū
ſolus fuerit Porro cauſa liberoꝝ vxorē
ducere·ut vel nomē noſtrū non intereat·
vel habeamus ſenectutis p̄ſidia·⁊ certis
vtamur heredibꝫ ſtolidiſſimū eſt. Quid
enim ad nos pertinet recedentes e mūdo
ſi nomine noſtro alius nō vocetur · cum
⁊ filius non ſtatim patris vocabulum re/
ferat·⁊ innumerabiles ſint qui eodem ap
pellantur nomine· aut que ſenectutis au
xilia ſunt nutrire domi qui aut prior te
forte moriatur·aut peruerſis moribus ſit
aut certe cum ad maturam etatem vene/
rit tarde ei videaris mori. Heredes autē
meliores ⁊ certiores ſūt amici ⁊ ꝓpinqui
q̇s iudicio eligas q̄ꝫ q̇s velis nolis habe
re cogaris·licet certa hereditas ſit. Meli
us eſt dum viuis bene vti ſubſtantia tua
q̄ꝫ tuo labore queſita in incertos vſus re/
linquere·hec ⁊ huiuſmodi Theofraſtus
diſſerens quem non ſuffundat chriſtia/
norum quorum conuerſatio in celis eſt.
Cicero quoq̄ꝫ rogatus ab Hircio ut pꝰ
repudium Terentie ſororem eius duce/
ret·omnino facere ſuperſedit·dicēs ſe vx/
ori non poſſe ⁊ phie pariter operam da/
re. Georgias rhetor librum pulcerrimū
de concordia grecis tunc inter ſe diſſidē/
tibus recitauit Olympie · Cui Melāci/
us inimicus eius·hoc vobis īquit de cō/
cordia precipit qui ſe ⁊ vxorem ⁊ ancillu/
lam tres in vna domo concordare nō po
tuit·emulabatur quippe vxor eius ancil
le pulcritudinem·⁊ caſtiſſimū virū quo/
tidianum iurgijs exagitabat. Nota de/
niq̄ꝫ amoris vxorie īſectatio apud Pla
tonem poſita eſt · ⁊ omnia eius incom/
moda lyſias explicat·ꝙ non iudicio ſed
furore ducatᷣ vxor·⁊ maxime vxoris pul/
critudinis grauiſſimus accubet cuſtos.
hec Hieroꝰ. Porro ſicut refert Vale/
rius maximꝰ. Socrates ab adoleſcētulo
conſultus vtruʒ vxorem duceret· an ab
omni matrimōio ſe abſtineret: reſpōdit:
vtrū horum feciſſet ipſum penitentiam
acturum. Nam hinc te inquit ſolitudo
ibi te orbitas excipiet. Hinc generis in/
teritus·illic heres alienus·illic perpetua
ſollicitudo contextus querelarum dotis
ex comprobatio affinium graue ſuperci/
lium garrula ſocrꝰ lingua·ſucceſſor alie·
ni matrimonij incertus·liberorum euen/
tus·hec Valerius. Deniq̄ꝫ ſicut dicit et
Ouidius in libro methamorph .i. Im/
minet exitio vir coniugis illa mariti·
Filiꝰ ante diem patrios inquirit in an/
nos vel honores. Cui conſonat illud ꝓ/
pheticum. Michee. vij. Ab ea que dor/
mit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui·
quia filius contumeliam facit patri·filia
conſurgit aduerſus matrem ſuam ·nurꝰ
contra ſocrum ſuam·⁊ inimici hominis
domeſtici eius. Hec de incōmodis con/
iugalis vite·propter que multi ſapientū
ut dictum eſt refugerunt nubere. Verū/
tamen quia difficilis·⁊ ideo rara eſt ſin/
ceritas pudicitie coniugalis·ī quibuſdā
⁊ maxime in antiquis patribus apud de/
um videtur equiparari ſtatui vel merito
virginitatis. Unde Aug. in libro de bo/
no coniugali. Illi inquit etiam ſiqui for
te nunc inueniuntur qui non in connu/
bio querunt nec appetūt· niſi tantum id
propter qđ nuptie inſtitute ſunt coequa
ri ſanctis patribus non poſſunt qui ope
ri nuptiali ad propagationē intenti ſūt.
In iſtis enim qui nunc ſuut carnale eſt
ipſum deſiderium filiorum·in illis auteʒ
ſpirituale erat·quia ſacramēto illiꝰ tpis

congruebat. eademqꝫ vna charitatis nūc ſpūaliter ⁊ tūc carnalit̄ ꝓpter matrē noſtraꝫ hieruſalem erant filij ꝓpagandi ⁊ ꝟtutes q̇dē ai aliq̄n ī opꝫ patēt aliq̄n habitu latēt. Quo circa ſic nō eſt impar meritū patiētię in Petro q̇ paſſus eſt. et in Jobe q̇ paſſus nō fuit. Sic nō eſt impar continētię meritū in Johāne q̇ nullas expertꝰ eſt nuptias. ⁊ in Abraā qui filios generauit. Siquideꝫ ⁊ iſtiꝰ cęlibatꝰ ⁊ illiꝰ ꝯnubiū chriſto militauerūt ꝑ diſtributione tempoꝝ. ſed cōtinentiā Johes ī opere tenebat. Abraā vero in ſolo habitu habebat. Res igit̄ ipſas ſi cōparemꝰ nullo modo dubitandū eſt cōtinētię caſtitatē eſſe meliorē q̄ꝫ caſtitatē nuptialē. Hoīes vero cū inter ſe cōpamꝰ ille melior eſt qui bonum amplius habet q̄ꝫ aliꝰ Meliꝰ eſt etiā oīa bona vel minora tenere q̄ꝫ magnū bonū cuꝫ magno malo habere. Nā ⁊ in bonis corporib; meliꝰ ē habere ſtaturam ȥachei cum ſanitate q̄ꝫ ſtaturam Golie cū febre. hec Aug. Et hęc ad pręſēs de adoleſcētiū regimine ac diſciplina ſufficiant.

¶ De puerilibꝰ euacuādis in virili ętate. Cap. XXXIX.

Cum aute ꝑ ętatū priorū gradus ad virilē ſtatum acceſſerint. tūc quidē oportet implere qꝺ dicit aplꝰs. j. Corꝫ. xiij. Cū eſſem paruulus loquebar ut paruulꝰ cogitabā vt paruulꝰ. ſapiebam vt paruulus. qn̄ aūt factus ſum vir euacuaui q̄ erāt paruuli. ¶ Siquidem licet in morib; puerorū quędā ſunt laudabilia. ⁊ ob h̄ imitanda plurima inde nihilominꝰ etiā ſūt vitāda Nam imitanda quidē eſt in eis innocentia. ſm̄ illud apoſtoli. j. Corꝫ. xiiij. Malitia inquit paruuli eſtote. ſenſib; aūt ꝑfecti. Imitāda eſt etiam hūilitas. ſm̄ illud verbū dn̄i Math. xviij. Quicūqꝫ īquit hūiliauerit ſe ſicut paruulꝰ iſte. h̄ eſt maior in regno cęloꝝ. Imitāda eſt iteꝝ vitę puritas ſiue caſtitas. Obhoc. n. poſt cōmēdationē caſtitatis oblati ſunt ei paruuli ⁊ benedixit eis. ut legit̄ Math. xix. Porro vitāda ſūt in eis ea q̄ ꝓprie dicunt̄ puerilia. Verbi grā. Mōſtruoſum eſt ⁊ aboīabile hoīem iam virū vel ſeneꝫ mām̄illā ſugere. multoqꝫ magis pueriles mores retinere. Hoc eſt enī qꝺ odit dn̄s ſcꝫ ſenē fatuuꝫ. vt legit̄ Eccl. xxv. Hinc etiā dicit̄ Eſaię. lxv. Puer centū annoꝝ morieт̄. ⁊ peccator cētuꝫ annorum maledictus erit. Sicut enim peius eſt beſtialem eſſe q̄ꝫ beſtiaꝫ. quia beſtiam eſſe eſt a natura. beſtialē ex vitio. ſic peius eſt puerilem eſſe q̄ꝫ pueꝝ. Vn̄ Seneca ad Luciliu m epl'a. iiij. Tenes inquit memoriam q̄ꝫtū gaudiū ſenſeris cū pręterta poſita virilē togā ſūpſiſti ⁊ in forū deductus es Maius expecta cū puerilē animū depoſueris. ⁊ te in viros ꝑhię trāſtuleris. adhuc enī nō pueritia. ſ; qꝺ ē grauiꝰ puerilitas remanet. ⁊ h̄ quidē peiꝰ eſt qꝺ habemus auctoritatē ſenū. ſed vitia puerorū. nec pueroꝝ tm̄ ſed infantium: Illi leuia hi falſa formidāt nos. vtraqꝫ. hęc Seneca. ¶ Euacuanda ergo ſūt puerilia viro. ſicut teſtat̄ apl'us de ſeipſo. videlicet pueriliter loqui. h̄ eſt ſine premeditatiōe ac iudicio ⁊ deliberatione. Nam ecōtra dicitur de viro iuſto qꝺ diſponit ſermones ſuos ī iudicio. Et alibi. Os iuſti meditabitur ſapiētiā. ⁊ lingua eius loquet̄ iudicium. Item pueriliter cogitare ſcꝫ de ſolis pręſentib; ⁊ nō de futuris ꝓuidere. iuxta illud Deut. xxxij. Utinā ſaperēt ⁊ intelligerent ac nouiſſima prouiderent. Vn̄ ⁊ dicit̄ Prouerb. vj. Vade ad formicam o piger ⁊ cōſidera vias eius. ⁊ diſce ſapientiam quę cum nō habeat ducem. nec pręceptorem. nec principē. parat ſibi ęſtate cibū. ⁊ ꝯgregat in meſſe qꝺ comedat. Hinc ⁊ Eccleſiaſtes. iiij. Melior ē puer paup ⁊ ſapiēs rege ſene ⁊ ſtulto q̇ neſcit pręuidere in poſteꝝ. q̄ꝛ ⁊ de carcere cateniſqꝫ interdum quis egrediatur ad regnum ⁊ alius natus in regno inopia conſūmatur. Iteꝫ pueriliter ſapere qꝺ ē temporalia ſpiritualibꝰ pręferre. ſicut pueri poma vel huiuſmodi minima ſolent

plusq̄ hereditatem suā diligere. Unde
dicitur ab eodem apostolo .j. Cor.xiij.
Nolite pueri effici sensib⁹. Tales enim
assimilantur Esau qui dedit primoge-
nita sua pro vili lentis edulio. sicut legit
Geñ.xxv. Hec itaq̄ tria merito se dicit
aplus euacuasse scilicet pueriliter loqui
cogitare sapere. ¶ Deniq̄ puerorū
vitia quedam sunt ꝓpria ⁊ ob hoc euacu
anda siue vitanda. ¶ Primū est stulti
tia. de qua dicitur Prouerb.xxij. Stul
titia colligata est ī corde pueri. ꝓpter qđ
ut dictum est dicit apostol⁹. Nolite pue
ri effici sensibus. ¶ Secundū est īmū-
ditia. ut in luto sedere vestes deturpare
⁊ huiusmodi. Sic faciūt viri vel senes ī
vitijs commorantes. iuxta illud Hiere.
xlviij. Fertilis fuit Moab ab adolescen
tia sua ⁊ requieuit in fecibus suis ⁊c. ¶
¶ Tertium est incōstantia. de qua di-
citur Prouerb.xxix. Puer qui dimitti-
tur voluntati sue confundit matrē suam
Tales sunt qui modo volūt vnū. modo
aliud. ſm illud Prouerb.xiij. Vult et
nō vult piger. Hodie siquidē aggrediū
tur viam paradisi. cras viā inferni. vna
die edificant. vna die destrunt. iuxta il-
lud horatij ī li. eplaꝝ Qđ petijt spnit. re
perit qđ nuper omisit. Estuat ⁊ vite dis-
cōuenit ordīe toto. Diruit edificat mu-
tat q̄drata rotundis. Hoc est qđ dicit
Salomon Prouerb.xv. Cor stultorū
dissimile erit. s. sibi ipsi. Ideo dicit Cato
Sperne repugnādo tibi tu cōtrari⁹ esse.
Conueniet nulli qui secum dissidet ipse.
¶ Quartū est inuerecundia. qua scilicet
pudenda sua denudāt. ⁊ similia. Sic fa-
ciunt qui peccata sua pudenter publicāt
ſm illud Esaie.iij. Peccatum suū qua-
si sodoma predicauerunt. nec abscondē-
runt. ¶ Quintum ē puerilis amor quo
concupiscere solent pulcra etiam nociua
ut carbonē ardentem. vel gladiū ⁊ simi
lia. Sic faciunt qui pulcritudinē carna
lem vel mundanam videntes statim cō-
cupiscūt. nō attendētes. qđ ait Hiero⁹.
ꝙ species mulieris est quasi gladi⁹ igne-
us. iuxta illud Ecci.ix. Propter speciem
mulieris multi perierunt. ⁊ ex hac concu-
piscentia quasi ignis exardescit. Hinc et
illi seni dierum malorum inueterato. di-
citur Daniel.xiij. Semē Chanaan ⁊ nō
iuda. species decepit te. ⁊ concupiscētia
subuertit cor tuū. Ideo dicit Salomō
Prouerb.j. Vsquequo paruuli diligitis
infantiam. ⁊ stulti ea que sibi noxia sunt
cupiunt. ⁊ ꝑudētes odibunt sciētiam?
Et Seneca ad Luciliū epistola.xxxviij.
Numera inquit annos tuos ⁊ pudebit
ea velle q̄ puer volueras. Hinc ⁊ Mar-
tialis coqu⁹. Heu inquit nostri male cō
putantur anni. Infantes sumus ⁊ seni
videmꝰ. Non ē viuere sed valere vita est.
¶ Sextus est puerilis timor quo timēt
etiā falsa plus q̄ vera. ut socios laruā-
tos plus q̄ malignos. ⁊ leuia magis q̄
grauia. ut virgam matris plus q̄ gladi-
um hostis. Sic ⁊ illi faciunt qui vanita-
tem diligunt. Nam ex amore vano seqt̄
vanus timor. ſm illud ps. Posuisti fir-
mamentum eius fortitudinem. Vñ et
alibi. Illic enim inquit trepidauerunt ti-
more vbi nō erat timor. Cōtra qđ dicit
Esa.viij. Timorem eoꝝ ne paueatis. sed
dñs exercituū ipse sit pauor vester. ⁊ ipse
timor vester. Et iterum .li. Nolite inquit
timere opprobriū hominum. ⁊ blasphe
mias eorum ne timeatis: Sicut enim ve
stimentum sic comedit eos vermis. ⁊ sic
lanam sic deuorabit eos tinea. Et iterū.
Quis tu inq̄t ut timeres ab homine mor
tali. ⁊ a filio hominis qui quasi fenū ita
arescet ⁊ oblitus es dñi factoris tui? ⁊c.
Hinc etiā Mathathias filios suos ex-
hortās .j. Machab.ij. A verbis inq̄t vi-
ri peccatoris ne timueritis q᷑ gloria eius
stercus ⁊ vermis est. hodie extollit̄ ⁊ cras
nō inuenietur. Et dñs ī euāgelio Math.
x. Nolite inquit timere eos qui occidunt
corpus. animā autem nō possunt occide
re. sed potius eū timere qui potest animā
⁊ corpus perdere in gehēnam. Et reuera
quia non timent vbi maxime est timēdū:
recto iudicio sequitur ut timeant vbi nō

eſt timendū. Unde phs. Deū inquit time ⁊ omnia que timebūt te. at omnia timebis. ſi deum nō timueris.

Qr iure preterita debet recolere ⁊ pſentia attendere. Cap. XL.

DEniqȝ quia vir a virtute nominat᷑. qui ad etatē virilem accedit. ſtudeat eſſe qđ dicitur. Nam ut legitur Eſaie .xiij. Precioſior erit vir auro. Et qm̄ etas illa fortior eſt ceteris. ⁊ inter pueritiā ⁊ ſeniū velut ī meditullio. ut ſit animal oculatum intus ⁊ añ ⁊ retro. debet pterita recolere. futura prouidere. ac pſentia nihilominus attendere. iuxta illud Senece in libro de virtutibus. Tribus inquit tempoꝛib⁹ anim⁹ tuus diſpenſetur. pſentia ordina. futura puide. preterita recordare. Hinc ē etiā illud Deut. xxxij. Utinam ſaperēt ⁊ intelligerent ac nouiſſima prouiderent.

Recolat ergo pterita ſcȝ mala ⁊ bona. ſiue miſerias ⁊ bñficia. Miſerias inqȝ penarū ⁊ etiā culparū. Nā vtraqȝ miſeria ſcȝ pene ⁊ culpe initiū habet ab ipſa hominis origine: Idcirco vir nobilis ad repreſſionem elationis ex ipſa nobilitate ſurgentis recolat originis pprie miſeriaȝ ⁊ immūdiciam. exemplo ſapiētis in li. ſapientie. vij. dicentis: Sum quidē ⁊ ego mortalis homo ſimilis omnibus ⁊ ex genere terreno illi⁹ qui prior factus eſt. ⁊ in ventre matris figuratus ſuȝ caro. decem menſiū tēpore coagulatus ſū in ſanguīe ex ſemine hominis ⁊ delectamēto ſomni conueniētis. Et ego natus accepi cōmunem aerē ⁊ in ſimiliter factā decidi terrā. ⁊ primā vocē omnibus ſimilē emiſi plorans. in inuolumētis nutritus ſū ⁊ curis magnis. Nemo. n. ex regib⁹ aliud habuit natiuitatꝭ initiū. hec ille. Et in hoc ſuggillat quorūdā magnatū ſupbiā. qui nec originē ſuā nec finem cogitant. ſed tm̄ pſentem gloriā. Audiāt itaqȝ qđ dic beatus Berū. in libro. j. ad Eugeniū papā. Salubris copula ut cum cogitas te ſūmum pontificē. attendas pariter viliſſimum cinerē. non. quidē fuiſſe ꝫ eſſe. Deniqȝ ſi ſericaȝ ⁊ gēmas ⁊ metalla ⁊ hmōi cūcta quibus ſuffarcinatus incedis. velut quaſdam nubes matutinas velociter tranſeūtes a facie cōſiderationis tue diſſipans exufflaueris. occurret tibi homo nudus ⁊ paup ⁊ miſerabilis ac miſer. homo dolens qđ homo ſit. erubeſcēs ꝙ nudus ſit. plorās ꝙ natus ſit. murmurans ꝙ homo nat⁹ ſit ad laborē nō ad honorem. hō natus de muliere ⁊ ob hoc cū reatu. breui viuens tēpore. ⁊ ob hoc cū metu. replet⁹ multis miſerijs. ⁊ ob hoc cū fletu. hec te cōſideratio tenet in te. nec te auolare ſinit. nec ambulare in magnis ⁊ mirabilib⁹ ſup te. hec Berū. De hac quoqȝ originis hūane miſeria dicit Aug⁹. in li. de ciui. dei. xxj. Quis non exhorreat ⁊ mori eligat ſi ei pponat᷑ aut mors pcipienda aut rurſus infantia. Que quidē quia non a riſu ſed a fletu orditur hāc lucem: Quid maloꝝ ingreſſa ſit pphans qđāmodo neſciēs. Solū qñ natus eſt ferūt riſiſſe ⁊ Zoroaſtem. Nec ei boni aliqđ mōſtruoſus ille riſus portēdit. cū luce artium magicarū inuentor. ⁊ rex Bactrianorum a Nino rege aſſyrioꝝ bello ſuperatus ſit. Deniqȝ ſicut legit᷑ Eccl. xl. Occupatio magna creata eſt omnib⁹ hominibus ⁊ iugū graue ſuper filios Adam. a die exitus de ventre matris eoꝝ vſqȝ ad diē ſepulture in matre omniū. cogitationes eoꝝ ⁊ timores cordis adinuentio expectationis ⁊ dies finitionis a pſidēte ſuper ſedem glorioſam vſqȝ ad hūiliatum in terrā ⁊ cinerē ab eo q vtitur hyacintho ⁊ portat coronā vſqȝ ad eū qui cooperit᷑ lino crudo. Ecce ꝙ nullus excipit᷑ ab illo graui iugo. Qui ergo hec in memoria recolit. miſeriā cognoſcēs. humilitateȝ cōcipit. Et ſicut mala pene recolēda ſūt ad ſe humiliādū. ſic ⁊ mala culpe ad penitendū atqȝ dolēdū. ſm illud Ezechie ꝙ legit᷑ Eſa. xxxviij. Recogitabo inquit omnes annos meos in amaritudine aīe

mee· in quib9 duo genera ſūt deflenda·ſ· peccata cōmiſſa ⁊ tēpora pdita. Vn̄ beatus Bern̄. ī quodā ſermone. Paꝝ inqt placet ei vite nouitas qui nondū vetera plāgit peccata·ſ·admiſſa· ⁊ tēpus amiſſū Itaqꝫ peccata recolēda ſūt ad curandū ⁊ emendandū·tēpora vero ad recuperandum. De curatiōe peccatoꝝ dicit Maximian9. Nō intellecti nulla eſt curatio morbi. Cōtra vero dicit Seneca Lucilio. Initiū ſalutis eſt notitia peccati. Et ſicut vigilātis eſt narrare ſomniū·ſic peccata ſua ꝯfiteri ſanitatis eſt indiciū. Idē in agomēnone. Quē peccaſſe penitet pene innocēs eſt. Vt autē dicit Aug9 in li. de penitētia. Satiſfactio penitētie ē peccatoꝝ cauſas excidere·nec eoꝝ ſuggeſtionibus aditū indulgere. Et ut ait Proſper in libro. ij. de vita contemplatiua. Peccatis diſſimilia ſūt adhibēda remedia· ſicut ex diſſimilibus cauſis veniunt ipſa peccata. Siquidem ut dicit Hiero9. ſuper Marcum. Cuiuſqꝫ vulneris medicina adhibenda eſt ei propria. Nō enim ſanat oculum qđ calcaneum. Ieiunio ſanantur paſſiones corporis·oratione vero ſanāde ſūt peſtes mentis. Hinc de maligno ſpiritu ab homine expulſo dictuꝫ eſt a domino·ꝙ hoc genus nō eijcitur niſi in oratione ⁊ ieiunio. De temporum recuperatione· dicit apoſtolus Eph. vj. Redimentes tempus quoniā dies mali ſunt. Hinc ⁊ Seneca in li. de naturalibus queſtionibus. vij. Obijciat ſibi ſenectus annos inter ſtudia vana cōſumptos· ⁊ damna etatis male exempte labor ſartiat· occupationes reddantur patrimonij longe cura ſaluatur. Si eniꝫ totus animus vacet ⁊ ad contemplationem ſui ſaltem in ipſo fine reſpiciat faciet ac ſibi inſtabit ⁊ quotidie breuitatem temporis metiens·quicquid amiſſum eſt diligēti vite preſentis vſu recolliget· Fideliſſimus enim eſt ad honeſta tranſitus Ex penitētia itaqꝫ iuxta poetaꝫ ·tollim9 ingentes animos ⁊ maxima paruo tempore molimur. Faciamus igit' ⁊ qđ itinere fieri ſolet: Qui tardius eximus velocitate penſantes moram feſtinemus magnūqꝫ op9 abſqꝫ etatis excuſatione tractemus. Creſcit anim9 quotiēs cepti magnitudinē oñdit· ⁊ cogitat q̄tū ꝓpoſito nō q̄tuꝫ ſibi ſuperſit· hec Seneca. Propt' hāc tpis recuperationem dicit Tullius in oratione de Cathilina. Multos audiui ⁊ vidi qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent ſe ad frugem bonā recepiſſe· graues homīes atqꝫ illuſtres fuiſſe. Debet etiam ut dictum eſt recolere beneficia preterita ad retribuendū maximeqꝫ bn̄ficia dei ⁊ parentū. Beneficia inq̄ꝫ dei· de q̄bus dicit beatus Bern̄. ſup pſalmū: Qui habitat. Agamus fratres gratias factori noſtro· benefactori·redemptori·remuneratori noſtro Primum enim qđ nobis preſtitit eſt ꝙ ſumus nos· quoniā ipſe fecit nos. Fecit inq̄ꝫ ⁊ ſm corpus egregiam creaturam ſed magis ſm animam ·utputa imagine creatoris· inſignem rationis partitipem ſempiterne beatitudinis capacē. Porro ſm animū maxime pre ceteris admirandam creaturis ſibi coherentem incōprehēſibili artificio·īueſtigabili ſapiētia cōditori. Porro ī ſecūdo bn̄ficio q̄ꝫ copioſus ·q̄ꝫ liberaliſſim9· q̄ꝫta nobis largit9 eſt ad ſuſtentationem·q̄ꝫta ad eruditionem. q̄ꝫtā ad cōſolationē·q̄ꝫta ex h' iam ad correctionem·q̄ꝫtā etiam ad delectationem: verum hec duo beneficia gratis ⁊ dupliciť impēdit·hoc eſt ſine merito et ſine labore noſtro. Ceterum o homo ingrate ex hociā tertiū opus redēptionis tue attende: Gratis etiam hoc preſtituꝫ ſed gratis qđ ad te pertinet·nō gratis qđ ad illum. Nempe ſaluus factus es ꝑ nihilo ac certe non de nihilo· quid ad hoc dormitat affectio; Imo vero mortua eſt illa non dormit que huic beneficio non reſpondet· que ſe totam in gratiarum actionū ⁊ vocē laudis non effundit. Itaqꝫ fecit te deus tuus·fecit tam multa ꝑpter te·fecit ⁊ ſeipſum propter te·factus eſt ipſe caro vna tecum·te quoqꝫ ſecum faciet

ſpiritū vnū. Nō recedant quatuor hec a corde·non ab ore·non a memoria·nō ab affectione·hec Bern̄. At nos ut idē ali bi dicit in eodem tractatu. Nō attendimus ut minus attendimus reuerentiam presidentis·custodiam protegentis·beneficia largiētis·ingrati gratie·imo tam multiplicibus gratijs·quibus preuenit nos·et ſubuenit nobis. Et nunc quidem per ſe implet ſplēdoribus animas noſtras nūc per angelos viſitat·nūc per homines instruit·nunc etiam per ſcripturas conſolatur et erudit. Quid nos ſolis nobis non aſſumus·et ſoli noſmetipſos negligimus·an quia nobis vndiqꝫ ſubuenit· ideo nobis eſt diſſimulandum·imo vero propterea ſtudioſius eſt vigilandum. Non enim tam magna pro nobis in celo pariter et in terra ſollicitudo gereretur· ſi non magna nobis incumbere neceſſitas videretur·hec Bern̄. Hoc igitur attendens quis dicat cum Dauid: Quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi. Cui ſcꝫ queſtioni reſpōdet Micheas.vj. Indicabo inqt tibi o hō quid ſit bonum·et quid domin⁹ requirat a te·vtiqꝫ facere iudicium et diligere miſericordiam et ſollicitū ambulare cum deo tuo. Beneficia quoqꝫ parentum recolere debet· ut procreationeꝫ educationem·eruditionem et huiuſmodi·ac rependere vicem· ut impleat qđ dicitur Eccl. vij. Honora patrem tuum·et gemit⁹ matris tue ne obliuiſcaris: Memento qm̄ niſi per illos nō fuiſſes·et retribue illis quomodo et ipſi tibi. Verꝫ de hac materia plenius dictuꝫ eſt ſupra. Debet nihilominus attēdere preſētia·videlicet ſtatum proprium·et vanitatem rerum temporalium. In ſtatu proprio debet conſiderare non ſoluꝫ exteriora ſed multomagis interiora. Nā ut dicit beat⁹ Bern̄. in ſermone de capite ieiunij. Miſer homo qui totus pergit in eo que foris ſunt et ignarus interiorum ſuorum putans ſe aliquid eſſe cum nihil ſit·ipſe ſeducit̄ ſiquidem in bonis huiuſcemodi. Preterea dicit pſ. Sicut aqua effuſus ſū· et diſperſa ſūt oīa oſſa mea. Alius quoqꝫ propheta: Comederunt inquit alieni robur eius·et ipſe neſciuit· Attēde ſollerter homo quid diligas·quid metuas· vnde gaudeas vel triſteris·quia totum cor in his quatuor affectionibus exiſtit de quo per prophetaꝫ dominus dicit: Cōuertimini ad me in toto corde veſtro. Que quidē ſpiritualis cōuerſio nequaqꝫ vna die valet perfici·vtinā vel in omni vita qua degimus in hoc corpore valeat conſummari. Ibi ergo attendēda ſūt homini duo· ſcilicet profectus ne deficiat·et defectus ut proficiat. Nam ut dicit beat⁹ Bern̄. Si profectum ſuum homo non intelligit·quomodo đ illo gratias agit? Ideo dicitur.j. Cor.ij. Accepimus ſpiritum qui ex deo eſt·ut ſciamus que a deo donata ſūt nobis. Nam ſi neſcimus ingrati ſumus·ac per hoc fonteꝫ gratie nobis deſiccamus. Vt enī dicit Bern̄. Ad locum vnde exeunt flumina gratiarum·reuertuntur ut iterum fluant. Econtra vero ingratitudo nouerca eſt gratie ſiccās fontem miſericordie. Magis etiam op⁹ eſt nobis defectos noſtros qꝫ profectus attendere·imo profectus ut dicit beatus Greg. oportet quodammodo videndo non videre·videndo ſcilicet ad gratiam̄ actionē· non videre ad elationem. Vn̄ idem Greg. in moral. libro.xxij. Viri ſancti inquit et ſi intelligendo congaudent muneri largitoris·merentes tamen conſiderant debituꝫ operis. Moreqꝫ viatorum non debemus aſpicere qꝫtū iā egimus ſꝫ qꝫtū ſupereſt vt agamus· amplius bona que nondum fecimus qꝫ ea que iam nos feciſſe gaudemus·hec Greg. Hinc etiam beatus Bern̄. ſuper pſalmū: Qui habitat. Hec eſt vtiqꝫ magna virtus et ſūma ſecuritas cum et pie viuis·et tamē plus attendis que tibi deſunt qꝫ que obtinuiſſe videris·oblitus que retro ſunt·et in anteriora te extendens·hec Bern̄. Porro de conſideratione vanitatis rerum dicit̄ Eccleſiaſtes.j. Vidi cūcta

que fiunt ſub ſole. Et ecce vniuerſa vanitas. Recte dicunt vanitas. q₂ nec conferunt plenitudinem cõtinenti. nec fulcimẽtum innitenti. nec ſacietatẽ comedenti. i. pfruenti. Ideo taliũ amatori dicitur in ps. Vt quid diligitis vanitatem ꝛ queritis mendaciũ? Propter hoc igit vanitas attendat ut cõtemnatur. Nã ut dic Tullius in tuſculanario li. v. Non ſunt ea bona dicẽda nec habẽda quib' abũdantem licet eſſe miſerrimum. Ceterũ vt dicit Seneca Lucilio. Cõtemnere aliqſ oĩa põt. habere oĩa nemo põt. Breuiſſima igitur ad diuitias via per contẽptũ diuitiarũ eſt. Hui' vanitatis ꝛ glie mũdane cõtemptũ inſinuat ſapiens. Job. v. Ego inqt vidi ſtultũ firma radice ꝛ maledixi pulcritudini eius ſtatim. qd exponens dicit Greg. Stultus firma radice quaſi per amena prata ad carcerẽ peruenit. dũ p proſpera vite preſentis ad infernum tendit. Nõnulli eo cũ quorundã gloriã cernũt. magnũ aliqd eſtimãt. ſed cũ eos morientes aſpiciũt qꝫ hũana gloria nihil ſit cũ gemitu fatent. ꝛ dicũt: Ecce qꝫ nihil eſt hõ. Qui hoc veratius dicerent. ſi cũ gloria hominem cernerent. tũc etiã eius interitum cogitantes tranſeũtẽ ſimul ei' potẽtiã nihil eſſe ſentirẽt. Vñ itaqꝫ dicitur: Maledixi pulcritudini ei' ſtatim. Ac ſi diceret: Cõtra ſtulti pulcritudinẽ morã in maledicẽdo non habui. quia tñ hanc cernerẽ ſimul ꝛ penã ſequẽtẽ vidi. eiuſqꝫ potentiã reprobaui. Huc vſqꝫ Greg. inſinuat ꝛ vanitatem felicitatis mundane preſentes ꝛ penã ſequentem. iuxta illd Prouerb. xiiij. Extrema gaudij luctus occupat.

Qualiter etiã futura debet prouidere. Cap. XLI.

Debet etiam pouidere futura. ſ. mala ꝛ bona. Mala vt ſibi precaueat. bona ut acqrat. Mala inqꝫ ut ſenectutẽ ꝛ mortẽ ꝛ gehennam. Memoria. ſiquidẽ vel prouidẽtia iſtorũ omniũ vileſcere facit ac deſpici vanitatẽ tpaliũ. Vñ de memoria ſenectutꝭ dicit Eccleſiaſtes. xj. Si annis multꝭ vixerit hõ ꝛ ĩ omnib' his letus fuerit. meminiſſe debet tenebroſi tẽporis ꝛ dierũ multorũ. qui cũ venerit vanitatis arguẽt pterita. De memoria mortis dicit Eccl. vij. Memorare nouiſſima tua ꝛ in eternũ nõ peccabis. Ut enim dictum eſt ſupra iux Gregoriũ. Que ſit carnis ſbſtãtia teſtãtur ſepulcra. Sed multi volunt mortem recolere. pter dulcedinẽ vite ꝛ amaritudinẽ ipſius memorie. de q̃ dicit Eccl. xlj. O mors qꝫ amara ẽ memoria tua. hoi iniuſto ꝛ pacẽ habẽti in ſubſtãtijs ſuis. viro quieto ꝛ cui' vie directe ſunt in omnibus. ꝛ adhuc valẽti accipere cibũ. Porro de memoria pene gehẽnal dicit Job xxxj. Et ego qñ recordat' fuero pertimeſco. ꝛ cõcutit carnẽ meaꝫ tremor. Vt enĩ dic aplus ad Heb. x. Horrendũ ẽ incidere in manus dei viuentis. Dicit eniꝫ Hiero' ſup illo verbo Eſaie. xxiiij. Cũ cãtico nõ bibẽt vinũ. qꝛ preteritarũ deliciarũ recordatio erit materia cruciatuũ. Unde ꝛ in inferno dicturi ſunt. ut legit Sap. v. Quid nob profuit ſupbia. aut qd diuitiarũ iactãtia ptulit nobis? trãſierunt oĩa illa tãqꝫ vmbra ꝛc. ¶ Qꝫ autem ſenect' mala ſit. i. penalis. dic Secũdus pbus. Senectus inqt ẽ tacitũ malũ. mors viuẽtiũ. incolumis lãguor. ſpirãs mors. Hic ꝛ Hiero' ſup Amos li. ij. Mala iqt ſenectutꝭ ſũt crebre infirmitates. ocli calligãtes. tibie laceſſẽtes. dẽtes inter cibos cadẽtes. De h̃ etiã dicit Oratius in poetria. Multa ſenẽ circũueniũt incõmoda vlꝫ qꝛ Querit ꝛ ĩuẽtꝭ miſer abſtinet ac timet vti. Vel q₂ res oẽs timide gelideqꝫ miſtrat. Dilator ſpe lõg' iners auiduſqꝫ futuri. Difficil' qrul' laudator tpis acti. Se puero caſtigator cenſorqꝫ minorũ. Itẽ Maximian'. Tu me ſola tibi ſubdis miſerãda ſenectus. Cui cedit quicqd vincere cũcta ſolet. Stat tremulus, dubiuſqꝫ ſenex ſempqꝫ malorũ Credul'. ꝛ ſtult' q̃ facit ipſe timet. Laudat

preteritos presētes despicit ānos. Hoc tm̄ rectū qđ sapit esse putat. Se solū doctum se iudicat esse peritum. Et ꝙ sit sapiens desipit ipse mag. Deficit auditor nec deficit ipse loquendo. O sola fortes garrulitate senes. ¶ Contra h̄ malū duplex est remediū. videlicet ut cōtra illud se premuniat ꝛ q̄tum potest illud differat. ¶ De primo dicit Seneca Lucilio. Juueni est parendū. seni vtendum. Hoc ē qđ dicit Eccl̄.xxv. Que in iuuentute tua non cōgregasti quō inuenies in senectute tua. ¶ De secundo sciendū ꝙ senectus acceleratur in plurimis ꝑ vitia carnis ꝛ animi. Ideoq̄ ꝑ abolitionē istoꝝ potest differri. Vn̄ Tullius ī li. de senectute. Sicut inquit cōtra morbū. sic cōtra senectutē est pugnādū. ꝛ habenda ratio valitudinis. Vtendū est igitur exercitationibꝰ modicis. ꝛ tm̄ cibi ac potꝰ adhibendū ut vires reficiantur non opprimantur. Potest.n. exercitatio ꝛ tēperātia etiā in senectute aliq̄d pristini robori cōseruare. Nec corpi tm̄ subueniendū est. sed animo multomagis. Nam ꝙ senes aiūt. stultos. credulos. obliuiosos ꝛ dissolutos. non sunt hec vitia senectutis h̄ inertis ignauie ac somniculose senectutis Sicut enī petulantia vel libido magis ē adolescentiū q̄ꝫ senū. nec tn̄ omniū adolescentiū h̄ improboꝝ: Ita ista senū stulticia que deliratio dicitur. senū est nō oīuꝫ sed leuiū. hec Tullius. Deniq̄ꝫ sicut legitur Eccl̄.xxx. Zelus ꝛ iracundia minuit dies. ꝛ ante tempus senectā adducūt cogitatus. His etiam cōsonant medici (vt verbi gratia) Rasis in almasore. Sanitatem inquit pseruare ē in motu ꝛ quiete in cibo ꝛ potu. necnō ꝛ insuperfluitatū expulsionibus mensurā obseruare. domos ꝛ loca cetera in quibus maneri debet tēperare. mal etiā accidētibꝰ anq̄ꝫ augmētum capiāt obuiare. animales quoq̄ꝫ cogitationes refrenare ꝛ psuetudines seruare. Auicenna quoq̄ꝫ in ꝑ canone medicine dicit. ꝙ sanitas corporis ꝛ aīe simul ī temperantia moꝝ psistit. Porro de malo mortis dicit Secūdus phus. Mors est eternus somnus ineuitabilis euentus hominis latro. fuga vite. oīuꝫ resolutio Et recte dicitur eternus somnus. qꝛ somnꝰ est mortis imago sicut dicit phus. Dicitur ꝛ ineuitabilis euentus. quia sicut legitur in prouerbijs sapientū. Homo vite cōmodatus est nō donatus. Vn̄ dicit Ecclesiastes.ix. Nemo est qui semp viuat ꝛ qui huius rei habeat fiduciam. Hinc ꝛ in psslogion dicit Anselmꝰ. Nihil morte certius. nihil hora mortis incertius. Ideo recte quoq̄ꝫ dicitur hoīs latro: iuxta illud euāgelicum Math.xxiiij. Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtiq̄ꝫ ꝛc. Et sic latro multimodas hominibꝰ tendit insidias. sic ꝛ mors Juxta illud Statij in thebaide. Mille modos leti miseros mors vna fatigat. Hic ꝛ Prosper in li. epigrāmatum. Ferro peste. fame. vinclis. ardore. calore. Mille modis miseros mors rapit vna hoīes. Itē Ouidius in li. eplaꝝ. Occurrūt aīo pereundi mille figure. Morsq̄ꝫ minꝰ pene q̄ꝫ mora mortis habet. Dicitur ꝛ oīuꝫ resolutio. iuxta illud Ouidij in li. methamorph.x. Oīa debentur morti paulūq̄ꝫ morati. Seriꝰ aut citius metā pperamꝰ ad vnam. Ideo sicut legitur Eccl̄.xlj. Bonum est iudiciū mortis. quia nō est psonarū acceptrix. Vn̄ Boetius de cōsolatione li.ij. Mors spernit altam gloriā. inuoluit humile pariter ac celsum caput equatq̄ꝫ summis infima. Hinc ꝛ Oratiꝰ in li. carminū. Pallida mors equo pulsat pede pauperū tabernas regūq̄ꝫ turres. Equa tellus pauperi recluditur regumq̄ꝫ pueris. mors vltima linea rerū est Item Ouidiꝰ sine titulo. ī libro. iij. Scilicet omne sacrum mors importuna prophanat. Omnibus obscuras inijcit illa manus. Et iterū Claudianus in minori. loquens ad ipsam mortem dicit: Sub tua purpurei venient vestigia reges. Deposito luxu turba cum paupe mixti. Omnia mors equat. Ideo dic ꝛ Hildebertꝰ cenomanen. eps. Inter opes ꝛ delitias

populiqꝫ fauores. Hoc anim⁹ recolat· ꝗ̃ tua lingua ſonat. Mors dominū ſeruo mors ſceptra ligonibus equat. Diſſimiles ſimili conditione trahens. Itaqꝫ cōtra hoc malum eſt duplex etiaꝫ remediū videlicet ut homo mortē ipſam contemnat· ⁊ ut contra illam ſe paret ac muniat De contemptu mortis dicit Cato. Fac tibi ꝓponas mortem non eſſe timendam. Que bona ſi non eſt· finis tamen illa malorum eſt· Debet autē contemni ex cauſa duplici. ¶ Primo ſcꝫ q̄r ineuitabilis eſt ſicut iam ſuperius oſtenſum eſt. Unde Seneca in libro d̓ remedijs fortuitorum. Stultum eſt inquit timere qd̓ vitare non poſſis. Et Varro ad Athenienſem auditorem. Cum natura inquit litigat qui mori graue fert. Duplexqꝫ malum eſt cuꝫ moleſte ferimus qd̓ neceſſe eſt Ideo dicit Tullius in libro de ſenectute Sapientiſſimus quilibet equiſſimo moritur animo· ⁊ ex hac vita diſcedit tanq̄ꝫ ex hoſpitio non ex domo: Cōmorandi namqꝫ diuerſorium natura nobis dedit non habitnadi. Secūdo contēni debet· quia tolerabilis eſt. Naꝫ in ſe nō eſt multum diſpendioſa· quin etiam plerumqꝫ fructuoſa. De primo dicit Seneca in libro de naturalibus queſtionibus iij. Puſilla res eſt hominis vita· ſed ingens res eſt contēptus vite: Hanc q̄ cōtemplerit ſecurus videbit maria turbari· ſecurus aſpiciet horridā faciem fulminantis celi. Quid ad me q̄ꝫ magna ſint quibus pereo· ipſuꝫ perire nō magnū eſt Proinde ſi volumus eſſe felices nec hominum nec rerum timore verſari· anima inexpedito habēda eſt· hec Seneca. De ſecundo ſcilicet de vtilitate mortis eſt illud Catonis paulo ante poſitum. Fac tibi ꝑponas mortem non eſſe timendā ⁊c. Item Saluſtius in cathilinario. In luctu inquit atqꝫ miſerijs mors erumnarum requies eſt· nō cruciat⁹. Porro cōtra mortē duplicit̓ ſe preparare debet hō ſcilicet aſſueſcendo ⁊ viaticuꝫ prouidendo. Aſſueſcēdo inquā circa duo ſcilicet tribulationibus perferēdis· ⁊ carnis voluptatibus remouendis. De primo dicitur in prouerbio: Vir moritur qui mori non didicit· id eſt· qui mortis minas que ſunt tribulationes ſuſtinere non nouit. Hinc ⁊ Seneca ī agamēnone. O q̄ꝫ miſerum eſt neſcire mori. Econtra vero dicit idem Lucilio. j. Qui mori inquit didicit non ſeruire didicit. Itaqꝫ ſup̄ omnem potentiaꝫ eſt ⁊ extra omnē. Quid igitur ad illum carcer vel cuſtodia vel clauſtrū valet: Liberū hoſtiū habet. At vna eſt catena q̄ nos alligatos tenet· amor ſcꝫ vite· hec Seneca. De ſecūda aūt ſcꝫ de voluptatibus remouendis dicit Renatus vegetius in libro de re militari. j. Mortem minus metuit qui minus deliciarum in vita nouit. Hinc ⁊ Cato vbi ſupra. Non metuit mortem· qui ſcit contemnere vitā. Ideo dicit Tullius in tuſculanario li. j. Tota phoꝝ vita vt ait Cato. mortis eſt cōmentatio: Nam q̄d aliud agimus cum a voluptatibus corporis ⁊ a republice negocijs animum ſeuocamus· maximeqꝫ a corpore abducimus· ſecūqꝫ eſſe cogimus· animum autē a corpore ſecernere nihil aliud eſt q̄ꝫ mori diſcere· hoc ergo mihi crede cōmentemur· noſqꝫ a corpore ſeiungam⁹· id eſt· mori conſueſcam⁹. ¶ Porro de viatico prouidendo dicitur Eccl. xxix. Conclude elemoſynam in ſinu pauperis· q̄ elemoſyna viri quaſi ſacculus cum ipſo ⁊c. Hoc eſt quod dicit Ambroſius· q̄ ſola miſericordia comes eſt defunctoꝝ. Unde dicitur Tobie. iiij. Elemoſyna ab oī peccato ⁊ a morte liberat ⁊ non patietur ire in tenebras animaꝫ. ¶ De malo gehenne dicit Hiero⁹ ſuper Hieremiam. libro. iiij. Melius eſt non eſſe q̄ꝫ in ſupplitijs viuere. Vn̄ ſcriptum eſt: Quare data eſt miſero lux ⁊ vita his qui in amaritudine anime ſunt: Qui expectāt mortem ⁊ non venit ⁊c. Contra illud quoqꝫ duplex eſt remedium· ſcilicet declinare a malo ⁊ facere bonum. De p̄mo dr̄ Eccl. xxj. Quaſi a facie colubri fuge peccatū

Quaſi enī rūphea bis acuta omnis iniq tas·⁊ plagę illius non eſt ſanitas. De ſe cundo dicit̄ Eccl.ix. Qdcūq̄ poteſt ma nus tua facere inſtāter operare·quia nec ſcientia nec ſapientia erūt apud inferos quo tu ꝓperas. Et Math.iij. Genimina viperarum quis oſtendit vobis fugere a uētura ira: facite ḡ fructū dignū pęnitē tię. Et poſt. Omnis arbor q̄ nō facit fru ctum bonum excidetur ⁊ in ignē mittet̄. hęc Jobes baptiſta. Idem quoq̄ dicit̄ a domino ī eodē· qd ibi exponēs Chry ſoſtomus in omel.xxiij. dicit: q̄ duo ma la reprobis ſunt pręparata ·videlicet ſe curis ⁊ ignis ·ſiue excidiū a regno ⁊ incē dium in inferno. Et certe inq̄t maior pę na eſt amiſſio regni cęlorꝝ q̄ȝ cruciat⁹ ille flammarꝝ. Intolerabilis quidē eſt gehen na·ſed tamen ſi mille ponat aliq̄s gehen nas nihil tale dicit quale eſt ab illi⁹ bea tę glorię ꝓpelli honore·Faciliuſq̄ȝ eſt mil le fulmina ſuſtinere q̄ȝ vultū illū manſue tudinis ac pietatis plenū·nob tn̄ aduer ſantē videre·illoſq̄ȝ toti⁹ trāquillitatis oculos nequaq̄ȝ nos ſuſtinentes aſpice re·hęc Chryſoſtomus. Hinc ⁊ Greg.in omel.de decem virginibus. O inquit ſi ſapere in cordis palato poſſet q̄s q̄d ad mirationis habeat: Ecce ſponſus venit· porro q̄d dulcedinis ·⁊ quę paratę erant intrauerunt cum eo ad nuptias· poſtre mo quid amaritudinis·clauſa eſt ianua. Deniq̄ȝ bona futura debet ſapiens ꝓuidere duplici ratione·videlicet ut ea ſollicite cū oī ſtudio ac deſiderio quęrat ut in eorum cōparatione bona pręſentia deſpiciat·iuxta illud Greg. Guſtato ſpi ritu deſipit omnis caro·i·carnalis volu ptas. Propt̄ hęc oīa dicit̄ Eccl.xj. In die bonorꝝ ne īmemor ſis malorꝝ·⁊ ī die malorꝝ ne immemor ſis bonorum.

De puellaruȝ cuſtodia ⁊ abſcō ſione. Cap. XLII.

Hec de eruditione filiorꝝ iuxta illud verbū Eccleſiaſtici ſuperi⁹ poſitū: Filij tibi ſunt erudi illos ⁊c. Sequit̄ de filiarꝝ eruditione ·de qua ibidē ſubiūgit̄. Filię tibi ſunt ſerua cor pus illarum·⁊ non oſtendas hilarem fa ciem tuā ad illas: Serua inq̄ȝ corpus il larum in ętate puellari quę prona eſt la ſciuię·ſ·ut nō paſſim ad choreas vel ſpe ctacula vel conuiuia euagentur·ſed ī do mo cuſtodiantur ne vagātes cōcupiſcāt iuxta illud Eccl.xlij. Filia patris abſcon dita eſt vigilia ⁊ ſollicitudo eius auferet ſomnū ·ne forte in adoleſcentia ſua adul tera efficiatur·⁊ cū viro cōmorata odibil̄ fiat·ne quādo polluatur in virginitate ſua ⁊ in paternis ſuis grauida inueniat̄. ne cū viro cōmorata trāſgrediat̄ aut cer te ſterilis efficiatur·ſ·p ipſi⁹ ſubtilitatē ꝓ curationē vel prolis ſuffocationē vel p nimiā concubitus frequentationē. Vn̄ Hiero⁹ ad Euſtochiū. Videas inquit pleraſq̄ȝ viduas anteq̄ȝ nuptas infęlicē conſcientiā mētitas tm̄ veſte ꝓtegere q̄s niſi tumor vteri vel infātū vagitus ꝓdi derit·erecta ceruice ⁊ ludētibus pedibus incedunt. Alię ꝟo ſterilitatē pręhent et necdum ſati hominis homicidiū faciūt· Nonnullę cum ſe ſenſerint concepiſſe de ſcelere abortiua venena meditantur ·et frequenter ipſę cōmortuę triū criminum reę ſic ad inferos perducūtur ·homicidę ſui·adulterę chriſti·necdū nati filij patri cidę·hęc Hiero⁹. Cęterū ut dic̄ Ouidi⁹ in li.epl'arꝝ. Nulla reparabilis arte lęſa pudicitia eſt. Vn̄ ⁊ legitur in Amos.v. Cecidit non adijciet ut reſurgat virgo iſrael. Et ſi q̄dē in paternis ſuis ut dictū eſt inueniat̄ grauida ·parentibus acq̄rit opprobrium ⁊ a viro meretur repudium ſibi quoq̄ȝ legem mortis iudicium. De q̄ dicitur Eccl.xxij. Filia prudens eſt here reditas viro ſuo · Nam quę confundit in contumeliam fit genitoris. Et recte dicitur hereditas viro·id eſt ·q̄ſi heredi tas ſibi data a domino·ſm illud Pro uerb.xix. Domus ⁊ diuitię dant̄ a parē tibus·a domino aūt ꝓprie vxor prudens Ideoq̄ȝ diligit eā q̄ſi bonaȝ hęreditatē

nec dimittit eã niſi p mortẽ. Ecõtrario il
la q̃ cõfũdit cũ. ſ. faciẽs eũ erubeſcere, ꝓpt̃
amiſſũ ſignaculũ virginitatis ĩ cõtume-
lia fit genitoꝝ. q. ſ. eã in domo ꝓpria ma-
le ac negligenter erudiuit ⁊ cuſtodiuit.
ideoq; vir eã aliqñ nõ ſine cõtumelia ei
remittit. Et h̃ ẽ ſecũdũ. ſ. a viro repudiũ
Vñ de vtroq; ibidẽ ſbiũgit. Prẽz ⁊ vi
rum confũdit audax. ⁊ ab vtriſq; inho-
norabit̃. De tertio. ſ. moꝛtꝭ iudicio dicit̃
Deutꝭ. xxij. Si a viro nõ eſt ĩ puella vir
ginitas inuẽta. extra fores dom⁹ prĩs eij-
ciet̃. ⁊ lapidib⁹ obruet̃. q: fecit nephas in
iſrl̃. ut fornicaret̃ in domo prĩs ſui. ⁊ aufe
res malũ de medio tui. Hęc igit̃ oĩa de-
bet pater carnalis diligẽter filię ſuę. q̃tũ
in ipſo eſt p̃cauere. Vñ adhuc ibidem
ſubiũgit̃: Sup filiã luxurioſã. i. ad luxu-
riam ꝓpter ętatis feruoꝛẽ pronã. cõfirma
cuſtodiã: ne q̃libet faciat te in opprobriũ
venire inimicis. a detractione ĩ ciuitate ⁊
obiectione plebis. ⁊ cõfũdat te in multi-
tudine ppl̃i. Ut. n. dicit Hiero⁹ ad Sal
uiniã: Tenera res in fęminis pudicitię fa
ma. q̃ſi flos ad leuẽ cito marceſſit auram
maxime vbi ad vitiũ cõſentit ętas. ⁊ ma-
ritalis deeſt auctoritas. cui⁹ vmbra tuta
men vxoris eſt. Propt̃ h̃ etiã inter alias
cauſas. vt dicit Ambroſi⁹ ſup Lucã li. ij.
deſponſata fuit Joſeph virgo Maria
ne temeratę v̾ginitatꝭ vreret̃ infamia. cui
grauis aluus coꝛruptelę videret̃ inſigne
p̃ferre. Maluit. n. dñs aliq̃s de oꝛtu ſuo
q̃ de mr̃is pudoꝛe dubitare. q: ſciebat
tenerã eſſe v̾ginis verecũdiã. ⁊ lubricam
pudoris famã. nec putauit oꝛtus ſui fidẽ
mr̃is iniurijs aſtruendã. nec voluit v̾gi-
nibus ſiniſtra opinione viuẽtib⁹ velamẽ
excuſationis relinq̃. q̃ infamata q̃z vide
retur mater dñi. hęc Ambroſi⁹. Ideoq;
recte ſcriptura parẽtes ſollicite filiã v̾gi-
nem cuſtodire monet. ac cum diſciplina
nutrire. ne laſciuię vel voluptati frena re
laxet. vel aliq̃ occaſione ſibi atq; parẽti-
bus cauſã infamię p̃ſtet. Hinc etiã dicit̃
in eodẽ libro Eccꝭ. ſcilicet. xxvj. In filia
nõ auertẽte ſe. ſ. a iuuenũ ac lenonũ ꝯſoꝛ
tio firma cuſtodiã ne abutat̃ ſe. ſ. fornicã
do. Nã fornicatio ẽ ꝓprij coꝛpis abuſus
vel abuſio. iuxta illud apl̃i. j. Corꝭ. vj.
Qui fornicat̃ in coꝛp⁹ ſuũ peccat. De h̃
etiã dicit̃ itez Eccꝭ. xxij. Filia fatua. i. īdi
ſciplinata ⁊ diſſoluta. in deminoꝛatione
fiet. ſ. honoꝝ ſui atq; parẽtũ. Sup h̃ exẽ
plum habet̃ Gen̄. xxxiiij. de Dina q̃ vt
videret mulieres regionis egreſſa ẽ. ⁊ hac
occaſiõe a Sichem filio Emoꝛ coꝛrupta
eſt. Talis ẽ mulier garrula ⁊ vaga q̃etis
impatiẽs nec valẽs ĩ domo ꝯſiſtere pedi-
bus ſuis. h̃ nũc foris. nũc in plateis. nunc
iuxta angulos inſidiãs. de q̃ legit̃ Pro-
uerb. vij. Vñ ⁊ Hiero⁹ ad Euſtochiũ
Quędã inq̃t ſũt q̃ p publicũ notabiliter
incedũt. ac furtiuis oculoꝝ nutib⁹. adole
ſcẽtiũ greges p⁹ ſe trahũt. ⁊ quã pallẽtẽ
ac triſtẽ viderint miſerã ⁊ manicheã vo-
cant. Ecõtra v̾o de v̾gine diſciplinata
⁊ apocripha. i. abſcõdita habet̃ exẽplũ ĩ
btã v̾gine Maria. de q̃ legit̃ Eſaię. vij.
Ecce v̾go ꝯcipiet ⁊c. vbi ſicut dicit Hie
ro⁹. p v̾gine habetur in hebręo aalma.
q̃d grece dĩ apocripha ⁊ latinę v̾go abſ-
cõdita. videlicet q̃ nũq̃ aſpectibus viri
patuerit. h̃ magna parẽtũ diligẽtia cuſto
dita ſit. Vñ idẽ Hiero⁹ in epl̃a ad Oce
anũ. Mariã inq̃t angel⁹ in penetralib⁹
ſolã nõ cũ agapeta. i. amaſio loquẽtẽ in-
uenit. et illa virilem introitũ foꝛmidauit
vnde turbata ẽ in ſmone ei⁹: Tu q̃ q̃ foꝛ
nax es malitię q̃d a viro deſideras freq̃ẽ
tius ſalutari: h̃ Hiero⁹. Propt̃ h̃ etiã
v̾go btã p⁹ ꝯceptũ abijt cũ feſtinatione
in mõtana. ſ. ne publicis aſpectib⁹ ſe ex-
poneret. Vñ Ambroſi⁹ ſup Lucã li. j.
Ingreſſus ẽ inq̃t ad eã angel⁹ q: ſolã. ſ.
quã null⁹ adiret viroꝝ reperit ĩ penetrali
bus. hinc ⁊ turbata ẽ in ſmone illi⁹. Tre
pidare nãq; v̾ginũ ẽ. ⁊ ad oẽs ingreſſus
pauẽ viri. oẽſq; viroꝝ affat⁹ vereri. Di-
ſcant q̃ mulieres ꝓpoſitũ pudoꝝ imitari.
diſce v̾go v̾boꝝ vitare laſciuiã. Maria
etiã verebat̃ angeli ſalutationẽ. ⁊ p⁹ ꝯce-
ptũ abijt cũ feſtinatiõe ĩ mõtana. q: ne-
ſcit tarda molimina ſpũſſancti gr̃a. Hic

etiā diſcite vos ſctē mulieres nō circūcur
rere p domos alienas. nō in plateis mo-
rari. nō aliquos in publico miſcere ſmo-
nes. Maria ſiqdē ī domo ſera. ī publico
feſtina. Deniqꝫ mãſit apud Eliſabeth
trib mēſib. nō qꝛ dom⁹ eā aliena delecta
ret. ſꝫ qꝛ frequēter ī publico videri diſpli-
ceret. hec Ambꝛo⁹. Aliud ē exēplū ī Sa-
ra vgine q̄ ī Tobia. iij. legit̄ dixiſſe: Tu
ſcis dn̄e qꝛ nūqꝫ ꝯcupiui virū ⁊ mūdam
ſeruaui aīam meā ab omni ꝯcupiſcētia.
Nūqꝫ cū ludētib miſcui me. neqꝫ cū his
q in leuitate ambulãt ꝑticipē me p̄bui
Hinc etiā exēplū ponit Hiero⁹ Aſellaꝫ
ſcribēs ī epl'a ad Marcellā. Aſella inqt
nr̄a coꝛpe ſana ⁊ ſanioꝛ aīo. ſolitudineꝫ
delitias ponit. ⁊ ī vꝛbe turbida monacho
rum heremū iuenit. Ꝓpt̄ hec oīa dic
Hiero⁹ ad Aletham de inſtitutione filie.
Si ſollicita es ac pꝛudēs ne filia tua ꝑcu
tiat̄ a lingua vipere. cur nō eadē cura ꝓ-
uideas ne ꝑcutiat̄ a malleo vniūſe terre?
Ne igit̄ cū Dina egrediat̄ ut regiōis ali-
ene mlieres videat. ne pedib ludat. ne tu
nicã trahat. nūqꝫ abſqꝫ te in publicū ꝓ-
cedat. baſilicas q̄ꝫ martyꝝ ⁊ eccl'ias ſine
mr̄e nō adeat. nec vllus ei iuuenis circin-
nat⁹ arrideat. Idē ad Euſtochiū vgi-
nem. Raris inqt ī publicum ſit egreſſus
martyres tibi q̄rant̄ in cubiculo. Nūqꝫ
deerit cã ꝓcedēdi. ſi ſemp qñ neceſſe ē ꝓ-
ceſſura ſis. Itē idē in epl'a ad mr̄em ⁊ fi
liam: Quid tibi ait neceſſe ē in ea domo
verſari vel manere in q̄ neceſſe quotidie
habeas aut perire aut vincere. Secun⁹
eſt perire nō poſſe. q̄ꝫ inꝑ periculū nō peri
re. Libidinoſa mens ardēti⁹ honeſta pſe
quit̄. ⁊ qd' nō licet dulci⁹ ſuſpicatur. hec
Hieronymus.

De litterali ⁊ moꝛali earū iſtructione ⁊ pꝛimo de caſtitate.

Cap. XLIII.

Interim aūt dū puelle no-
biles ꝑdicto modo parentū di-
ligētia cōſeruãt̄. cōgruū ē ut lit-
teris imbuãt̄ ⁊ moꝛib iſtruant̄. Litteris
quidē eas imbui cōuenit. vt huic hone-
ſte occupatiōi frequēt̄ intēte noxias cogi
tatiōes euitēt. ⁊ carnis voluptates atqꝫ
vanitates declinēt. Vñ. n. dicit Iohes
Chryſoſto⁹ ſup Math. li. ij. Mulier in-
quiete ſedēs iclaſa facile ī pctm̄ carnis la
bit̄. maxīeqꝫ vitiū hꝫ ex vacatiōe ⁊ ocio fa
cile naſcit̄. Ideo dic Hiero⁹ ad Aletham
de īſtitutiōe filie. Filia tua paula mundi
cãtica igret. turpia nō intelligat. adhuc
tenera līgua pſalmis dulcib ībuat̄. ꝓcul
ſit etas laſciua puerorꝝ. fiant ei lr̄e buxee
vel eburnee. ⁊ ludat ī eis. vt etiā lud⁹ ei⁹
eruditio ſit. habeat ⁊ ī diſcēdo ſocias q-
libet īuideat q̄ꝝ laudib moꝛdeat. Nec ē
obiurgãda ſi tardioꝛ ſit. ſꝫ laudib excitã
dum īgeniū ut ⁊ viciſſe ſe gaudeat ⁊ vic-
tam ſe doleat. Deniqꝫ ꝓ gēmis ⁊ ſerico
tua diuinos codices amet vgo. qb ñ au
ri aut pellis babylonie īmaculata pictu-
ra. ſꝫ ad fidē placeat emēdata diſtinctio.
hec Hiero⁹. Hinc etiā idē ad Euſtochi
um vginē. Crebꝛi⁹ inqt lege q̄ꝫplurima
diſce tenēti te codicē ſomn⁹ obꝛepat. ⁊ ca
dentē faciē pagina ſãcta ſuſcipiat. Sup
hꝫ etiā Marcellā cōmēdat de ſcripturaꝝ
amoꝛe ac ſtudio ſup epl'am ad Galath.
in ꝓlogo. Scio inqt ſctē Marcelle ardo
rē ⁊ fidē quã ſemp habeat flãmã ī pecto
re ſexū ſupare hoīs obliuiſci a diuinoꝛū
voluminū tympano ꝯcrepãte rubꝝ hui⁹
ſeculi pelag⁹ trãſfretare. Certe cū Rome
eſſem nūqꝫ tã feſtina me vidit ut nō d' ſcri
pturis aliqd introgaret. hꝫ Hiero⁹. Ne
aūt hꝫ repēte faſtidio intrūpat̄ vel abꝛū-
pat̄ honeſta ⁊ vtilis occupatio lectioni
iūgēda ſūt ⁊ alia duo. ſ. oꝛatio ⁊ opatio
Vñ de oꝛone iūgēda lectiōi dicit Hie-
ro⁹ ad Saluiniã in epl'a de moꝛte Ne-
bꝛidij. Semp ī manib tuis diuina ſit le-
ctio. ⁊ tã crebꝛe oꝛones ut oēs tēptationū
ſagitte qb adoleſcētia ꝑcuti ſolet huius
cemodi clypeo repellãtur. De opatione
q̄ꝫ dicit idē ad Demetriadē vginē. In
deſiderijs ut legim⁹ eſt oīs ocioſus. Nec
ideo tibi ab ope ceſſãdū ē. qꝛ deo ꝓpitio
nulla re indiges. ſꝫ ideo cū oībus laboꝛã
dum ē ut ꝑ occaſionem opis nihil aliud

cogites niſi qđ ad dei pertinet ſeruitutē
⁊ ſi omnem cenſum tuum in pauperes di
ſtribuas nihil apud chriſtū erit p̄cioſius
qꝫ manibꝫ tuis ipſa cū fecerꝭ vel in vſus
ꝓprios vł in exemplum virginū ceterarum.
Idem quoqꝫ dicit ad Ruſticum mona-
chum. ꝙ tam feminis qꝫ viris eſt neceſ-
ſariū aliq̇d operis facere ut ſemꝑ te dia-
bolus occupatū inueniat. Siquidem ⁊
egyptiorum monaſteria tenent hunc morē
ut nullū abſqꝫ opere ⁊ labore recipiant.
non tam ꝓpter victus neceſſaria qꝫ ꝓpter
anime ſalutē. hec Hiero⁹. Sed ⁊ Sue
tonius in li. ij. de. xij. ceſaribus dicit. ꝙ
⁊ Auguſtus ceſar filiaꝫ ⁊ neptes ita inſti
tuit ut etiam lanificio aſſuefaceret ac lo-
qui vel agere quicquā niſi palaꝫ ⁊ quod
in diurnos vel diuturnos refertur con-
mentarios vetaret. Propter predi-
cta tria in quibus cōſiſtit occupatio pu-
ellarum honeſta. dicit Hero⁹ ad Ale-
tham de filia inſtituenda. Mane inquit
hymnos decantet. orationi vero lectio
ac lectioni ſuccedat oratio. Diſcat ⁊ te-
nere colum. rotare fuſum. ſtamina polli-
ce ducere. Taliaqꝫ paret veſtimēta qbꝫ
frigus pellatur. non quib⁹ veſtita corꝑa
nudentur. Porro qđ dictum eſt ſupra
de pueris: Idem quoqꝫ agendum eſt in
etate tenera de puellis. videlicet īſtruāť
in moribus ⁊ ꝯſuetudinib⁹ bonis. Vn̄
Hiero⁹ vbi ſupra. Caue inquit ne ineptꝭ
feminarū blāditijs dimidiata filie verba
diſcere ꝯſueſcas. nec ī auro vel purpura
ludere diſcat. q̊rum alterum lingue. alterum mo
ribus officiat. Ne in tenero qđ ei poſtea
dediſcēdū eſt diſcat. omnibuſqꝫ ſit ama-
bilis ⁊ vniuerſa ꝓpinquitas roſam ex ſe
natam eſſe gaudeat. Precipue vo
ī q̃ttuor eas inſtruere ꝯuenit ⁊ informa-
re. ſcilicet in pudicitia ſiue caſtitate. ⁊ in
humilitate. ⁊ ī taciturnitate. ⁊ in morum
ſiue geſtuū maturitate. In caſtitate qm̄
vt dicit Cyprianus in li. de. xij. ſeculi ab-
uſionibus. ſicut omnes bonos mores ꝓ-
curat ⁊ cuſtodit in viris prudentia. ſic et
in feminis cūctos actus honeſtos nutrit

⁊ fouet atqꝫ cuſtodit pudicitia. Vn̄ Ori
genes ī li. de ſingularitate clericorum. Ca-
ſtitas īquit eſt munimē ſanctimonie. ex-
pugnatio infamie. īfirmitas laſciuie aīe
victoria. corꝑis preda. vbertas gloriarū
captiuitas criminum. abolitio ſcandalo
rum. pax virtutuꝫ. debellatio inquietan
tium bellorum. culmen puritatis. carcer
libidinis. portus honeſtatis. vita ſpirit⁹
carnis interitus. ſtatus qualitatis ange-
lice. finis humane ſubſtātie. Ut ergo ſer
uetur in puellis diligēter pudicitia opor
tet ut eis caueant ab omnibus que pudi
citie ſūt inimica. maxīeqꝫ a delectatione
carnis ſuꝑflua. ⁊ a ſocietate mala. A de-
lectatione inqꝫ ſuperflua ī cibo ⁊ potu ⁊
ſomno ⁊ balneo ⁊ ornatu. Nam ut dicit
Hieronym⁹ contra Iouinianum libro
ij. Cum ab his etiam procul remotiſ ſe-
pe capiamur illecebris nature. ⁊ cogam̄
ea quorum copiam non habemus cōcu-
piſcere. qꝫtomagis ſi circumdati retibus
voluptatuꝫ eſſe nos liberos arbitramur
ſenſus noſter aliq̇d cogitat qđ videt. au-
dit. guſtat. attrectat. odoratur. fruſtra ğ
ſimulatur a quibuſdam ſalua fide ac pu-
dicicia ⁊ mentis integritate. voluptatibꝫ
vti. cuꝫ ſit contra naťaꝫ copijs volupta-
tum ſine voluptate perfrui. Unde apo-
ſtolus Que in delitijs inquit eſt viuens
mortua eſt. hec Hiero⁹. Sic enim dicit
beatus Bern̄. ꝙ caſtitas in delitijs pe-
riclitatur. Hinc etiam dicit Ouidius in
libro de arte. ij. Luxuriant animi rebus
plerumqꝫ ſecūdis. Nec facile eſt equa cō
moda mente pati. Idē in libro. j. Mens
erit apta capi. tunc cum letiſſima rerum eſt.
Et ſeges ī pīgui luxuriabit humo. Pec
tora dum gaudent nec ſunt atrita dolo-
re. Ipſa patent. blanda tunc ſubit arte
venus. Econtra vero dicit idem in libro
de pōto. Veneris damnoſa libido Nō
ſolet ī meſtos ſepe venire thoros. Itaqꝫ
de voluptate cibi ⁊ potus dicit idē Hie-
ro⁹ vbi ſ. Eſus carniū ⁊ pot⁹ vini atqꝫ
ſaturitas vētrꝭ ſemīariū ē libidinis. Idē
qꝫ ſcribit in epła ad matrē ⁊ filiā. Inter

epulas difficile ſeruari pudicitiã. Hic ⁊ Ouidius in libro de remedijs .ij. Uina parant animos veneri. Idẽ quoqꝫ dicit Salomon Prouerb. xx. Luxurioſa res eſt vinum. Econtra vero dicit Terenti⁹ ĩ eunucho. Sine cerere ⁊ baccho · friget venus. Propter hęc exhortãs ad abſtinentiam · ſcribit Hiero⁹ ad Saluiniam Melius eſt ſtomachum ꝙ̃ mentẽ te dolere · ĩperare corpori ꝙ̃ ſeruire · greſſus ꝙ̃ pudicitiam vacillare. Idem quoqꝫ dicit ad Demetriadem virginem. Ꝺe cęleſti rore ac ieiuniorum frigore calor puellaris extinguitur ex humano corpore angelorum cõuerſatio imperatur. Ideoqꝫ ſcribit ad Alethã de inſtitutione filię. Sic comedat ut ſemper eſuriat · ⁊ ſtatim poſt cibum orare ac legere valeat. Ne tamen hmõi abſtinentia modum excedat ⁊ debilitetur corpus viribus · ibidem ſubdit Hiero⁹. Mihi diſplicẽt in teneris ętatibus · maxĩe longa ⁊ ĩmoderata ieiunia · nam experimento didici aſellum in via cum lapſus fuerit quęrere diuerticula. Hoc igitur in perpetuum ieiunium pręceptum ſit vt itineris lõgioris vires perpetes ſuppetent · ne in prima manſione currendo in medijs corruat. Hinc etiã idẽ dicit ad Demetriadem. Nequaꝙ̃ ĩmoderata imperam⁹ tibi ieiunia ⁊ enormẽ ciborum abſtinentiã · quib⁹ ſtatim corpa franguntur deſiccata ⁊ ęgrotare pri⁹ incipiunt ꝙ̃ ſanctę cõuerſationis iacere fundamenta. Sic ieiunare debeſ nõ ut palpites ⁊ reſpirare vix poſſis ⁊ comitum tuarum vel porteris manib⁹ vel traharis · ſ3 ut fracto corporis appetitu nec in lectione nec ĩ pſalmis nec in vigilijs ſolito q̇d minus facias. Porro de vitanda ſomniculoſitate · dicit btũs Bern. ĩ epiſtola ad cartuſienſes. Suſpecta res ſomn⁹ eſt ⁊ ex parte magna ebrietati ſimilis ẽ. Caue ergo ne ſomnus tuus ſit non requies corporis laſſi · ſed ſepultura ſuffocati · nõ reparatio ſed extinctio ſpirit⁹ tui · Hinc ⁊ Cato in libro de moribus. Plus vigila ſemper ne ſomno deditus eſto. Nam diuturna quies vitijs alimẽta miniſtrat Propter hoc etiã dicit Hiero⁹ ad Aletham. Filia tua nocte ad orationes ſurgat · mane hymnos decãtet · ⁊ oratiõi lectio ſuccedat. Idem ad Euſtochiũ. Ad orationem tibi nocte ſurgenti non digegio ructũ faciat ſed inanitas. De corporis aũt balneatione ac lecti molliciẽ dicit idem Hiero⁹ ad Saluiniã. Plumarum mollicies iuuenilia membra non foueat · ⁊ balnearum calor nouum adoleſcentię ſanguinem non incendat. Idẽ ad Aletham. Mihi lauacra omnino diſplicent in adulta virgine quę ſeipſã debet erubeſcere nudamqꝫ videre nõ poſſe Si enim ieiunijs ac vigilijs corpus ſuũ macerat · ⁊ in ſeruitutẽ redigit: Cur ecõtrario ſopitum ignem ſuſcitat balneorũ fomentis?

De vitanda ornatus ſuperfluitatę. · Cap · XLIIII ·

Ornatus autẽ ſuperfluus conſiſtit in veſtium exquiſitione ⁊ criniũ compoſitioni · ⁊ faciei depictione · ⁊ huiuſmodi. De q̇b⁹ dicit Iohes in dialogo ad Baſilium li. vj. Pulcritudo vultus ⁊ oculi depicti infectę maxillę ⁊ capitis ornatuſ ⁊ tinctura crinium · ac veſtes precioſę gẽmarũqꝫ ſplendor ⁊ pigmentorum odor · ⁊ alia q̃ pertinent ad mundum muliebrem · grauia ſunt ad perturbandum animum · niſi multo caſtitatis vigore concluſerit · hęc ille. Hinc de amatoribus ſęculi dicit pſ̃ Quorum ſcilicet abundant tabernacula ⁊ promptuaria eorum plęna · filię inquit eorum compoſitę circumornatę vt ſimilitudo templi. Et Ouidius in libro de remedijs. j. Decipimur cultu gẽmis auroqꝫ tegunt Omnia · pars minima eſt ipſa puella ſui. Itaqꝫ de curioſa veſtis aptatione dicit Hieronymus ad matrem ⁊ filiã. Ueſtis ipſa tacentis animi eſt indicium · ſi rugam non habeat · ſi per terram vt altior videaris trahat · ſi de

induſtria diſſuta ſic tunica ut aliquid in
tus appareat·operiatqꝫ qđ fedū ē·⁊ ape
riat quod formoſum ·capille faſciolis
cōprimūtur ⁊ criſpanti cingulo anguſti⁹
pectus artatur· capilli vel in frontez vel
in aures defluunt·palliolum interdū ca
dit ut cādidos nudet humeros· ⁊ quaſi
videri noluit celat feſtina qđ volens de
texerit. Et quando in publico quaſi per
verecundiam operit faciem lupanarum
arte id ſolum oſtendit qđ oſtēſum magis
placere poteſt· hec Hiero⁹. Capillorū
vero ſuperfluuz ornatū prohibet apoſto
lus Petrus etiam mulieribus dicens:
in.j.canonica.iij. Quarum ſit non extri
ſecus capillatura·aut circūdatio auri aut
indumēti veſtimētorum cultus·ſed qui abſ
conditus cordis eſt hō in incorruptibili
tate quieti ⁊ modeſti ſpūs qui eſt in ↄſpe
ctu dei locuplex. Capillorum igitur infectio
ſiue tinctio multomagis reprobatur ſāctorum
iudicio. Unde Cyprianus in li. de diſcipli
na·⁊ habitu virginum. Epulemur inquit
non in fermento malitie ⁊ nequitie·ſed in
azymis ſinceritatis ⁊ veritatis: Nunquid
ſinceritas perſeuerat ⁊ veritas quando que ſin
cera ſūt polluūtur·colorum adulterijs· me
dicaminum fucis in mendaciū vera mu
tantur· Dñs tuus dicit: Nō potes face
re capillum vnum album aut nigrum·et
tu ad vincendam dñi tui vocē vis te eſſe
potiorem audaci conatu ⁊ ſacrilego cō
temptu·crines tuos malo preſagio futu
rorum inficis·iamqꝫ capillos tibi flaue
os auſpicaris ·hec Cyprianus. Propter
hoc etiam dicit Hiero⁹ ad Aletbam.
Caue ne filie tue capillum inficeris ⁊ ali
quid ei de gehenne ignibus auſpiceris.
De faciei quoqꝫ depictiōe dicit Hiero⁹
in li. de viduitate ſeruāda. Quid facit in
facie chriſtiane purpuriſſus ⁊ ceruſa·quo
rum alterum ruborem genarū labiorūqꝫ
mentitur·alterum candorem oris ⁊ colli.
Ignis eſt iuuenū ·fomenta libidinū·im
pudice mentis indicium. Quomodo fle
re poteſt pro peccatis ſuis que cutem nu
dat lachrymis·⁊ ſulcos in faciem ducit.
Ornatus iſte non dñi eſt·ſed velamē an
tichriſti. Qua fiducia vultus ad celum
erigit quos conditor non agnoſcit ·hec
Hiero⁹. Hinc ⁊ Cyprianus vbi ſupra.
Non ſolum virgines ac viduas ſed etiā
nuptas ⁊ omnes feminas puto admonē
das ut opus dei ⁊ plaſma nullaten⁹ ad
ulterent adhibito flauo colore vel nito
re pulueris vel rubore·aut quolibet me
dicamine liniamēta natiua corrumpēte.
Dicit deus· faciamus hominem ad ima
ginem ⁊ ſimilitudinem noſtram: Et au
det quiſqꝫ mutare ⁊ conuertere qđ deus
fecit. Manus deo inferūt quādo id qđ
ille formauit·reformare ⁊ trāſfigurare cō
tendūt·neſcientes quia opus dei ē oē qđ
naſcitur ·diaboli qđcūqꝫ imutatur. Siqs
pingendi artifex vultum alicuius ⁊ ſpeci
em ac corporis qualitatem emulo colore
ſignaſſet·⁊ ſignato iam ac conſummato
ſimulacro manus alius afferret·iāqꝫ for
mata iā picta quaſi peritior reformaret:
grauis prioris artificis iniuria ⁊ multa in
dignatio videretur· et tu te exiſtimas im
pune laturam·tam improbe temeritatis
audaciam·⁊ artificis offenſam·hec Cy
prianus. Itē Ambro⁹ in Hexamerō.li.
vj. Deles picturaz dei o mulier ſi vultū
tuum materiali cādore oblinias·ſi acqſi
to rubore perfundas·illa pictura vitij eſt
nō decoris·fraudis nō ſimplicitatis·tē
poralis eſt·⁊ aut pluuia aut ſudore tergi
tur·illa pictura fallit ⁊ decipit· ut nec illi
placeas cui placere deſideras·qui intelli
git non tuum ſed alienum eſſe quo place
as ·⁊ tuo auctori diſpliceas qui in te vi
det opus ſuum eſſe deletum. Nam ſi ſu
pra artificem aliquem inducas alterū q̄
opus illi⁹ nouis operib⁹ obducat ·nōne
indignabitur ille qui opus ſuum adulte
ratum eſſe cognouerit: Noli ergo tolle
re picturam dei ⁊ picturam meretricis aſ
ſumere·qđ eſt opus dei adulterare. Gra
ue igitur crimē eſt ut putes qđ meli⁹ te hō
ꝙ de⁹ pīgat·graue ē ut ipſe de⁹ qđ te dicat:
Nō agnoſco colores meos ·imaginez meā·
vultū meū quē ipſe formaui·reijcio ꝙ qđ

meum non eſt. illum quere qui te pinxit. hec Ambroſi⁹. Et reuera q: de cõſuetudine ſolet h' facere meretrices. eo ipſo debent ca ꝑpter deformē teſtimoniū omnino refugere et execrari puelle nobiles ac ſancte mulieres. Vñ Ennodius. his qui non verent' talia facere ſic loquitur tamq3 ironice 7 irriſorie. Tingite cādētes roſeo de murice vult⁹. Atq3 fidē morum pādite de facie. Siquidem ex his omnib⁹ doctorum ſanctoꝝ verbis patet. q ꝑ talia violatur in mulierib⁹ chriſtianis ac p̄ecipue virginib⁹ ſinceritas caſtitatis. Vñ Cyprianus vbi ſupra. Si tu te ſumptuoſius comas. 7 ꝑ publicū notabiliter īcedas. oculos in te iuuētutis illicias. ſuſpiria adoleſcentiū poſt te trahas. peccādi fomenta ſuccēdas. ut 7 ſi ipſa nō pereas tñ alios perdas. 7 velut gladiū te ac venenum p̄beas ludentib⁹. excuſari non potes quaſi mente caſta ſis 7 pudica: Redarguit te cultus improbus 7 impudic⁹ ornatus. hec Cyprianus. Deniq3 virginibus deo conſecratis oīno diſtricti⁹ talia ꝓhibet'. nec illis mortale peccatū eſſe dubitat'. Vñ ibide3 a beato Cypriano ſubiūgit'. Nec cōputari iam potes inter puellas virgines chriſti. que ſic viuis vt poſſis adamari. Sericū 7 purpurā īdute. chriſtū induere non poſſunt. auro et margaritis 7 monilib⁹ adornate. ornamenta corporis 7 pectoris perdiderunt. 7 fugiat qd alijs fuerit exitio. Quis id appetat 7 aſſumat qd ad necē alteri⁹ fuerit pro gladio? Certe virgines q ſe hmōi artibus cōpſerint inter virgines nō puto debere numerari. ſed tamq3 oues cōtactas 7 morbidas ne cōtagio ſuo ceteras polluāt a grege ſancto 7 puro virginitatis arceri. hec Cyprian⁹. Hic 7 Hiero⁹ ad Demetriadē virginē. Quando inqt in ſeculo eras que ſeculi erant diligebas. videlicet faciē pollire 7 depingere. ornare crinem. 7 alienis capillis turritam ſtruere verticem: Nunc aūt quia ſeculum reliquiſti. ſecūdo poſt baptiſmū diabolo et pompis eius renunciaſti. Ecce innuitur ex verbis Hieronymi. q huiuſmodi cōpoſitio crinium 7 facies pertinet ad pompas diaboli. Propter hos etia3 ſcribit Alethe de inſtitutione filie. Caue inqt ne ceruſa 7 purpuriſſo ora chriſto ꝯſecrata depingas. nec collum auro 7 margaritis p̄mas. nec caput gēmis oneres. nec capillū ceruſes. Pretextata nobiliſſima quondam femina iubente viro Heinecio qui patruus Euſtachie virginis fuit habitum eius cultumq3 mutauit. 7 neglectum crinem mūdano more tricauit. vincere cupiens 7 virginis propoſitu3. 7 matris deſiderium. Eadem nocte vidit angelum dei in ſomnis terribili facie ſibi minitantem 7 dicentem: Tu auſa es imperiū viri chriſto p̄ferre. 7 virginis dei caput tuis ſacrilegis manibus attrectare. Que iam nunc areſcēt ut ſentias excruciata quid feceris. 7 finito menſe quinto ad inferna ducaris. Sin aute3 in ſcelere perſeueraueris 7 marito ſimul orbaberis 7 filijs. Omnia per ordinem expleta ſunt 7 ſeram miſere penitentiam velox ſignauit interitus. Sic vlciſcit' chriſtus in violatoribus templi ſui. ſic gemmas 7 precioſiſſima ornamēta defendit. hec Hiero⁹. Deniq3 ſicut iam oſtenſum eſt ſuperius in .iij. operis hui⁹ li. ca. de honeſtate cultus: Non ſolum vitanda eſt honeſtis ꝑſonis faciei depictio vel crinium compoſitio. ſed nec etiam appetēda eſt naturalis faciei vel corporis pulcritudo: videlicet quia vana eſt 7 caduca 7 etiam ut in pluribus nociua. Suggerit enim habenti ſuperbiam 7 vanam gloriam 7 impudicitiam 7 etiam ſtultitiam. iuxta illud Petronij. Raram facit mixturam cum ſapiētia forma. Vñ 7 recte fatuitas pulcritudini adiungitur Prouerb. xij. vbi dicitur: Circulus aureus in naribus ſuis mulier pulcra 7 fatua. Ibiq3 dicit gloſa. Sicut ſi naribus ſuis circulum aureum infixeris. luto ſe nihilominus immergit. Sic et meretrix pulcritudinē vultus et habitus ſceno voluptatis īquinat 7 polluit. Nec enim ſolum nocet ut dictum

eſt ipſi habenti·ſed etiam inſpicienti du⸗
cum ad impudicitiam allicit·iuxta illud
Secundi phi. Pulcritudo eſt carnalis
felicitas·humana concupiſcentia. Hac
de cauſa ſe oſtendunt meretrices ad lu⸗
crũ·iux illud Tibullij. Sit procul a nob
forma cui vendere cura eſt. Et preciũ ple⸗
na grande referre manu. Alie vero etiã
que ſibi videntur caſte hoc faciunt ꝓpter
inanem gloriam·ſm illud Ouidij ſupe⸗
rius poſitum. Delectãt etiã caſtas preco
nia forme. Verũ etiã in hoc ſibi pluſqȝ
alijs nocent·quia mortaliter peccãt·etiã
ſi alios non alliciant. Vñ ſuper illo ver⸗
bo Math. v. Qui viderit mulierem ad
concupiſcendum eam·iam mechatus eſt
in corde ſuo·dicit Chryſoſtom⁹. Muli⸗
er ſi ſe decorauerit ⁊ oculos hominũ ad
ſe vocauerit·etiam ſi plagam non intule
rit extremam vindictam dabit· venenũ
enim intulit ⁊ ſi nullus qui bibat inuen⸗
tus ſit·hec Chryſo⁹. Hinc ⁊ Auguſtin⁹
in regula ſua. Non ſolum appetere·ſed
etiam appeti velle criminoſum eſt. Cete⸗
rum etiam ſi nec appetat vel appeti cupi
at·ſed indiſcrete tantũ ⁊ inordinate pul⸗
critudineȝ oſtẽdat· laqueum alijs inijci⸗
endo mortaliter peccat·ſm illud Eccl.
xxvij. Qui laqueum alij ponit in illo pe
ribit·⁊ qui fodit foueam incidet in eam.
Vñ ⁊ dicitur Exodi. xxj. Siquis ape⸗
ruerit ciſternam ⁊ foderit·⁊ nõ operuerit
eam·cecideritqȝ bos vel aſinus ĩ eã· do⸗
minus ciſterne reddet precium iumento⸗
rum·qd autem mortuum eſt ipſius erit.
Ciſterna enim aperta ⁊ non operta eſt
viri vel mulieris ſpecies ornatu meretri⸗
cio ad capiendas animas preparata: ſcȝ
extento collo·crinibus ſparſis vel com⸗
poſitis·facie murice lota. Unde dicitur
Prouerb. xxij. Fouea profũda os alie⸗
ne·cui iratus eſt domin⁹·incidet in eam·
Et in eodẽ libro. xxiij· Fouea profunda
eſt meretrix ⁊ puteus anguſtus aliena.
In hanc bos vel aſinus cadit cũ quilibet
iuſtus vel iniuſtus ſiue ſapiens vel ſtult⁹
ei⁹ ſpecie capitur·ſicut Holofernes ſta⸗
tim captus eſt in oculis Judith·ut legit
in Judith. x. Tunc dominus ciſterne te⸗
netur precium reddere·⁊ mortuũ ſibi re⸗
tinere·quia mors anime illius ei imputa
tur·⁊ anima ſua pro illi⁹ dãno pene eter⸗
ne obligatur. De hoc etiam Ambroſi⁹
in libro de elemoſyna ⁊ ieiunio. Apoſto⸗
lus inqt iubet mulieres in eccleſia quoqȝ
tacere·⁊ domi viros ſuos interrogare: Il
le vero in plateis inuerecundos etiam ſi⸗
ne viris ſub conſpectu adoleſcẽtulorum
intemperantium choros ducunt·iactan
tes comas·trahentes tunicas·plauden⸗
tes manibus·ſaltantes pedibus·vocib⁹
perſonantes·irritantes in ſe iuuenum li⸗
bidines motu hiſtrionico·petulãti ocu⸗
lo·decoroſo ludibrio: Spectat corona
adoleſcentium ⁊ fit miſerabile theatrum
inter ſaltantium ruinas ⁊ lapſus ſpectã⸗
tium: Celum impuro aſpectu contami⸗
natur ⁊ terra turpi ſaltatione polluitur·
que pro obſcenis ſaltatibus verberatur·
hec Ambro⁹. Ideo de talibus dicitur
Prouerb. v. Longe fac ab ea viam tuã
Eſt enim ut dictum eſt declinanda tãqȝ
fouea profunda. Vñ hanc etiam apo⸗
ſtolus operiri iubet. j. Corj. xiij. Si non
velatur inquit mulier tondatur. Et poſt
Mulier debet hr̃e ſup caput ſuũ velamẽ
propter angelos·id eſt·clericos vel ſpiri⸗
tuales viros ne cadãt per eam. Sic enĩ
pulcritudinem ſuam in animarum ſtra⸗
gem oſtentare·hoc eſt·proximos ſcãda⸗
lizare·id eſt·obicem eis ad ruinam pone⸗
re. Unde dicitur Eccl. ix. Virginem ne
conſpicias·ne forte ſcandalizeris in deco
re illius. His etiã conſonat illud ſuperi⸗
us poſitum iuxta Cyprianum·ad illam
que adoleſcentibus peccandi fomenta
ſuccendit·ac velut gladium ⁊ venenum
ſe videntibus exponit: Quis inquit nõ
id execret ac fugiat qd alijs fuit exitio?
Quis id appetat ⁊ aſſumat qd ad necẽ
alterius fuerit pro gladio? Deniqȝ ſicut
dicit Aug⁹ in ſpeculo vel regula clerico⸗
rum. Non ſolũ appetere ſed etiam velle
appeti criminoſum eſt.

¶ De pudicitię ſocietatiſ ꝛ famulat⁹ electione. ·Cap· XLV.

HEc de ſuꝑfluitatib⁹ euitãdis i bis ꝙ ptinet ad voluptatē carnis ꝙ inſidiatrix eſt caſtitatꝭ. Porro de mala ꝛ ipudica ſocietate ſciendũ ꝙ i puer̄ ac puell' caſtitatꝭ bonũ ledit vl' dãnificat duplr ·ſ·exẽplo ·ac ſuggeſtiõe. Ideo ſcribit Hiero⁹ ad Alethã de iſtitutiõe filię. Trade iḡt ei comitē ſcitatꝭ·cui⁹ ſmo ꝛ iceſſus ꝛ habit⁹ doctrina ꝟtutũ ſit·nũꝗ abſꝗ te i publicũ ꝑcedat null⁹ ei iuuenis cincinat⁹ arrideat. Nolo etiam ꝙ de ancillis ſuis aliquã plus diligat cui⁹ crebro auribus inſuſurret. Sꝫ quicquid vni loquetur hoc ſciãt omnes Placeat ei comes nequaꝗ cõpta atꝗ formoſa quę liq̄do gutture carmē dulce moduletur ·ſed grauis pallēs ſubtriſtis. Idem quoꝗ deſcribit ad Demetriadē virginem hoc modo dicens: Graues fęminę maximeꝗ ꝟgines ac viduę tibi comites eligantur ·quarum cõuerſatio ſit ꝓbata· ſermo moderat⁹ · verecũdia ſancta. Fuge autem laſciuiam puellarum ꝗ ornant capita·crines a fronte demittunt cutem polliunt · aſtrictas habent manicas ·veſtimēta ſine ruga · ſoccoſꝗ criſpãtes ·ut ſub nomine virginali vendibili⁹ appareant. Mores ſiquidem ꝛ ſtudia dominarum pleruꝗ iudicantur ex moribus ancillarum ꝛ comitũ. Illa ergo tibi pulcra ſit ꝛ amabilis·illa tibi ſocia quę pulcram ſe eſſe neſcit·quę formę bonum negligit·ꝛ procedens ad publicũ· nequaꝗ pectus ꝛ colla denudat· nec pallio reuelato ceruices aperit ·ſed faciē celat ·ꝛ vix oculo vno qui vię cũ neceſſarius eſt patēte icedit. Porro cincinnaculos pueros ꝛ calamiſtratos ac peregrini muris olentes pelliculas quaſi peſtes ac venena pudicitię deuita. Idē etiã ad Saluiniam. Quid facis inquit inter miniſtrorũ greges quos volo non ut famulos contemnas·ſed ut viros erubeſcas: certe ſi ambitioſe domus hęc officia flagitant pręficiat⁹ his ſenex honeſtis morib⁹·cuius honori dominę dignitas ſit. Scio multas clauſis ad publicum foribus non caruiſſe infamia puerorum quos ſuſpectos faciebat vel cultus impudic⁹ vel craſſi corporis nitor vel ętas apta libidini ·vel ex conſcientia amoris occulti ſecutus animi tumor qui etiam bene diſſimulat⁹ frequēter in publicuꝫ erumpit ·ꝛ conſeruos ꝗſi ſeruos deſpicit. Omni ergo cuſtodia ſerua cor tuum ·ꝛ caue quicquid de te fingi poteſt. Nõ ambulet iuxta te calamiſtratus procurator·nõ hiſtrio fractus in fęminã · ñ cãtoris diaboli venenata dulcedo nõ·iuuenis voluptuoſus ꝛ nitid⁹. Nihil artiũ ſcenicoꝝ·nihil tibi i obſequijs molle iũgatur. Habeto tui ſexus ſolatia·i· viduarum ꝛ virginuꝫ choros. Idem in epiſtola ad matrem ꝛ filiam. Inter laſciuas puellas ꝛ comatos iuuenes puella gradieris·dabit tibi barbatulus quilibꝫ manũ preſſiſꝗ digitis aut temptabitur aut temptabit. Inter viros ꝛ matronas erit tibi conuiuium·aliena oſcula ſpectabis. In alijs ꝗꝗ ſericas auratasꝗ veſtes miraberis. Inter hęc aliquis conuiuancium vel aſſiſtentiũ quoniã alienas vxores non videbit ·teꝗ cuſtodem non habes ſępius reſpectabit·loquetur mitibus·ꝛ quicquid metuit dicere ſignificabit aſpectibus. Inter has ꝛ tantas illecebras voluptatum ·etiam ferreas mentes libido domat ·quę maioreꝫ in virginib⁹ patitur famem dum dulci⁹ putat eſſe qđ neſcit·vidimus aliquem oſſibus vix hęrenteꝫ illicitis arſiſſe amoribus ꝛ ante vita caruiſſe ꝙ peſte. Quid tu facies puella ſani corporis delicata·pinguis·rubens·ęſtuans inter carnes ꝛ vina et balnea·iuxta maritos·iuxta adoleſcentes. Quę etſi rogata non feceris· tamen deforme putes teſtimoniũ ſi cogeris. Hęc Hiero⁹. De hoc etiam idem ſcribit ad Euſtochium. Nolo inquit te ad domos matronarum nobilium frequenter accedere·nec illarꝫ tantũmodo te cupio vitare cõgreſſus quę maritoꝝ inflantur

honoribus·quas eunuchorum greges sepiunt sed etiã eas quas viduas necessitas fecit quarũ domus plena cõuiuijs·plena adulatoribus· quarum rubẽtibus buccis farsa distendit·ut eas putes maritos nõ amisisse·sed querere·hec Hiero. Et de huiusmodi etiã viduis loquitur aplus. j. Thimoth. v. Adolescẽtiores inquit viduas deuita. Cũ enĩ luxuriate fuerint·in christo nubere nolũt·habẽtes dãnationem· scilicet apud deũ repositã· quia primã fidem·s·voti prius emissi· vel fidẽ quã professe sunt ĩ baptismo diabolo et pompis eius abrenunciãdo irritã fecerũt·s· votũ continentie frãgendo·et sic iterũ diabolo se mancipãdo·simul aũt inquit et ociose discunt currere domos·nõ solũ ociose·sed etiã verbose et curiose loquentes que nõ oportet·s· turpia quelibet et impudica· Unde et Hiero. in epla supradicta dicit de talibus. Illas quoque viduas rumigerulas quasi pestes abijce que ociose et curiose circũeũt domos matronarũ. Nulla his nisi ventris cura est· vinose atque lasciue quodius mali insinuãt·et ferreas quoque mentes ad delitias emolliũt. Huiusmodi nãque sũt vetule turpis amoris mediatrices atque cõciliatrices·quibus recte congruit qd dicitur Johel. iij. Posuerũt inquit puerum in prostibulo et puellã vendiderunt pro vino ut biberet. Taliũ lingue sũt venenose ac mortifere sicut est lingua vipere·de qua dicitur Job. xx. Caput aspidum suget· et occidet eũ lingua vipere. Cũque nigre sint ac rugose in modũ follis (reuera sunt folles diaboli) flatu male suggestionis corda iuuenũ atque iuuencularum igne libidinis accẽdẽtes·iuxta illud Esa. liiij. Ecce ego creaui fabrũ sufflantem in igne prunas et proferentẽ vas in opus suũ· et interfectorẽ ad perdendũ. Unde de ipso diabolo dicitur Job. xlj. Halitus eius prunas ardere facit·et flãma de ore eius egreditur. De ipsis quoque luxuriosis flatu foliium eius accensis·dicitur Osee. vij. Oẽs adulterãtes quasi clibanus succensus a coquẽte. Et post: Applicuerũt quasi clibanũ cor suũ cũ insidiaretur eis· et tota nocte dormiuit coquẽs eos. Sũt igitur huiusmodi vetule incẽdiarie et ideo excõicate quia sũt incendiarie tẽplorum dei·i· animarũ iuxta illud. j. Cor. iij. Templũ enim dei sanctũ est·quod estis vos. Si quis aũt tẽplũ violauerit dei disperdet illũ deus. Ipso nãque iure excõicati sunt ecclesiarum incendiarij et etiã sacrilegio et morti obnoxij. Sũt etiã incẽdiarie per dolũ·quia portãt ignẽ absconditũ dũ per dulces sermones ac bñdictiones·i· adulationes seducunt corda innocentiũ·sicut de quibusdã dicitur Ro. vlti. Unde sunt lamie infernales·de quibus dicitur Threñ. iiij. Lamie nudauerunt mãmas lactauerũt catulos suos &c. Lactatio·n·est adulatio·de qua dicitur Prouerb. j. Fili si te lactauerint peccatores non acquiescas eis. Tales·n· sũt predicatrices diaboli. Cũque christus in cruce vnicam animã·s·latronis acquisierit·vnica talis vetula multas aĩas iniqua suasione perdit. Unde recte cõpatur basilisco·qui sibilus dicitur secundum Isidorum·quia sibilo occidit antequam mordeat vel exurat. Hec de castitate in qua puelle precipue custodiri debent et erudiri.

De humilitate puellarum et taciturnitate atque maturitate. ·Cap· XLVI·

Nec minus humilitas est eis necessaria·presertim quantum ad salutem·quoniam et in beata virgine Maria respexit dominus humilitatẽ potius quam virginitatẽ. Unde Canticorum. ij. dicitur in persona ipsius sicut exponit beatus Bern. Cũ esset inquit rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum Nardus siquidem herba humilis est et pectus purgat. vnde manifeste humilitatem designat cuius odor et decor inuenit gratiam apud deum· hec Bern. Hinc etiam idem dicit super missus est omelia j. Si humilis virgo Maria non fuisset super eam spũssanctus neque requieuisset

quia ſcriptū eſt: Sup quē requieſcit ſpi-
ritus meus niſi ſuper humilē ⁊ quietum
Porro ſi non ſup eā requieuiſſet vtiqꝫ
nec eā impregnaſſet. Quomodo de ipſo
ꝯciperet ſine ipſo? pulcra vero ꝟginitatꝭ
⁊ humilitatis permixtio·nec illa medio-
criter anima placet deo·in qua ⁊ humili-
tas virginitateꝫ cōmendat· ⁊ virginitas
humilitatem exornat. Itaqꝫ laudabilis
quidem virtus eſt virginitas·ſed neceſſa
ria magis humilitas·illa ſuadetꝰ·iſta ꝑci
pitꝰ. De illa dicitꝰ: Qui poteſt capere ca-
piat. De iſta dicitꝰ. Niſi quis efficitur ſic
paruulus iſte·nō intrabit in regnū celoꝝ
Illa ergo remuneratꝰ·iſta exigitꝰ ſine qua
nemo ſaluatur. Deniqꝫ placere pōt hu-
militas que virginitatē amiſſaꝫ deflet·ſi-
ne humilitate aūt audeo dicere nec Ma
rie virginitas placuiſſet·ergo ſi nō potes
virginitateꝫ · humilis imitare humilita-
tem virginis·hec Bern̄. Idē Ambroſiꝰ
ſuper Lucā li.ij. Ecce inquit ancilla dn̄i
vide humilitatē·vide deuotioneꝫ ·ancil-
lam domini ſe dicit que mater eligitꝰ·nec
promiſſo repētino extollitꝰ. Et poſt: Di-
diciſtis ait o virgines Marie pudorem
diſcite ⁊ humilitateꝫ. Iunior ad ſeniorē
Maria ſcilicet ad Eliçabeth venit ⁊ pri-
or illam ſalutauit. Decet enim ut virgo
qͣnto ē caſtior ·tāto ſit humilior·hec Am
broſiꝰ. Propter hoc etiā Augꝰ in li. de
virginitate·ſic hortatꝰ virgines ad humi
litatem dicens: Hoc agite virgines dei
hoc agite·pergite viam ſublimitatis pe-
de humilitatis·⁊ ſequimini agnum quo-
cumqꝫ ierit. Ipſe enim exaltat humiliter
ſequentes· quē deſcendere nō piguit ad
iacentes· Dona eius illi ſeruanda com-
mittite·fortitudinem veſtram ad illū cu-
ſtodite. Quicquid mali ipſo cuſtodiēte
non cōmittitis·tanqꝫ remiſſū ab illo de-
putate·ne modicum vobis exiſtimantes
dimiſſum·modicum diligatis ⁊ tunden-
tes pectora publicanos ruinoſa iactātia
contēnatis. De viribus veſtris expertis
cauete·ne quia aliquid ferre potuiſtis in-
flemini. De inexpertis auteꝫ orate·ne ſu-
praqꝫ ferre poteſtis temptemini. Exiſti-
mate aliquos in occulto ſuperiores qͥbꝰ
eſtis in manifeſto meliores ·perſeuerātes
in numero veſtro·prebeant vobis exem-
plum cadentes·augeant timorem veſtrū
hec Augꝰ. Sed ⁊ taciturnitas virgines
decet·precipue iuxta illud Ambroſij in
libro.iij.de ꝟginitate. Malo inquit ſer-
monē virgini deeſſe qꝫ ſupereſſe. Nam ſi
mulieres etiam de rebus diuinis iubentꝰ
in eccleſia tacere·domi viros ſuos inter-
rogare·de virginibus quid cautuꝫ puta
mus? in quibus pudor ornat etateꝫ·ta-
citurnitas cōmendat pudorem·hec Am
broſius. De hoc dictū eſt plenius in li.
iij.ſuperius. Deniqꝫ maturitatis etiam
ſiue grauitatis honeſtas plurimū decet
nobiles puellas ·ut videlicet in vultu ac
geſtu ⁊ habitu corporis earum appareat
animi reuerentia ⁊ verecundie modeſtia·
Vn̄ Augꝰ ad virgines vbi ſupra. Non
ſit ait vobis improbus vultus·non ocu-
li vagi·non infrenis lingua·non petula-
ris riſus·non ſcurrilis iocus·non indecēſ
habitus·non tumidus aut fluxus inceſ-
ſus. Hec etenim addita ꝟginitati ange
licam vitam hominibꝫ ⁊ celi mores exhi-
bent terris. Si nuptias contēpſiſtis fi-
liorum hominuꝫ· toto corde amate ſpe-
cioſum forma pre filijs hominuꝫ·qui nō
querit a vobis pulcram carnem·ſed pul-
cros mores quibus frenatis ⁊ carnē· hec
Augꝰ. Cūqꝫ maturitas puellis ſeruāda
ſit in omni geſtu·precipue tamen in aſpe
ctu in quo precipue apparet pudicitia ·⁊
ecōtrario ſimiliter īpudicitia· iuxta illud
Eccl.xxvj. Fornicatio mulieris in extol-
lentia oculoꝝ · ⁊ i palpebris illius agno-
ſcetur. Extollentia ſiquidem oculorū eſt
ſignum impudentie·iuxta illud Hiere-
mie.iij. Frons mulieris meretricis facta
eſt tibi·noluiſti erubeſcere. Ecōtra vero
dicitur in Eccl. vbi ſupra. Gratia ſuper
gratiaꝫ mulier ſancta ⁊ pudorata ·qͥ ſcꝫ
habet oculum ſimplicem ¶ Nam econ
trario in palpebris illius quibus ſcꝫ fiūt
luxurioſi nutꝰ·agnoſcitꝰ impudicꝰ animꝰ

Iuxta illd qd de qbuſdã dicit̃.ij. Pe/
tri.ij. Oculos inquit hñtes plenos adul
terij ꝛ inceſſabilis delicti. Hic ꝛ Aug⁹ in
regula clericoꝝ: Impudic⁹ inqt oculus
impudici cordis eſt nũci⁹. Propt̃ h̄ etiã
ibidẽ Eccl. paulo poſt patri vel mr̄i de fi
lia dr: Ab omni irreuerẽtia oculoꝝ ſuis
caue. ac ſi dicat: Caue ne oculos habeat
irreuerẽtes.i.excelſos vel vagoſ. vel nuti
bus luxuriãtes. Sup h̄ enĩ ꝛ alijs geſti/
bus inordinatẽ reprehẽdit dñs mulieres
ac puellas iudeoꝝ ꝛ cõminat̃ eis dicens:
Eſaie.iij. Pro eo qd eleuatę ſunt filię ſi/
on. ꝛ ambulauerũt extẽto collo ꝛ nutib⁹
oculoꝝ ibãt ꝛ plaudebant. ꝛ pedib⁹ ſuis
cõpoſito gradu incedebant. decaluabit
dñs ṽticẽ filiaꝝ ſion. ꝛ dñſ crinẽ eaꝝ nu
dabit. ꝛ erit ꝓ ſuaui odore fetor. ꝛ ꝓ zo/
na funiculus. ꝛ pro criſpanti crine calui/
ciũ. ꝛ ꝓ faſcia pectorali ciliciũ. Ubi etiã
dicit Hiero⁹. Vtamur ꝛ h̄ teſtimonio
aduerſus eccleſię fęminas q̃ ambulãt ex/
tento collo ꝛ nutib⁹ oculoꝝ loquũt̃. ꝛ tã
manibus plaudãt q̃ pedib⁹. ꝛ ut cõpoſi
to gradu incedãt nõ naturã ſequũt̃ du/
cem. ſed hiſtrionum morẽ. hęc Hiero⁹.
Hinc ꝛ de oculoꝝ oppreſſione in fęmina
pudica ꝛ honeſta in libro declamationũ
ij. dicit Seneca. Efferat oculos iacẽtes
in terrã. ꝛ aduerſus officioſũ ſalutatorẽ
inhumana poti⁹ q̃ inuerecũda ſit. lõge
ante pudicitiam ſuã ore q̃ verbo neget
Nemo fortiter negãtẽ rogauit iteꝝ. hęc
ille. De verecũdia vultus ꝛ oculoꝝ habẽ
tur exẽplũ in Rebecca. Geñ.xxv. Quę
cõſpecto Iſaac. tollẽs palliũ cito operu/
it ſe docẽs. ut dicit Ambroſi⁹ i li. de ſan/
cto Abraam. debere nuptijs verecũdiã
pręire. Hinc enĩ ꝛ nuptię dicũt̃ eoꝙ pu/
doris gratia puellę obnuberẽt̃. Diſcite
ergo inqt o ṽgines queadmodũ verecũ
diã cõſeruetis. nec ante extraneos ĩtecto
capite ꝓdeatis. cũ Rebecca. licet iã de/
ſpoſata fuerit. maritum tñ operto capite
vidẽdũ putauerit. hęc Ambroſi⁹. Por/
ro de vniuerſa morum ac geſtuũ puella/
rũ honeſtate ꝛ maturitate. ponit exem/
plum idẽ Ambroſi⁹ in beata virgine di/
cens. in.ij. li. de virginitate. Sit vobis ĩ
imagine deſcripta ṽginitas Marię e q̃
velut ſpeculo refulgeat ſpecies caſtitatis
ꝛ forma virtuti. virgo erat corpe ꝛ mẽte.
corde humilis. verbis grauis. aĩo prudẽſ
loquendi parcior. legẽdi ſtudioſior. non
in incerto diuitiaꝝ ſed in prece pauperꝭ
ſpũs reponens. intenta operi. verecunda
ſmoni. arbitrũ mẽtis nõ hominẽ ſ deũ
q̃rens. nullũ lędere. omnib⁹ bñ velle. ma
ioribus aſſurgere. equalibus nõ inuidere
iactantiã fugere: Quãdo illa vel vultu
lęſit parentes? qñ faſtidiuit humilẽ. qñ
riſit debilem. qñ vitauit inopem? Nihil
toruũ in oculis. nihil procax in verbis.
nihil in actu inuerecundũ: Non geſtus
fractior. nõ inceſſus ſolutior. nõ vox pe/
tulantior. ut ipſa ſpecies corporis ſimula
crum fieret mentis ꝛ figura ꝓbitatis. hęc
Ambroſi⁹. Aliud exẽplũ ponit Hiero⁹
de Aſella in epl'a ad Marcellã. Nihil
inquit illius ſeueritate iocũdi⁹. nihil io/
cunditate ſeueri⁹. nihil ſuauitate triſti⁹.
nihil triſticia ſuauius. Ita pallor ĩ facie
eſt ut continentiã indicet. non redoleat
oſtentationẽ ſermo ſilẽs. ꝛ ſilẽtiũ loquẽs
Nec citius ei⁹ nec tardius inceſſus. idem
ſemꝑ habit⁹. neglecta mũdicies. inculta
veſtis ꝛ cultus ipſe ſine cultu. Sola vitę
ſuę qualitate ꝓmeruit. ut in vrbe laſciua
ꝛ boni eã predicent. ꝛ mali detrahere nõ
audeãt. Viduę illã imitẽt̃ ꝛ ṽgines. ma
ritatę colãt. noxię timeãt. ſacerdoteſ ſuſci
piant h̄ Hiero⁹. Sꝫ q̃rũdã puellaꝝ vr/
banitas ſiue curioſitas facit eas plerũqꝫ
ꝓcaces atqꝫ laſciuas ꝛ diſſolutas. Vñ
Ambroſi⁹ in li. de virginitate.iij. Terit̃
inqt officijs pudor. audacia emicat. ri/
ſus ſubrepit. modeſtia ſoluit̃. dum vrba
nitas affectat̃. Itaqꝫ ſermonem virgini
malim deeſſe q̃ ſupereſſe. virginez mihi
grauitas ſua nunciet pudore obuio. gra/
du ſobrio. vultu modeſto ꝛ prenũcia in/
tegritatis ante eant ſigna virtutis. Non
ſatis ꝓbabilis virgo eſtimatur. quę cum
videtur requiritur. hęc Ambroſius.

De puella nuptui tradenda. Cap .XLVII.

Cum autem ad etatē nubilem puelle deuenerit parētes earū vel custodes ſi cauſa legitima ſubeſt licite poſſunt eas de cōſenſu illarū tradere nuptui. Ideo dico ſi cā legitima ſubeſt· quia plures ſūt cauſe matrimonij contrahēdi· videlicet liberorū procreatio· fornicationis euitatio· inimicorū reconciliatio· bellorū ſedatio· ꝛ ſi que ſūt ſimiles· inter quas potiſſime ſūt due prime diuinis ſcripturis approbate. Nā de prima dicit̄ Gen̄. j. Creſcite ꝛ multiplicamini· ꝛ replete terrā. Hec fuit prima cōiugij̄ inſtitutio. De ſecūda dic̄ aplus. j. Cor. vij. Propter fornicationē vnuſquiſqȝ vxorē ſuā habeat· ꝛ vnaqueqȝ virum ſuū. Ideo ſ̄o dico de cōſenſu illarū q2 ſine conſenſu nullū eſt matrimonium Inuite quoqȝ nuptie ſolēt malū habere pꝰuentum. Vn̄ poſtq̄ Elieçer nuncius Abrae· ſicut legitur Gen̄. xxiiij. iā obtinuerat conſenſū labā ꝛ matris eiꝰ vt Rebeccā ſororē ipſius adduceret Iſaac in vxorē· ipſo volente recedere dixerūt mr̄ illius ꝛ frater: Vocemꝰ puellā ꝛ queramus ipſius voluntatē. Cūqȝ vocata veniſſet ſciſcitati ſunt dicentes: Vis ire cū homine iſto? que reſpōdit vadā. Et tūc dimiſerūt eā ꝛ nutricē eius imprecātes ei proſpera. Sup hoc tn̄ dicit Ambroſiꝰ in li. de ſancto Abraā. Cōſulit inqt puella nō deſponſalibꝰ· illa .n. iudiciū expectat parentū. Nō enim eligere maritū eſt virginalis pudoris· ſed iam viro deſpōſata ꝯſulit̄ de die profectionis· hec Ambroſiꝰ. Porro ideo dixi licite· quia licet magnū bonum ꝛ meliꝰ ſit cōtinere· nō tn̄ peccatū eſt nubere· ſed aliqn̄ bonū ꝛ vtile. Vn̄ apoſtolꝰ vbi ſup. Si ꝛ nupſerit virgo nō peccauit· Et paulo pꝰ: Si qs aūt turpē .i. negligētē ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua ꝙ ſit ſupadulta· ꝛ ita oportet fieri· eo ꝙ aliqua predictarū cauſarū occurrat· qđ vult faciat· nō peccat ſi nubat· ſcȝ ipſa virgo· Sȝ nec ille qui tradit eā viro legitime culpabilis tenetur quin potius ex intentionis ꝛ operis bonitate meret̄. Nam in tali caſu accipit̄ qđ Eccl. vij. legit̄. Trade filiam .ſ. nuptui· ꝛ grāde opus feceris .i. vtile· ſcȝ ꝑpter vitationē fornicationis· vel ꝑpter bonū ꝓlis Et illđ apoſtoli vbi ſup. Qui matrimonio iūgit virginem ſuā bn̄ facit. Ideo q3 dici pōt opus grāde filiā tradere nuptui q2 matrimoniū eſt figura grādis rei .ſ. cōiunctionis chriſti ꝛ eccleſie· Vn̄ apoſtolꝰ Eph. v. Sacramentū inqt hoc magnū ē· ego aūt dico i chriſto ꝛ eccleſia· Porro q2 matrimonium legitimū inſeparabilem ꝛ indiuiduā vite cōſuetudinē retinet iuxta illud Math. xix. Qđ deꝰ coniūxit hō nō ſeparet· ideo cū magna deliberatione h̄ fieri oportet· ne poſtea ꝯtingat pꝰnitere de hoc· ꝙ nō poſſit remediū habere. Vn̄ in ꝓuerbijs ſapientū legitur: Diu deliberādū eſt qđ ſemel tm̄ inſtruēdum eſt. Et hoc ē magnū ut dicit Theofraſtus· incōmodū nuptiarū· ꝙ nulla eſt vxoris electio ſiue probatio· ſed qualiſcūqȝ obuenerit habēda eſt ac retinenda. Equus inquit ꝛ aſinꝰ ꝛ bos ꝛ canis ꝛ viliſſima mācipia: veſtes quoqȝ ac lebetes ꝛ calix ꝛ vrceolus prius ꝓbātur ꝛ ſic emūtur: ſola vxor nō oſtenditur ne ante diſpliceat q̄ ducat̄. Itaqȝ ſi iracūda· ſi fatua· ſi deformis· ſi ſupba· ſi fetida eſt· pꝰ nuptias dicitur quicquid in ea vitioſū eſt· hec Theofraſtus. Que .ſ. eius verba contra Iouinianū recitat Hieroꝰ. Et qđ dicit đ vxore· idē intelligendū eſt de viro· ſcilicet ꝙ ſponſe non licet eum ante coniugium probare. Et ut dicit Ouidiꝰ in libro de remedijs. ij. Turpe vir ꝛ mulier modo iuncti protinus hoſtes. Ideo q̄tum ex manifeſtis perpendi poteſt· puelle vir ſufficiens ꝛ idoneus eligendꝰ eſt Et primo quidem ut etati ſtature illius congruat· ne in opere cōiugali diſconuenietia in hmōi vires alterius frāgat· vel etiā coniugij̄ fructum impediat. Vn̄ enī dicit Ouidius in libro epl̄arū. Si male

ineq̄uales veniūt ad aratra iuuenci. Tā
pmitur magno cōiuge nupta minor. De
hinc etiā prouidendū eſt ut ſit ſapiēs ac
virtuoſus· quia diuitijs ac pulcritudini
corporis ⁊ omnib⁹ hmōi donis preferen
da eſt ſapientia ⁊ virtus. Vñ poſtq̄ȝ in
Eccl. monetur pater nuptui tradere filiā
adiungitur: Et homini ſenſato da illaȝ
id eſt· prudēti ac ſtrenuo potius q̄ȝ diui/
ti vel elegāti fatuo. Quid .n. proſunt di/
uitie niſi poſſeſſor eas ſciat ⁊ ſeruare ⁊ diſ
penſare? Unde refert Ualerius maxi
mus li. vij. Qr qdā vnice filie pater The/
miſtoclen cōſuluit: vtrū eam pauperi ſed
ornato .ſ. moribus · aut locupleti parum
probato collocaret. Cui ille: Malo inqt
virum pecunia q̄ȝ pecunia viro indigen/
tem· hec Ualerius. Refert etiā Hiero⁹
cōtra Iouinianum. Qr Marcia Cato/
nis filia minor cum ab ea quereret· cur p⁹
amiſſum maritum denuo non nuberet·
reſpondit: ſe nō inuenire virū qui ſe ma/
gis q̄ȝ ſua vellet. Quo dicto eleganter
oſtendit diuitias magis in vxoribus q̄ȝ
pudicitiam eligi ſolere· multoſq̄ȝ nō ocu
lis ſed digitis vxores ducere· hec Hiero⁹
Et ſbdit ironice· optima ſane res q̄ȝ aua
ritia cōciliat. Cum autem viro traditur
admonenda eſt primitus · ut conſentiat
non amore libidinis· ſed obedientie fili/
alis vel deſiderio plis. Sic .n. fec Sara
filia Raguelis que de ſe ipſa dicit Tho/
bie. iij. Tu ſcis dñe q̄ mūdā ſeruaui ani
mam meā ab oī cōcupiſcētia· virum aūt
cū timore tuo cōſenſi ſuſcipere· nō cū li/
bidine mea. Sic etiā dic angel⁹ Rapha
el Tobie· ut legit ibidē. vj. Hi qui ꝯiu/
gium ita ſuſcipiūt ut deū a ſe ⁊ a ſua mē
te excludāt· ⁊ ſue libidini ita vacēt ſicut
equus ⁊ mulus quib⁹ non eſt intellectus
ſuper eos habet poteſtatem demonium.

Qualiter de coniugali ſtatu ſit inſtruenda. Cap. XLVIII.

Deinde vero in receſſu a
parentibus ut habitet cuȝ viro
admonenda eſt ab illis ſicut legitur de
Sara· de qua i. eodem. x. Apprehendē/
tes filiam ſuam parentes oſculati ſunt
eam· ⁊ dimiſerunt ire cum viro monētes
illam honorare ſoceros· diligere maritū·
regere familiam· gubernare domuȝ· ⁊ ſe/
ipſam irreprehenſibilem exhibere. Ec/
ce admonitiones quinq̄ȝ. Prima ē ſo/
ceros honorare qd eſt humilitatis ⁊ pati/
entie. Nam ut in Echyra ſcribit Terē/
tius· ⁊ recitat etiā Hiero⁹. Uno animo
oēs ſocrus oderūt nurus. Et dicit Eccl.
xxvij. Noli conſiliari cum ſocero tuo.
Illos igitur honorare qui ſolent odioſi
ac moleſti ⁊ graues eſſe· nō eſſe ſine virtu/
te patientie. Secunda eſt maritum
diligere de quo etiam precipit apoſtol⁹
ad Titum. ij. Adoleſcētulas inquit hor/
tare ut viros ſuos ament. Cui⁹ ſcilicet
amoris coniugalis quattuor ſigna debȝ
oſtēdere. Primū eſt ut ei volūtarie ſe
ſubijciat· iuxta preceptū domini· qd ha/
betur Gen. iij. Sub viri poteſtate eris ⁊
ipſe dominabit tui. Subijciat inq̄ȝ
ſe viro tripliciter· ſcilicet ei debitū redde/
do· ipſum timendo· ⁊ ei ſeruiendo. De
primo dicit apoſtolus. j. Cor. vij. Uxo/
ri vir debitū reddat. Similiter autem et
vxor viro. Nam mulier ſui corporis po/
teſtatem non habet ſed vir. De ſecūdo
dicitur Eph. v. Uxor timeat virū ſuū·
De tertio dicit Aug⁹. q̄ ſubditas
⁊ pene famulas lex eſſe voluit vxores.
Hinc etiā Hiero⁹ contra Heluidium
Nunciatur inquit vir venire cum ſocijs
⁊ ecce vxor ad hirūdinis modum vniuer
ſa penetrabilia luſtrat· ſi thor⁹ rigeat· ſi
verrunt pauimenta· ſi ordinata ſint po
cula· ſi prandium paratum. Sic ut dicit
Petrus i. j. iij. Sara obediebat Abrae
dominum eū vocās. Secundū eſt. vt
ſollicita ſit de viro qualit ei placeat· iux/
ta illud apoſtoli. j. Cor. vij. Mulier nu
pta cogitat qmodo placeat viro. De
bet autem ei placere propter duo videli
cet· ut ab ipſo diligatur· ⁊ ut ipſe a forni
catiōe vel adulterio retrahat. Tertiū

Filiorum regalium

eſt ut eius infirmitates ac defectus patiē
ter ⁊ amabiliter ſuſtineat·ſicut Ilia fecit
de qua ſic Hieroꝰ contra Iouinianum
libro.j.enarrat. Duellus inquit qui pri/
mus romę nauali certamine triumpha/
uit Iliam virginem vxorem duxit· quę
tantę pudicitię erat ut illo quoqꝫ ſęculo
pro exemplo fuerit quo impudicitia non
vitium ſed mōſtrū·id eſt·ſpectaculū erat
Is ergo iam ſenex ac trementi corpore
in quodam iurgio ſibi os fetiduz expro/
brari audiuit ·⁊ triſtis ſe domū contulit
Cūqꝫ apud vxorem queſtus eſſet· cur ſe
nūqꝫ ut huic vitio mederetur admonuiſ
ſet·hoc inquit Ilia feciſſem niſi omnibꝰ
viris ſic os olere putaſſem ·hęc Hieroꝰ.
Et addit: Laudāda ē ī vtroqꝫ pudica
⁊ nobilis fęmina·⁊ ſi viri ſui vitium igno
rauit·⁊ ſi patienter tulit·⁊ ꝙ maritus in/
fęlicitatem corporis ſui non vxoris faſti/
dio ſed inimici ſenſit. ¶ Quartum eſt
vt ei corpus ſuum caſte cuſtodiat· iuxta
illud apoſtoli ad Titū.ij. Hortare ado
leſcentulas eſſe caſtas. Et hoc non caſti/
tate coacta ſed voluntaria. Quędaz·n·
caſtę ſunt quia non rogātur· vel quia lu/
xuriādi facultas eis terrore ſubtrahitur.
De primo dicit Ouidius in libro de ar/
te p̊. Caſta eſt quā nemo rogauit. De
ſecūdo dič Tibullus. Ne ſęuo ſis caſta
metu ſed mente fideli. Item Ouidius ſi/
ne titulo libro·iij. Siqua metu dempto
caſta eſt·ea deniqꝫ caſta eſt. Que quia
non liceat nō facit illa facit. Vt bn̄ ſer/
ueturiam corpꝰ· adultera mēs eſt· Nec
cuſtodiri ni velit ipſa poteſt. Nec mentē
ſeruare potes licet omnia claudas. Om/
nibus excluſis·inter adulter erit· hęc ille
Refert Hieroꝰ contra Iouinianū li.j.
ꝙ Lucij Sylle felicis metella ꝯiunx pa/
lam īpudica erat: Et quia nouiſſimi ma/
la noſtra diſcimus ad athenis cātabat·
et Sylla ignorabat ſecretaqꝫ domꝰ ſuę
primum hoſtiū conuitio didicit. Hinc
etiā Marcial' coquꝰ ſcribit. Prędia ſo
lus habes ⁊ ſolus candide nummos. Et
tor ſolus habes·ſolus ⁊ īgeniū. Omnia
ſolus habes h' te puto nolle negare Vx/
orē·ſed habes candide cuz populo. Vt
autem vxor pudica fidem ſuę caſtitatis
omnibus faciat·grauitatem in moribus
teneat ⁊ pudicam ſocietatē habeat. Nā
de primo ſic de quadam loquitur Oui/
dius in libro methamorphoſeos.vij.
Facieſqꝫ ętaſqꝫ videbāt Credere adul/
terium·prohibebant credere mores. De
ſecūdo dicit Tibullus. Caſta precor cō/
iunx maneas ſāctiqꝫ pudoris Aſſideat
cuſtos ſedula ſemꝑ anꝰ. Hęc de ſignis
amoris coniugalis in vxore ¶ Cęterū
amor ipſe vxoris in virum debet eſſe pu/
dicus· Quę ſcilicet amoris pudicitia cō/
ſiſtit in tribus· videlicet ut eum caſte q̄ſi
ſponſum·non quaſi adulterum diligat·
⁊ ut ęelotypiam abijciat· ⁊ ut nec propt̄
eius placentiam faciem depingat· vel cri
nes proprios inficiat· vel alienos inſerat
De quo dicit Hieroꝰ contra Iouinia/
num ·ꝙ matrimonia quorundam adul/
terijs cohęſerunt. Vnde idem exponēs
illud verbum apoſtoli ad Titum: Ado/
leſcētulas hortare ut viros amēt: Vult
inquit vxorem ad virum pudicam habe
re dilectionem vt cū pudore ac verecun/
dia ⁊ quaſi neceſſitate ſexus viro potius
debitum reddat·q̄ꝫ ipſa ab eo exigat·et
opera liberorum ante dei oculos ⁊ ange/
lorum perpetrare ſe credat·ut etiam ſecre
tum cubile ac noctis tenebras ⁊ clauſum
cubiculum erubeſcat ·dū oīa patere dei
oculis cogitat·hęc Hieronyꝰ ¶ De ſe/
cundo dicitur Eccl.xxvj. A tribus ti/
muit cor meum ·⁊ in quarto facies mea
metuit. Delaturā·id eſt ·proditionez ci/
uitatis ·⁊ collectionez populi·id eſt·con
iurationem ·⁊ calumniam mēdacem. Qz
hęc tria ſint grauia oſtenditur cum ſub/
iungitur: Super mortez hęc omnia gra/
uia · quia ſcilicet melior eſt mors q̄ꝫ vi/
ta amara · ut legitur ibidem .xxx. Dein/
de ſubiungitur quartum qđ eſt grauiſſi
mum hoc modo. Dolor cordis ⁊ luctus

ſupple cauſaliter mulier zelotypa·id eſt· ſuſpitioſa ſcilicet actiue vel paſſiue·hoc eſt·que male de viro ſuſpicatur· vel de q̄ vir merito male ſuſpicat᷑. Cū tali nāq̧ non poteſt pacem vel requiem habere· meliuſq̧ eſt mori q̄ cū ea viuere. Juxta illud Eccleſiaſtes.vij. Jnueni amariorem morte mulierē. Deinde cauſa hui᷒ grauitatis exprimitur cum ſubditur: Jn muliere zelotypa eſt flagellū lingue omnibus communicās·id eſt·nulli a detractione vel contumelia parcēs. De quo ſcilicet flagello dicitur viro ſancto et quieto Job.v. A flagello lingue abſconderis. De tertio dicit Ambroſi᷒ eiuſq̧ verba recitat etiā Aug᷒ in libro de doctrina chriſtiana.iiij.dicens: Hinc ait illa naſcuntur incentiua vitiorum·ut que ſitis coloribus ora depingant·dum viris diſplicere formidant·et de adulterio vultus medicantur adulterium caſtitatis: Quāta hec amentia effigiem mutare nature·picturā querere·et dū verentur maritale iudicium perdidere ſuum·prior enim de ſe pronunciat·quoniam cupit mutare qđ nata eſt·ita dum alij placere ſtudet·prius ipſa ſibi diſplicet. Quē iudicē o mulier veriorē reqrim᷒ deformitatis tue q̄ teipſam que times videri? Nam ſi pulcra es·quid abſconderis? Si deformis cur te formoſam eſſe mentiris·nec tue conſcientie·nec alieni gratiam habitura erroris? Jndignari ſi amet aliam q̄ te·qui adulterare docetur a te. Deniq̧ tolerabiliora propemodum in adulterio ſunt crimina·quoniā ibi adulteratur pudicitia·hic natura. hec Ambroſius. Item ad idem dicit Cyprianus ī libro de diſciplina et habitu virginum. Ut inq̄t in teſta fucis lenocinantibus ſis corruptis et violatis que dei ſunt peior adultera detineris. Or enim te putas ornari·vel comi·impugnatio ē iſta diuini operis·preuaricatio veritatis. Nō metuis oro te que talis es·ne cū reſurrectionis dies venerit artifex tuus te non recognoſcat·ſed ad ſua premia venientē excludat·vigore cenſoris et iudicis increpans et dicens: Opus hoc meum non eſt nec imago hec noſtra eſt·figura corrupta eſt·vultus alienus eſt·deum videre non poteris·cum oculi tibi non ſint quos deus fecit·ſed quos diabolus infecit. Jllum tu ſectata es rutilos atq̧ depictos oculos ſerpentis imitata es·de inimico tuo compta cum illo pariter et arſura·hec Cyprianus. Quedam etiam grauius peccant·que non ſtudio placendi viris·ſed obtentu placendi eis·faciem et crinē depingunt·et adulterant· Uel deſiderio inanis glorie·iuxta illud Ouidij in libro de arte ꝑ. Delectāt etiam caſtas preconia forme. Uel etiā libidinoſe ſicut meretrices et adultere·de q̄bus dicitur Eccl.xxv. Nequitia mulieris immutat faciem ſuā·et obcecauit vultū ſuum tanq̄ vrſus·et quaſi ſaccum oſtendit in medio proximorum. Jmmutat inquit faciem ſuam vnguentis et cultu vario· ſcilicet ut videatur decora·cū ſit turpiſſima·ſicut et Jezabel que depinxit oculos ſuos ſtibio·ſicut legitur·iiij·Reg.ix. Unde et dicitur in modum vrſi obcecare vultum ſuum·quia ſuper naſum gerit peplum·quo tegit faciei ſue turpitudinem·ſicut et vrſus habet ſup naſum corrigiam latā. Et quaſi ſaccum ſe oſtendit in medio proximorum·quia peplo ac ceteris ornamentis ita tegit corpus ſuum ut nihil appareat ipſius·ſed ſit quaſi ſaccus precioſis mercibus plenus. ſm illud poeticum. Decipimur cultu gemmis auroq̧ teguntur Omnia· pars minima eſt ipſa puella ſui. Sed melior eſt ipſis mercibus ſaccus·cum reuera luto ſit ac fecibus plen᷒·iuxta illud.j. Mach.ij. Gloria eius ſtercus ac vermis eſt·hodie extollitur et cras non inuenietur. Aliter vero quondam ſancte mulieres in deo ſperantes interius ornabant ſe proprijs viris ſubiecte· ſicut legitur·j. Petri.iij. Sz etſi aliq̄ exteri᷒ ornabat ſe et cōponebāt

hoc faciebant moderate ac ſincera intentione: ſicut legitur de Judith in li. ſuo. x. videlicet q̈ omnib⁹ ornamentis ſuis ornauit ſe. cui 7 domin⁹ ſplendorē contulit qm̄ omnis hęc cōpoſitio nō ex libidine. ſed ex virtute pēdebat. Ideoq̈ dn̄s hāc in illa pulcritudinē ampliauit. ut incōparabili decore omniū oculis appareret. Legit̄ etiā in Heſter. q̈ ipſa ad cubile regni introducenda muliebrem cultū nō quęſiuit. ſ͛ q̄ voluit ab Egeo ad ornatum accepit. Erat enim formoſa valde 7 incredibili pulcritudine. oīu3 oculis gratioſa 7 amabilis videbat̄. Refert autem Ualerius li. vj. de ſulſpicio gallo q̈ vxorem ſuam dimiſerit eo q̈ illam operto capite foris verſatam cognouit. Lex enim inqt: Tibi meos tm̄ preſcribit oculos q̈bus formā tuam approbes. his inſtrumēta decoris pręparata. his eſto ſpecioſa. horum te certiori crede notitię. vlterior tui cōſpectus irritatione ſupuacua accerſitus in ſuſpitione 7 crimine hereat neceſſe ē. hęc Ualeri⁹. Sic faciebat illa mēte nobilis regina Heſter. quę ꝑpter regis 7 ſtatus ſui dignitatē neceſſario diadema 7 regia ornamenta portabat. 7 tn̄ dicebat. ut legit̄ Heſter. xiiij. Tu ſcis domine neceſſitate3 meā qđ abominer ſignū ſuperbię 7 glorię meę qđ eſt ſup caput meū in diebus oſtentationis meę. 7 deteſter illud quaſi pannū menſtruatę 7 nō portem in dieb⁹ ſilentij mei. Hęc de mariti amore. ¶ Tertium eſt familiam regere ſcilicet ut filios et filias ſicut docet apoſtolus ad Titum. ij. ſcđm deū diligat et erudiat. famulos 7 ancillas diſciplinatos habeat. nec aliquid inordinatum vel impudicū in eis ſuſtineat. Un̄ Hiero⁹ ad Saluiniam. Nō ambulet inqt iuxta te ꝓcurator calamiſtratus. nō hiſtrio in fęminam fractus. nihilq̈ ſcenicarū artium. nec in obſequium tibi molle iūgatur. ¶ Quartum eſt domum gubernare. iuxta illud apoſtoli ad Titum. ij. Admone illas eſſe prudētes. domus curam habentes. i. res domeſticas prudēter adminiſtrantes ac diſpenſantes.

¶ Qualiter admonenda ſit de vita irreprehenſibili. Cap. XLIX.

Quintum de quo admonenda eſt. irreprehenſibilem ſeipſam exhibere apud deū 7 homines. ſcilicet ut gratioſa ſit apud oēs. iuxta illud Eccl. xxvj. Gratia ſuper gratiā mulier ſācta 7 pudorata. ſācta ſcilic3 apud deum per caſtum timorem. pudorata vero apud homines per honeſtam conuerſationem. De primo dicit̄ Eccl. j. Initium ſapientię timor domini. 7 cum fidelibus in vulua concreatus eſt. 7 cum electis fęminis graditur ꝛc. De ſecundo dicit apoſtolus. j. Timoth. v. loquens de mulieribus. Hoc inquit pręcipe ut irreprehēſibiles ſint. De vtroq̈ ſimul dicit Hiero⁹ ad Saluiniam. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. 7 caue quicquid de te vel contra te fingi poteſt. Na3 omnis id eſt. perfecta cuſtodia cordis. eſt timor domini filialis. iuxta illđ Eccl. j. Timor domini ſcientię religioſitas cuſtodiet et iuſtificabit cor. Cautela vero contra detractores eſt diligens ſui circumſpectio. ſcilicet ut non ſit notabilis in habitu vel in geſtu. vel in verbo. vel in conuerſatione. ¶ Sit ergo habitus ordinatus nihil habens laſciuū vel impudicum. vel etiā ſuperbum. pręcipueq̈ tempore orationis 7 loco. iux̄ illud. j. Timoth. ij. Uolo inquit apoſtolus orare mulieres in habitu ornato cum verecundia 7 ſobrietate ornantes ſe. non in tortis crinib⁹. aut auro aut margaritis vel veſte precioſa. ſed quod decet mulieres. promittentes pietatē per bona opera. Super quo verbo ſic loquitur Ambro⁹ in cōmētariolo ſuo. Qui vult inquit ī oratione audiri amota a ſe pompa inclinare ſe debet ut miſericordiā prouocet. habit⁹ nāq̈ ſupbus nec impetrat. nec recta de ſe facit credi. Quis eni3 prudentium iactāter ornatā

mulierē nō horreat: Quāto magis au/
ctor deus qui corpus a ſe liberū factū vi/
det metallis obligatū. Quāto itaqʒ ho/
minib⁹ ſplēdida videt̄ tāto magis a deo
deſpicitur· hec Ambroſi⁹. Sit etiā in ea
omnis geſt⁹ grauis ꝛ matur⁹· precipueqʒ
aſpect⁹· iuxta illud Senece in declama/
tionib⁹. Offerat inquit matrona oculos
iacētes ī terra· ꝛ aduerſus officioſū ſalu/
tatorē inhūana ſit potius q̄ inuerecun/
da. Sit ꝛ in verbo modeſta· ſ· nō garru/
la· ſ; taciturna· non litigioſa ſed pacifica
Nā garrulitas in muliere ſignū eſt leui/
tatis ꝛ īpudicitie· iux illd̄ qd̄ Prouerb.
vij. dicit̄ de meretrice: Mulier garrula ꝛ
vaga quietis impatiēs ꝛc. De tali etiaʒ
dicitur Eccl.xxv. Sicut aſcēſus areno/
ſus ī pedib⁹ veterani· ſic mulier lingua/
ta homini quieto· i· quietē amāti· Et eſt
ſenſus: Sic arena que inſtabilis eſt ac
fluida ſenē retardat ab aſcenſu· ſic ꝛ mu/
lier garrula ꝛ inſtabilis retardat hoīem a
boni ꝓfectu. Ecōtra dr̄ de mulierꝫ tacit̄/
nitate· dī Eccl.xxvj. Mulier ſenſata et
tacita nō eſt immutatio erudite aīe. Su
per hoc exemplū habet̄ in beata virgine·
de qua dicit Beda ī omel. de dn̄ica na/
tiuitate: Maria pudicitie iura cuſtodieſ
ſecreta chriſti q̄ nouerat nemini diuul/
gare volebat· ſed ipſum quando vellet·
et quomodo vellet· hoc diuulgare reue/
renter expectabat. Et illa quidem ta/
cebat ore· ſedula tn̄ vigili ſcrutabatur
ꝛ cōferebat corde· hec ille. De hac etiam
beatus Bern̄. ſic loquit̄ de muliere ami/
cta ſole: Ubi inq̄t aliq̄n Maria loquit̄
vbi ꝯſūptuoſa fuiſſe videt̄: foris ſtabat
q̄rens loq̄ filio· nec materna auctoritate
aut ſermonē interrupit· aut habitationē
irrupit· in qua filius loquebat̄. In omni
quoqʒ textu quattuor euāgelioꝝ· nō ni/
ſi quater Maria loquēs audit̄· Primo
quidē ad angelū· ſ; cū eā allocut⁹ fuiſſet
iam ſemel ꝛ iteꝝ. Secūdo ad Eliçabeth
q̄n vox ſalutationis eius exultare Johā
nem ī vtero fecit· eaqʒ magnificāte Ma
riam· ipſa magis dn̄m magnificare cura/
uit. Tertio vero ad filiū cū eſſet annoꝝ
duodecim· q̄ ipſa ꝛ pater ei⁹ dolētes q̄/
ſiuiſſent eū. Quarto in nuptijs ad eūdē
filiū ꝛ ad miniſtros nuptiaꝝ. Et is q̄dē
ſermo certiſſimus index fuit ingenite mā
ſuetudinis· ac verecūdie virginalis. Ali/
orum quippe verecundiā reputās· ſuā ſu/
ſtinere n̄ valuit· defectū vini diſſimulare
nō potuit. Inducēs quoqʒ in templū tē/
pli dn̄m· multa quidē a Symeone audi
uit· tā de illo q̄ de ipſa tarda ad loquē/
dum· velox aūt ad audiendū. Et quidē
Maria cōſeruabat oīa verba hec ꝯferēs
in corde ſuo. Sed in his oīb⁹ ne de ipſo
qd̄cūqʒ verbū eā dixiſſe reperies incarna
tionis dn̄ice ſacramēto. Totiēs deniqʒ
Maria filiū audiuit nō modo turbis in
parabolis loquētē· ſed ꝛ diſcipulis ſeor/
ſuʒ regni dei myſteria reuelātē· vidit mi/
racula facientē· vidit demū in cruce pen/
dentē· expirantē· reſurgentē· ꝛ aſcēdētē:
ſed in his oīb⁹ quotiens verecundiſſime
virginis· pudiciſſime turturis vox memo
ratur audita· hec Bern̄. ¶ Porro de
muliere litigioſa dicit̄ Prouerb.xxvij.
Tecta ꝑſtillantia in die frigoris· ꝛ litigi/
oſa mulier cōparāt̄. Sicut· n· ſub tecto ī
frigore ꝑſtillāte non pōt hō quieſcere· ſic
nec cū litigioſa muliere· Unde ī eodē li.
dicit̄.xxv. Melius eſt ſedere ī angulo do
matis· q̄ cum muliere litigioſa in domo
communi. Sicut enim in aureolo dicit
Theofraſtus· vt ī libro contra Jouinia/
num recitat Hiero⁹. Tali mulieri querē/
da ſunt: ancille· ſumptus· gemme· varia
ſupellex· ac precioſe veſtes· deinde per to
tas noctes cōtra virum garrule queſtio/
nes: Illa inq̄t procedit in publicū orna/
tior· hec honoratur ab omnibus· ego in
conuentu feminarum miſella deſpicior·
Cur aſpiciebas vicinam: Quid cuʒ an/
cillula loquebaris: Et cetera plura que
dicta ſūt ſ̄. Deniqʒ ꝯuerſatio q̄ʒ mulierꝫ
honeſta debet eſſe· ut nihil in ea ſit repre
henſibile· precipue quia leuis ac tenera
res· ut dicit Hiero⁹· eſt fama pudicitie
Attendat ergo qd̄ dicitur .j. Petri.iij.

Conuerſationem veſtram inter gentes habentes bonam ·ut in eo qđ detractāt de vobis tanq̄ de malefactoꝛib⁹: ex bonis operibus vos conſiderantes gloꝛificent deum in die viſitationis. Hoc eſt enim qđ poſtea de mulieribus dicitur in eadem.iij. Ut etſi non credunt verbo p̄ mulierum conuerſationem lucrifiant ſine verbo: Uideat ergo ne ſit malicioſa ſed ſimplex ⁊ bona·ne ſit etiam audax vł pꝛocax·ſed humilis ac verecunda·nec ſit impudica·ſed caſta·nec iracūda·ſed māſueta·nec ebꝛioſa·ſꝫ ſobꝛia. Hęc ſunt enī q̄nq̄ vitia ·quę maxime diuina ſcriptura redarguit in muliere mala. Nam de malicioſa dicitur Eccł.xxv. Breuis omnis malicia ſuper maliciaȝ mulieris.ſoꝛs peccatoꝛum cadet ſuper illam ·id eſt· pena gehennalis. Poꝛro de pꝛocace·vel audace vel ſuperba· dicitur Pꝛouerb. vij. Appꝛehenſum deoſculatur iuuenem ⁊ pꝛocaci vultu blandit᷑ ꝛc. Et Eccł.xxij Patrem ⁊ virum cōfundit audax. Ecōtra vero dicit Ambꝛoſi⁹ in libꝛo de ſancto Abꝛaam.j. Angelus in domū Abꝛaam introductus quęſiuit ab eo: vbi eſt Sara vxoꝛ tua· nec ignoꝛans hęc quęſiuit·ſed q̄tum debeat eſſe pudoꝛ feminarum·docere nos voluit·ne ſcilicet pꝛocaci occurſu etiam hoſpitum in ſe oculos inflectant·ſed ſalua reuerentia miniſterium ſuum exerceant. De impudicitia dicitur Pꝛouerb.xxx. Talis·id eſt·ignota ⁊ occulta eſt via mulieris adulterę· quę comedit ⁊ tergens os ſuū dicit· non ſum operata malum. Poꝛro de iracunda dicitur Eccł.xxv. Non eſt caput nequius ſuper caput colubꝛi· ⁊ non eſt ira ſuper iram mulieris: Unde cōmoꝛari leoni et dꝛaconi placebit q̄ȝ habitare cum muliere neq̄ȝ·id eſt·iracunda. Deniq̄ȝ de ebꝛioſa dicitur in eodem.xxvj. Mulier ebꝛioſa eſt ira magna·⁊ contumelia·⁊ turpitudo eius non tegetur· Hęc de illa quinta ⁊ vltima admonitione·qua ſcilicꝫ hoꝛtanda eſt a parentibus filia nuptui tra vita· ſeipſā irrepꝛehēſibilē exhibere.

De ſtatu viduali.

·Cap ·L·

Poꝛro ſi contingat eam interueniente viri moꝛte viduam ī adoleſcentia remanere attēdat quod dicit apoſtolus.j.Coꝛ.vij. Mulier alligata eſt q̄to tempoꝛe vir ei⁹ viuit·q̄ ſi doꝛmierit vir eius liberata eſt. Cui vult nubat tantum in domino·hoc autem dicit non iubendo ſed permittendo. Permittūt᷑ enī ſecūdę nuptię q̄uis indignioꝛes ſint q̄ pꝛīę. Unde Hiero⁹ contra Iouinianum libꝛo.j. Non damno bigamoſ·imo nec trigamos·etiā ſi dici poteſt octogamos. Sed ut plus aliq̄d inferam·etiam ſcoꝛtatoꝛem recipio penitentem · hęc Hiero⁹. Uñ cataphꝛygę tāq̄ hęretici deſipiebāt qui ſecūdas nuptias dānabant. Poteſt tamen intelligi·qđ hoc dicit apoſtolus· etiam conſulendo his quę timent ſibi de incontinentia. Unde ⁊ idem dicit .j. Timoth .v. Adoleſcētioꝛes viduas deuita·i·eas nō de facili recipias ad caſtitatis vota. Ut enim ibidem dicit gloſa: Lubꝛicę ętati non debet facile credi. Unde ibidē ſubiungitur de quibuſdaȝ: Cum enim luxuriatę fuerint in chꝛiſto nubere volunt·i· legitime nubere non meretricari·cū vtiq̄ȝ nubere non poſſint legitime poſt votum continentię. Uñ ibidem ſequitur: Habentes inquit damnationem·quia pꝛimam fidem irritam fecerunt. Ne igitur hęc mala contingant in eccleſia: Uolo inquit iunioꝛes nubere·nō vouere·filios pꝛocreare ·matreſfamilias eſſe ·⁊ ſic nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia. Iam enim quędaȝ conuerſę ſunt retro poſt ſathanā ·id eſt· ab illo excellēti viduał caſtitatꝭ pꝓpoſito ceciderūt·⁊ ſuggerēte diabolo perierūt· Et recte dicit apłus: Cui vult nubat· qꝛ ſicut ibi dicit᷑ ī gloſa. Inuitę nuptię ſolēt malos

hīc puerꝰ. Qr aūt h̄ dicat nō precipiēdo
ſed ꝓpter periculū incontinentię permit-
tendo· patet per id qđ ibidem ſubiungi-
tur: Beatior autem erit ſi ſic permāſerit
ſm̄ meū conſilium· ſcilicet īnupta. Qđ
exponens Ambroſius dicit· ꝙ ideo ꝑme
nuptię ſub benedictione dei ſolenniter
celebrāť· ſecūdę aūt in preſēti carent glo
ria· ſed ꝓpter incontinentiā concedūtur·
hęc Ambroſiꝰ. Gloriā vocat ipſā bene-
dictionem ſolennē qua ſponſus ⁊ ſpōſa
benedicuntur in primis nuptijs· ſed non
in ſecundis vbi rectus ordo ſeruať· licet
in quibuſdam eccleſijs fiat contrarium.
Notandum quoq; ꝙ non dicit apoſto-
lus de vidua: Beatior erit ſi caſtitatē ꝓ-
poſuerit vel vouerit· ſed ſi ſic permāſerit.
Naz ut dicitur Eccleſiaſtes. v. Multo
melius eſt non vouere q̄ʒ poſt votum ꝓ-
miſſa nō reddere. Vn̄ Augꝰ ad Julianā
de bono viduitatis. Plane inqt dicere
non dubitauerim lapſus a caſtitate ſan-
ctiore quę deo vouetur adulterijs eſſe po-
tiores. Si enim ad oſtenſionē chriſti ꝑ-
tinet cum membrū eius fidem nō ſeruat
marito· q̄ʒtomagis cum nō ſeruatur ipſi
chriſto ī eo qđ exigit oblatū q̇ nō exege-
rat offerendum. Cū enim quiſq; nō red-
dit qđ non imperio compulſus· ſed con-
ſilio cōmonitus vouit· tantomagis frau
dati voti auget iniquitatez· q̄ʒto minus
habuit vouendi neceſſitatē· hęc Augꝰ.
Recte quoq; dicit aplꝰs: Beatior erit·
quia meliꝰ eſt ſiue virgini ſiue viduę cō-
tinere q̄ʒ nubere. Vn̄ Hieroꝰ ad Salui
niam. Neſciat inquit vidua bigamię in-
dulgētiā· nec nouerit illđ apoſtoli: Me
lius eſt nubere q̄ʒ vri. Nā tolle qđ peius
eſt vri· ⁊ nubere per ſe bonū nō erit· La-
mech maledictus ⁊ ſanguinarius primꝰ
vnā coſtam in duas diuiſit· ⁊ plantariū
bigamię protinꝰ diluuij pęna ſubuertit·
Vn̄ aplꝰs cū dicit. j. Timoth. v. Volo
adoleſcentulas nubere ꝛc. Cur h̄ indul-
gere permiſſus ſit ſubiūgit: Jam· n· q̄dā
declinauerūt poſt ſathanā. Ex quo intel
ligimus eū nō ſtantibus coronā· ſed iacē
tibus manū porrigere. Itaq; adoleſcen
tula vidua quę ꝯtinere nō poteſt vel nō
vult· potius maritū accipiat q̄ʒ diabo-
lum· ſciatq; ſibi non tam virum datum
q̄ʒ adulterum amputatum· hęc Hieroꝰ
Propter hoc etiam idē viduas electas
econtrario virginibꝰ aſſociat· dicēs: In
ſermone cogitis me· beatę inquit eſtis o
virgines ſanctę quę tātę virginis· ſcilicet
dei genitricis exemplum eſtis ſecutę. Sz
beatę viduę quę ducunt celibem vitā· ſci-
licet in chriſto. Propter h̄ enim bene vi-
duę virginibus copulantur· dicente apo
ſtolo: Mulier innupta ⁊ virgo cogitat
quę dn̄i ſunt· ut ſit ſancta corpore ⁊ ſpū.
Quoddā enim magiſterium virginitatꝭ
viduarum gliſſit ⁊ confortatur exemplis
Et ꝓpemodum non inferioris virtutis ē
a cōiugio qđ aliquādo delectauerit ab-
ſtinere q̄ʒ coniugij delectamenta neſci-
re. In vtroq; ergo gradu fortitudo lau-
datur· ⁊ cęleſtis vitę virtus predicatur·
idcirco cognationez cū chriſto iā vterq;
ordo ſortitur· hęc Hieroꝰ. Idem quoq;
dicit ex parte Ambroſiꝰ in libro de vidu
is. Itaq; ſicut dicit Augꝰ in libro de bo-
no cōiugali. Bonū quidez Suſannę in
coniugali caſtitate laudamus· ſed tamē
ei bonum Annę viduę· ac multomagis
virginis Marię anteponimus· ſed quic-
quid inquiunt ſi omnes velint cōtinere:
vnde genus humanum ſubſiſtet· vtinaz
omnes hoc vellent· dumtaxat in charita
te: Multo citius dei ciuitas impleretur
⁊ ſęculi terminus acceleraret. Quid enī
aliud hortari videtur apoſtolus· vbi ait
cum inde loqueretur: Vellem inquit
omnes ſicut meipſum eē. Et poſt. Tem-
pus inquit breue eſt: reliquum eſt ut qui
habent vxores ſint tamq̄ʒ non habētes
⁊ qui vtunť hoc mūdo tāq̄ʒ nō vtantur·
hęc Augꝰ. In primitiua quidem eccleſia
de viduis adeo eccleſię cura erat ſpālis
vt quędā illaꝝ ſuſtentareť de bonis eccle
ſiaſticꝭ. Ad hoc tn̄ ut ſuſtētarenť de bo-
nis eccleſię quattuor oportebat concur-
rere· videlicet ut eſſent ętatis prouectę·

monogame ꝛ probate vite ꝛ mundi ſola-
tio deſtitute. ꝛ ſic admitterentur cõtinen
tie. ¶ De primo dicit apoſtolus .j.
Timoth. v. Vidua eligat̃ nõ minus ſe-
xagīta annoꝝ. ¶ De ſecũdo ibidē ſbiũ-
git: Que fuerit vnius viri vxor .ſ. propt̃
ſacramentum. ſm gloſam . quia ſignifi-
cat eccleſiam que eſt vnica vnici. ſcilicet
chriſti. ſm illud Cant. vj. Vna eſt inqt
colũba mea ꝛc. ¶ De tertio ibidē ſub-
iungitur. In operibus bonis teſtimoni-
um habēs. ſi filios educauit. ſi hoſpitio
recepit. ſi ſanctorum pedes lauit. ſi tribu
lationem patientibus ſubminiſtrauit. ſi
omne opus bonum ſubſecuta eſt. ¶ De
quarto dicit̃ ibidē: Viduas honora q̃
vere vidue ſunt. id eſt. non ſolum a viri
ſocietate ſed etiam a mundi amore ac ſo
latio deſtitute. ſcilicet nolentes amplius
nubere. nec ad ea que mundi ſunt redire
Econtra vero dicit Hiero⁹ ad Euſto-
chium. Illarum te cupio vitare cõgreſ-
ſus quas viduas fecit neceſſitas. quarũ
domus plena cõuiuijs . plenaq; adula-
toribus. quarum buccis rubentibus. cu-
tis farſa diſtenditur. ut eas putes mari-
tos nõ amiſiſſe ſed querere. hec Hiero⁹.
Vera ſiquidem vidua debet vitare mũ-
di ſolacia. videlicet pompoſa miniſteria
vel conſortia. conuiuia quoq; ac ſpecta-
cula ꝛ ſimilia. Vñ idē Hiero⁹ ad Sal-
uiniam. Quid facit vidua iter miniſtro-
rum greges? Si ambitioſe domus hec
officia flagitāt. preficiatur his ſenex. ho-
neſtis moribus: cui⁹ honor domine di-
gnitas ſit: Non ambulet iuxta te cala-
miſtratus procurator. non hiſtrio ꝛc.
Deniq; omnia carnis oblectamenta fu-
gere debet. ſm Hieronymũ. quaſi vene-
na. quia dicit apoſtolus vbi ſupra: Vi-
dua que in delitijs eſt viuēs mortua eſt.
Vñ Hiero⁹ vbi ſupra: Omnis creatu-
ra dei bona eſt. ut ait apoſtolus. Et ni-
hil reijciendum qđ cum gratiaꝝ actio-
ne percipitur. Sed audiāt hoc mulieres
que ſollicite ſũt . quomodo placeant vi-
ris . comedant carnes que carnibus ſer-
uiunt. quarum feruor deſpumat in coitũ
tu vero que in tumulo mariti omnes pa
riter voluptates ſepeliſti. que vnctã pur
puriſſo ꝛ ceruſa faciem ſuper feretrum ei⁹
lachrymis diluiſti. que pullam tunicam
nigros calceolos. candide veſtis. ꝛ aura-
ti ſocci depoſitione ſumpſiſti. nihil aliud
neceſſe habes niſi perſeuerare in ieiunio.
hec Hiero⁹. Et ſi forte timet aliorum of-
fenſam vel ſcandalum de negligẽtia cul-
tus. ac vilitate victus ꝛ veſtitus . audiat
quod dicit idem Hiero⁹ ad Marcellā
de bleſilla vidua loquens: Scandali-
çat inquit quēpiam veſtis fuſcior: ſcan-
daliçet ꝛ Johannis. qui camelorum pi-
lis veſtitus çona pellicea cingebat̃. Ci-
bi diſplicent viliores. nihil locuſta vili⁹.
Ille chriſtianos oculos potius ſcanda-
liçēt. que purpuriſſo ꝛ quibuſdam fucis
ora oculoſq; depingunt. quarum facies
gipſeo ꝛ minio candore deformes idola
mentiuntur. quibus ſi forte improuidē
lachrymaruꝫ ſtilla eruperit. ſulco defla-
it. quas nec numerus annorum docere
poteſt ꝙ vetule ſunt . que capillis alie-
nis verticem ſtruunt ꝛ preteritam iuuen-
tutem in rugis anilibus poliunt. que an-
te nepotum greges trementes virgule cõ
ponuntur: Erubeſcat mulier chriſtiana
ſi nature cogit decorem: Ecce vidua no-
ſtra que prius vndiq; ornabatur. ꝛ tota
die qđ ſibi deeſſet querebat ad ſpeculuꝫ
nunc neglectuꝫ caput ſcit ſibi tantũ ſuf-
ficere ꝙ velatur. Plumarũ quoq; mol
licies tunc dura videbatur ꝛ in extructis
thoris iacere vix poterat: Nũc ad oran
dum feſtina conſurgit. flectuntur genua
ſuper humum ꝛ crebris lachrymis facies
ante ſordidata purgatur. Pulla ē tu-
nica minus cum humi iacuerit ſordida-
tur . ſocculuſq; ei vilior ꝛ auratoruꝫ preciũ
calceorum egentibus datur . cingulum
non auro gemmiſq; diſtinctũ . ſed laneũ
ꝛ ſimplex qđ poſſit veſtimēta aſtringere
magis q̃ ſcindere. Siquis huic ꝓpoſito

inuidet ꝛ detrahit beſilla noſtra ridebit· nec dignabitur ranarum loquatium audire conuicia· hec Hiero⁹. Que ſcilicet eius verba conſonant apoſtolo dicenti vbi ſupra: Que vere vidua eſt ꝛ deſolata ſperet in deum ꝛ inſtet obſecrationibꝫ ꝛ orationibꝫ nocte ac die. Talis erat illa vidua euangelica ſcilicet Anna· de qua legitur Luc.ij. Hec proceſſerat in diebꝫ multis· ꝛ vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a virginitate ſua· ꝛ hec vidua vſqꝫ ad annos octuagintaquattuor: Que non diſcedebat de templo ieiunijs ꝛ obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Deniqꝫ etiam ſi aliqua vidua domeſticos haberet q̃s deberet nutrire vel etiã parentes vel aliquos maiores qui poſſent ac deberent eã ſuſtentare· talez recipi nolebat apoſtolus in miniſterium eccleſie. Vñ ſi qua inquit vidua filios aut nepotes habet · diſcat primo domum ſuã bene regere· ꝛ mutuam vicem parentib⁹ reddere· hoc enim acceptum eſt coram deo. Siquis autem ſuorum ꝛ maxime domeſticorum curam non habet · fidem negauit· ꝛ eſt infideli deterior. Et poſt: Siqs autem fidelis vel ſiqua fidelis habet viduas· ſcilicet in domo ſua· ſubminiſtret illis ꝛ nõ grauetur eccleſia. De tali ergo vidua· ſcilicet in omnib⁹ predictis electa· dicit Ambroſi⁹ in libro de viduis. Predicatᷣ vnius viri vxor vidua etatiſqꝫ ꝓceſſu iam probata viuida religioni · effeta iam corpori· cui diuerſorium ĩ templo colloquium in prece· vita in ieiunio · pietas in officio· Hec de ſtatu viduali.

De excellentia virginali. · Cap · LI·

Si vero nec puelle ſit neceſſitas nubendi nec parentibus eam nuptui tradendi· melius ẽ eam in virginitate dimittere q̃ꝫ nuptui tradere· iuxta illud apoſtoli, j. Cor.vij. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſſitatem· ſed poteſtatem habẽs ſue voluntatꝭ· ꝛ h̃ iudicauit in corde ſuo ſeruare virginitatez ſuam· non ingerens ei fomitem nuptiarum · ſicut Ambroſi⁹ exponit· bene facit. Igitur ꝛ qui matrimonio inquit iungit virginem ſuam bene facit· quia ſibi licet qꝺ facit· ꝛ qui non iungit cuꝫ ſcilicet habeat poteſtatem voluntatis ſue perficiende quia puella bene vult continere· melius facit· quoniam ꝛ apud deum illi meritum collocat ꝛ illã a mũdi ſollicitudĩe liberat· hec Ambroſius. Ibi etiam dicit Aug⁹. ꝙ melius eſt id qꝺ licet ꝛ expedit q̃ꝫ qꝺ licet ꝛ nõ expedit. Hiero⁹ quoqꝫ contra Iouinianũ libro.j. dicit· ꝙ caſtitas ſemper operi nuptiarum prelata fuit. Nam ꝛ primi parẽtes ante offenſaꝫ· in paradiſo fuerũt virgines· poſt peccatum autẽ ꝛ extra paradiſum protinus nuptie. Nuptie itaqꝫ terram replent · virginitas paradiſum. Vñ dictum eſt: Creſcite ꝛ multiplicamini ⁊c. Prius enim oportuit ſiluam plantari ꝛ creſcere· ut eſſet qꝺ deinceps poſſet excidi. Quantumqꝫ intereſt inter radicem et fructum· tantũ inter nuptias ꝛ virginitatem. Deniqꝫ tantũ inter nuptias ꝛ virginitatem · ſ̃m apoſtolũ probatur intereſſe· q̃ꝫtum inter nõ peccare ꝛ bene facere. hec Hiero⁹. Idem ad Euſtochiũ. Creſcant inquit ꝛ multiplicentur qui implere turi ſunt terram· tuum augmentum in celis eſt· Eua in paradiſo virgo fuit· poſt nuditatem autem ꝛ folia ficus auſpicantia pruriginem· poſt tunicas pelliceas· ꝛ exitũ de paradiſo initium ſumpſit nuptiarum. Tua ergo regio paradiſus eſt· ſerua qꝺ nacta es· Laudo nuptias· ſ̃ꝫ qꝛ mihi virgines generãt· lego de ſpinis roſam· de terra aurum· hec ille. Itaqꝫ virginitas preminet omni ſtatui nõ ſolũ cõiugali· ſed etiaꝫ viduali. Hec eſt·n· que fructũ habet centeſimũ· coniugium vero triceſimum· ꝛ viduitas ſexageſimũ. Vñ de virginitatis excellentiã ſic cõmendat etiã Fulgẽtius ad Probã. Claret inqt

inter ceteras eccleſie donationes illi⁹ ꝑ⸗cipuū mun⁹ ſpecialis eſſe chariſmatꝭ vbi virtus ipſa integritas pfecto meret̃ voca bulo cōſeri virtutis. Nec in eo ꝙ virgi⸗nalis integritatꝭ agnoſcimus culmē pu⸗dicitie cōiugalis aſſerimus crimen. Sed ſanctā virginitatē dicim⁹ merito potio⸗ri diſtare a coniugali vita ꝗtū diſtāt a bonis meliora. a terrenis celeſtia. a carne ſpūs. ab infirmitate virtus. Nec dicere dubitamus tm̄ a ſancta virginitate car⸗nis ⁊ ſpiritus fidelium cōiugatoꝝ. licet a deo cōceſſum diſtare cōcubitū ꝗtū ſimi litudo pecoꝝ ab imitatione diſcernit̃ an⸗geloꝝ. In vno qꝑpe ad terrā ſpūs terre⸗na carnis voluptate deprimitur. In al⸗tero terrena caro celeſti delectatiōe ſpūs ad celeſtia ſubleuat̃. hec Fulgenti⁹. Hic ⁊ Cyprianus martyr ī li. de diſciplina ⁊ habitu virginū. Nobis inqt ad ꝟgines ſermo eſt quaꝝ quo ſublimior gloria ma ior ⁊ cura eſt. flos eſt illi eccleſiaſtici ger⸗minis. decus atqꝫ ornamētū gratie ſpūa⸗lis. leta indoles laudis ⁊ honoris: opus integrū atqꝫ incorruptū. imago dei re⸗ſpondens ad ſanctimoniā dn̄i illuſtrior portio gregis chriſti. hec Cyprianus. Puellā ergo cupientē deo ꝟginitatem ſuā ꝯſecrare. parētes nō debēt ꝓhibere. Vn̄ Hiero⁹ vbi ſupra. Quid inuides inqt mater filie: indignaris q2 noluit eſſe vxor militis. ſed regis. grande tibi bn̄fici⸗um preſtitit. ſocr⁹. n. dei eſſe cepiſti. Hic etiā eſt ⁊ illud exēplū ei⁹ Hieronymi ad Alethā ſuperius poſitū. de ꝑtextata no⸗bili femina. que virginis Euſtochie cul⸗tum habitūqꝫ mutauit. ac neglectū crinē mūdano more texuit ut virginis ꝓpoſitū vinceret. Ideoqꝫ tāꝗ ſacrilega manus illius diuina vltione aruit. ſeraqꝫ illius pn̄iam velox iterit⁹ ſignificauit. Vez ut idē Hiero⁹ ſcribit ad Demetriadē ꝟgi⸗nē: Solēt miſeri parētes ac n̄ pleni fidei chriſtiane dformes ⁊ aliqͦ mēbro debiles filias quia dignos generos nō inueniūt virginitati tradere. tāti ut dicit̃ eſtiman tes vitrū. ꝗ̄ ꝗ̄ margaritā. ⁊ eas relinquūt inopes aliaꝝ filiaꝝ luxurie ac delitijs ad omnem copiā ꝓuidentes. Fertur aūt qc⸗qd fuerat nuptijs preparatū a ſctā chri⸗ſtiana ſynode virgini tradēdū ne ſpōſo fieret iniuria. hec Hiero⁹. Sunt autem in virginitate ſex cōmendabilia. quia vi⸗delicet ipſa eſt precioſa. ſpecioſa. gratio⸗ſa. fructuoſa. victorioſa. glorioſa. De p dicit dn̄s Math. xiij. Simile eſt regnū celorum theſauro abſcōdito in agro ⁊c. Ipſa nempe virginitas eſt theſaurus p̄⸗cioſus in agro corporis abſcōdit⁹. Vn̄ dicitur Eccl. xxvj. Omnis pōderatio nō eſt digna continētis aīe. ſed quia puelle habent theſaurū iſtum in vaſis fictilib⁹ ideo multe prudēter abſcondunt illud ī monaſterio ſe recludētes ut ſeruetur me⸗lius. Et recte theſaurus hic regno celo⸗rum comparatur. quia vita virginum ce⸗leſti vite ꝓpter incorruptionem aſſimila⸗tur. iuxta illud Math. xxij. In reſurrec⸗tione neqꝫ nubent neqꝫ nubent̃. ſed erūt ſicut angeli dei in celo. Vnde Hiero⁹. In carne preter carnem viuere non terre⸗na vita ſed celeſtis eſt. De ſecundo. i. de ſpecioſitate dicit̃ Sapien. iiij. O ꝗ̄ pul⸗cra eſt caſta generatio cum claritate ⁊c. Vn̄ virginitas ꝓpter puritatem lilio cō paratur Cant. ij. vbi de virgine dicitur Sicut lilium inter ſpinas ſic amica mea inter filias. Hinc ⁊ ſponſus ipſe ibidem inter lilia paſci dicit̃. q2. ſ. ī puritate virgi num ſibi cōplacet ac delectatur. Puriſſi mus enim eſt candor lilij. ⁊ maxime aſſi⸗milatur incorrupto lumini. ſic ⁊ virgini⸗tas illi de quo dicit̃ Sapien. vij. Can⸗dor ē lucis eterne ⁊ ſpeculum ſine macu⸗la ⁊c. Cui bene conſonat illud predictū verbum Cypriani. Virginitas eſt ima⸗go dei. reſpondens ad ſanctimoniam domini. Propter hoc etiam virgines ꝑ cipue cauere debent maculam peccati. quia ſicut macula eſt turpior in re alba. vt in veſte. ſic et in virgine. De tertio ſci⸗licet gratioſitate dicitur Eccl. xxvj. Gra tia ſup gratiā mulier ſancta ⁊ pudorata Et recte dicit̃ gratia eſſe ſup gratiam in

virgine·qꝛ gratioſa eſt nō ſolū homini/
bus in mūdo ſed maxime deo ꝛ angelis
in celo. Unde dicitᷣ. Sapien̄.iiij. Im/
mortalis ē memoria illiꝰ·qm̄ ꝛ apud de/
um nota eſt ꝛ apud hoīes·i· approbata.
Deniqꝫ ſpecialiter in beata Maria ꝛ ī
Johāne euāgeliſta fuit chriſto virgini/
tas familiaris ꝛ grata·ꝓpter qđ etiā in fi
ne familiarē eoꝝ curā ſe habere oſtēdit·
dū eos ſibimet adinuicē cōmēdauit·dū
matri ſuę dixit: Ecce filiꝰ tuus·ꝛ diſcipu
lo: Ecce matᷣ tua·ſicut legitᷣ Johis.xix.
¶ De quarto·ſ·de fructuoſitate·patet
ꝙ virginitas ſiue virgo iam nō eſt male/
dicta nec ſterilis·qꝛ fructū cęleſtē terreno
preponit ꝛ ſpūalē carnali· Uñ dicitur
Eſaię.lvj. Nō dicat eunuchus·ecce ego
lignū aridū Etpꝰ: Dabo eunuchis ī do
mo mea ꝛ ī murꝭ meis locū ꝛ nomē meliꝰ
a filijs ꝛ filiabꝫ. Et ibi vocat eunuchos
virgines ac cōtinentes quaſi ꝓpter regnū
celoꝝ ſpōte caſtratos. ¶ Eſt aūt triplex
ꝟginitatꝭ fructꝰ etiā ī hac vita. Primꝰ
eſt ꝙ virgines facit liberiores ad ſeruiē/
dum deo·ſicut ad h̄ ipſū exhortās·dicit
aplus.j.Corꝭ.vij. Hoc inqͭt ad vtilita/
tem veſtrā dico·nō ut vobis laqueū inij
ciam·ſed ad id qđ honeſtū eſt·ꝛ qđ facul
tatē p̄beat ſine impedimēto dño obſer/
uanda. ¶ Secūdus eſt ꝙ eos maxīe
aſſimilat ꝛ familiores efficit chriſto·ſic
legitur. Sapien̄.vj. Incorruptio facit
eſſe ꝓximū deo. ¶ Tertius eſt ꝙ eos ī/
terius vnit·ſicut ecōtra cōiugalis ſollici/
tudo diuidit· Uñ aplus vbi ſup̄: Qui
cū vxore ē· ſollicitus eſt q̄ mūdi ſūt·quō
placeat vxori ꝛ diuiſus ē. Et mulier nu/
pta cogitat q̄ mūdi ſūt quō placeat viro
Mulier aūt innupta ꝛ virgo cogitat q̄
dei ſūt ꝛc. ¶ De quinto·ſ·de victorio/
ſitate·dicitur Sapien̄.iiij. In perpetu/
um coronata triumphat·icoinquinato/
rum certaminū p̄miū vincens. Et in hoc
quodāmodo virgines ſuperant angelos
ꝙtum ad meritū·qꝛ qđ illi ſunt per na/
turam·iſti acquirunt per victoriam. Uñ
Hieroꝰ ad Demetriadē virginē. Ro/
re inquit cęleſti ac ieiunioꝝ frigore calor
puellaris extinguitᷣ·ꝛ hūano corpi ange
loꝝ ꝯuerſatio iperatᷣ. Ideo ꝛ vas electi/
onis de virginibꝫ ſe dicit p̄ceptū nō hr̄e
qꝛ cōtra naturā·imo vltra naturā eſt nō
exercere qđ nata ſit interficere in te radi/
cem tuā oēm viri cōtactū horrere ꝛ ī cor/
pore viuere ſine corpe. Deniqꝫ incredibi
lis aī fortitudo eſt inter gēmas ꝛ ſericum
intᷣ eunuchoꝝ ꝛ puellaꝝ cateruas ꝛ adu/
lationē ac miſteria familię ꝑſtrepentis ꝛ
exqͥſitas epulas ieiunioꝝ laborē appete
re·veſtiū aſꝑitatē·victꝰ continentiā·hęc
Hieroꝰ. Propᷣ hmōi difficultatē dic
idē etiā cōtra Iouinianum li.j. Si oēs
inqͭt virgines fuerint·quō ſtabit hūanū
genꝰ? Noli incꝙ metuere ne oēs ꝟgines
fiant. Difficilis res ē virginitas·ꝛ iō ra/
ra·ſi oēs ꝟgines eē poſſēt nūꝙ dñs di/
ceret: Qui pōt capere capiat. Nec apls
in ꝑſuadēdo trepidaret dicēs: De ꝟgi/
nibꝫ p̄ceptū dñi nō habeo·ꝯſiliū aūt do.
h̄ ille. ¶ Ex hoc aūt ꝙ ſic ē virginitas
victorioſa·ſequitur ſextum·ſ·ꝙ ſit etiam
glorioſa·nā ꝓ victoria datᷣ glīa· Eſt aūt
preter ſanctoꝝ gloriam coēm de q̄ dī in
pſ· Gloria hęc ē oībꝫ ſanctis eiꝰ·ſpecialᷣ
quędā gloriola preparata virginibꝫ·ſic
ꝛ aplīs ꝛ martyribꝫ. Uñ ſup menſā ꝓpo
ſitionis erat corona interraſilis aurea·
ꝛ ſup illā altera corona aureola·ſic legitᷣ
Exodi.xxv. Hęc ſūt ſctōꝝ p̄mia q̄ dum
in ſcriptura diuina ꝓmittuntᷣ·quaſi ap/
ponūtᷣ in menſa· Corona eſt gloria cois
ſctōꝝ. Coronula vero p̄rogatiua ſpecia
lis virginum ꝛ martyꝝ ac predicatorum
Uirgines deniqꝫ triplici p̄rogatiua do/
tabuntur in patria·de quibꝰ loquitᷣ ſcri/
ptura diuina· Una q̄dē ī capite·ſcꝫ au/
reola·de qua dictū eſt ſup̄· Et Canꝭ.iiij
Surge inquit propera amica mea· ve/
ni de libano veni coronaberis. Libanꝰ
enim interpretatur candidus vel candi/
datio ꝛ ſignificat candorem virginita/
tis: quę aureola coronabitur a ſponſo·
Secunda in ore·ſcilicet canticum no/
uum·de quo legitᷣ Apocꝭ.xiiij. Cātabāt

quaſi canticũ nouũ ante ſedẽ dei qd ne/
mo poterat dicere niſi hi qui cum mulie/
ribus nõ ſũt coinquinati·virgines enim
ſunt·Tertia vero in pedibus·de qua ibi/
dem ſubiungit᷑·Hi ſequunt᷑ agnũ quo/
cũq; ierit.Vñ canit eccleſia chꝛiſto vir/
ginũ ſponſo:Qui paſcis int᷑ lilia·ꝛ ſept⁹
choꝛis virginum ſponſas decoꝛãs glo/
ria·ſponſiſq; reddẽs pꝛemia.Quocũq;
pergis virgines ſequũtur atq; laudibus
poſt te canẽtes curſitant·hymnoſq; dul
ces perſonant.De hoc itaq; cãtico ꝛ cho
ro virginum ſequente ſponſum·dicitur
Hieremie.xxxj.Virgo iſrael adhuc co/
ronaberis tympanis tuis ꝛ egredieris in
choꝛo ludentium.Et paulo p⁹:Tunc le/
tabitur virgo in choꝛo ꝛc.Ideo ſcribit
Hiero⁹ ad Euſtochium virginẽ:Egre/
dere inquit pauliſper de carcere coꝛpoꝛiſ
tui ꝛ pꝛeſentis laboꝛis mercedẽ ante ocu
los tuos depinge·quã ocul⁹ nõ vidit·nec
auris audiuit·nec in coꝛ hominis aſcen/
dit:Qualis erat illa dies·cum tibi Ma
ria non ſoroꝛ moyſi·ſed mater dñi choꝛl
occurret comitata virgineis·ꝛ poſt ma/
re rubꝛum Pharaone ſubmerſo cũ ex/
ercitu ſuo tenens tympanum pꝛecinet re/
ſponſuris:Cantemus domino·glorioſe
enim magnificat⁹ eſt ꝛc.Tunc Tecla in
tuos leta volabit amplexus·tunc ꝛ ipſe
ſponſuſ tibi occurret ac dicet:Surge.p/
pera amica mea ꝛc.Tunc etiam angeli
mirabuntur ꝛ dicent:Que eſt iſta q̃ aſcẽ
dit ꝛc.hec Hiero⁹.Propt᷑ hec omnia
dicitur in libro Sapienꝰ.iij.Felix ſterilis
ꝛ coinquinata que neſciuit thoꝛũ in de/
licto·habebit fructum in reſpectione ani/
marum ſanctarum.Et recte virgines p̄
ceteris a domino decoꝛabuntur·quia p̄
ceteris in eis gloꝛificat᷑·iuxta illã Augu/
ſtini ſententiã in ſermone de virginibus:
Qto inqt fragilioꝛ eſt ſexus·q̃to infirmi
us vaſculũ qd repoꝛtat ex hoſte triũphũ
tanto maioꝛi diabolus oppꝛobꝛio cõfu/
ſionis induitur·tantoq; mirabilioꝛ de⁹
in ſanctis ſuis agnoſcitur·tanto etiã rex
martyꝝ chꝛiſtus in pugnatricib; ſuis io/
cundius delectat᷑·hec Aug⁹.Uerũ
ad hoc vt virginitas tanto fulgeat deco
re·quattuoꝛ opoꝛtet in ea concurrere·vi/
delicet ut ſit voluntaria·integra ꝛ humi
lis ꝛ finalis.De pmo dicit Chꝛyſoſto⁹
ſup Math.li.ij.Illa glorioſa eſt conti/
nẽtia nõ quã tranſgredi nõ poteſt neceſ/
illic vtiqꝫ ſemꝑ erit. hęc Hieroꝰ.

De futura cõſummatione illa-rum felicitatum.

Cap. XI.

Omnia vero quę per ex-
cellentiã dicta ſunt de illa requie
ac fęlicitate qua nunc interim ante diem
iudicij beatę ſunt animę. hꝫ etiã de illius
viſionis ac dilectionis ⁊ fruitionis pleni
tudine intelligenda ſunt reſpectiue. ſ. ad
comparationem huius vitę. Nemo enĩ
degens in hoc mortali corpore poteſt ad
illam animaꝝ fęlicitatem attingere. Un
de poſt multiplicem Iohannis baptiſte
commendationẽ intulit dominus de ip-
ſo Math. xj. Qui minor eſt in regno cę-
lorum maior eſt illo. Ceteꝝ ad compara-
tionem futuri ſtatus. poſt iudiciũ adhuc
imperfectus eſt ſtatus earum. Sic enim
dicit Auguſtinus ſuper Gen. libro. xij.
Minime quidem dubitandum eſt ⁊ ra-
ptã a carnis ſenſibus mentem hominis.
⁊ etiam depoſita carne poſt mortem ipſã
tranſcẽſis etiã ſimilitudinibꝰ corporaliũ
non ſic incõmutabilem videre ſubſtanti-
am dei ſicut vidẽt angeli ſancti ſine alia
latentiori cauſa. ſiue ideo qꝛ ineſt ei natu
ralis quidã appetitus corpuſ ammĩſtran
di quo retardatur quodãmodo ne tota
intenſione in illud ſummũ cęlum pergat
qꝫdiu non ſubeſt corpus. cuius ammini-
ſtratione appetitus ille cõquieſcat. Nũc
quidem quia tale corpus eſt cuius ammi
niſtratio difficilis ⁊ grauis eſt. quippe ca-
ro quę corrumpitur aggrauat animam.
de propagine tranſgreſſionis exiſtens.
multo magis ab illa ſummi cęli viſione
auertitur mens. Unde neceſſario ab hu
ius carnis ſenſibus eripitur vt illud ei qͦ-
modo capere potuerit oſtendatur. Veꝝ
cum hocipſum corpus iam non animale
ſed per futuram commutationẽ ſpiritua
le receperit angelis adęquata perfectum
natꝰę ſuę modũ habebit obediens et im-
perans viuificata et viuificans tam inef-
fabili facultate vt ſit ei glorię qd fuerat
ſarcinę. hęc Auguſtinus. Et vt dicit bea
tus Bernardus ĩ libro de diligẽdo deo
Si animę ſanctorum exutę ſua corpora
quod non negatur deſiderant ac ſperãt
recipere liquet eas necdum a ſeipſis. id ẽ.
ab amore ſui penitus immunes eſſe. qui-

bus conſtat. necdū penitus deeſſe de p/
prio quo vel modice reflectatur intentio
eorum. Itaqꝫ ante reparationem corpo/
rum non erit ille defectus animorū. qui
profectus et ſummus eſt ipſorum ſtatus
ne carnis conſortium iam ſpiritus nō re/
quiret. ſi ſine illa conſummaretur. Va/
let itaqꝫ animę diligenti deum. corpꝰ ſu/
um infirmum. valet mortuū. valet reſuſ/
citatum. Primo quidem ad fructum pę/
nitentię. ſecundo ad requiem. poſtremo
ad conſummationem. Merito ergo ſine
illo non vult perfici qui in omni ſtatu p/
ſentit in bonum ſubſeruire ſibi. Deniqꝫ
conuiuium triplex celebrat ſapientia. la/
borantes cibans. quieſcentes potans. re/
gnantes inebrians. Unde dicit ī Cant.
Comedite amici ꝛc. Comedite hic ante
mortem in carne mortali cum labore qđ
glutiendum eſt maſticantes. Bibite poſt
mortem ī vita ſpirituali ſuauiſſima qua/
dam facultate quod percipitur colantes
tanquā poſt panem doloris vinū amo/
ris in plenius haurire permiſſi. Non ta/
men purum ſed quodāmodo ſub nomi/
ne ſponſę in Cant. dicitur: Bibi vinum
meum cum lacte meo. Vino enim diui/
ni amoris miſcet etiam tunc dulcedinem
naturalis affectionis. qua reſumere cor/
pus ſuum. ipſumqꝫ glorificatum deſide/
rat. Eſtuat ergo iam tunc ſanctę charita
tis potata vino. ſed nondū vſqꝫ ad ebri/
etatem. quia temperat interim ardorē il/
lum lactis huiꝰ ꝑmixtio. Ebrietas nāqꝫ
ſolet mentes euertere. ꝛ īmemores ſui red
dere. at non ſui oblita eſt ex toto quę ad/
huc de proprio corpore cogitat ſuſcitan/
do. Sed tandem inquit inebriamini ī vi
ta mortali mira plenitudine exuberātes.
merito chariſſimi. qꝛ charitate inebriati.
merito inebriati. quia ad agni nuptias ī/
troducti. hęc ille. Idem quoqꝫ dicit ī ſer
mone de omnibus ſanctis. O miſera ca/
ro fetida ꝛ feda. vnde tibi h̄ animę ſan/
ctę quas deus propria inſigniuit imagi/
ne. ꝛ quas proprio redemit ſanguinē. te
deſiderant et expectant. ꝛ ipſarum ſine te
conſummari beatitudo. compleri leticia
non poteſt. Adeo ſiquidem viget in eis
hoc naturale deſiderium. vt necdum to/
ta eorum affectio libere pergat in deum.
ſed contrahatur quodāmodo et rugam
faciat. dum inclinatur deſiderio tui. Idē
in ſermone de via vitę. Sed tunc inquit
adimplebis me domine lętitia cum vul/
tu tuo. Nam hic quidē guſtus. illic ad/
impletio cū erit deꝰ oīa in omnibus: qđ
nunc cibus eſt. tunc in potum reuertetur.
quādo ſine difficultate fruemur. Sed ꝛ
animę ſanctorum vt dictum eſt. quę iam
ad cęleſtes ſedes euolauerunt. licet iam
bibant non tamen implentur. donec re/
ceptis corporibus ī terra ſua duplicia poſ
ſidebunt. Modo enim ſingulis datę ſūt
ſingulę ſtolę albę. ꝛ dictū vt ſuſtineant
adhuc modicum donec impleatur nume
rus electorum. ꝛ impij duplici contritio/
ne conterantur ꝛ induantur. ſicut diplo/
ide confuſione ſua. hęc Bernardꝰ. Idē
etiam de ſtatu ſanctorum pręſenti loquiť
plenius in ſermone de omnibus ſanctis.
Fidelis inquit ſermo et omni acceptione
dignus ꝛ ſanctos quos ſolenni venera/
tione proſequimur. etiam ſimili conuer/
ſatione ſequamur: Quos beatiſſimos ꝑ
dicamus ad eorum beatitudinem tota
auiditate curramus. quorum pręconijs
delectamur. eorum patrocinijs ſubleue/
mur. Nec ſane parum infructuoſa inue/
nitur memoria feſtiua ſanctorū. languo/
rem. teporem. erroremqꝫ depellens cū eo/
rum interceſſione iuuetur infirmitas no/
ſtra. conſideratione beatitudinis excite/
tur negligentia noſtra. exēplis eorum eru
diatur ignorantia noſtra. Quanta por
ro eſt fęlicitas eorum. qꝫ immenſa lętitia
quę triplici gaudio. ſcilicet de recordati/
one tranſactę calamitatis. de exhibitiōe
pręſentis quietis. de certa expectatione
futurę ꝯſummationis exultant. De qua

conſummatione dicitur: In pace in idipſū dormiā ⁊c. Singulariter inq̄t ĩ ſpe non iam inter ſpem et metum vbi prius non ſolum ſollicitudine et anxietate plurima fluctuabam. De preſenti vero requie dicitur: Conuertere anima mea in requiem tuam ⁊c. Bene inq̄t fecit non duꝫ optime. Audi q̄ꝫ bene· quia eripuit animam meam de morte ⁊c· id eſt· ab omni peccato· ⁊ a pena peccati· ⁊ timore quoqꝫ ⁊ periculo recidiuandi liberauit. Hoc enī ſuauiſſimum anime ſtratum eſt qd̄ null⁹ iam lachrymis lauet aut riget· hoc cubile in quo iam non compungitur nec conuertitur in erumna ſua dum configitur ſpina. Hoc plane ſtratum qd̄ non vertitur in infirmitate eius· quia omnia q̄ ĩfirmitatis erant pariter tranſierunt. Hec eſt inq̄t anime ſuauiſſima ⁊ ſaluberrima requies· conſcientia munda· quieta· ſecura. Sit ergo beate anime culcitra conſcientie ſue puritas· ſit capitale tranquillitas· ſit opertorium eius ſecuritas· vt in hꝫ interim ſtratu delectabiliter dormiat· feliciter requieſcat. Porro de recordatione tranſacte virtutis dicit: Niſi quia dominus erat in nobis ⁊c. Hec ſunt vniūſa ſanctorū negocia· hic cibus· hic ſomnus eorū· longe tamē aliter afficiuntur in huiuſmodi cogitationibus q̄ꝫ noſtra capere queat cogitatio vel explicare oratio. O magna inquit multitudo dulcedinis tue domine quam abſcondiſti timentibus te· perfeciſti eis qui ſperant ĩ te in conſpectu filiorum hominum. Nōdū enim perfecta eſt· quia perficietur in manifeſto ⁊ non in abſcondito· quādo non ſub altari quieſcent ſancti· ſed ſuper thronos tanq̄ꝫ iudices reſidebunt. Me inq̄t expectāt iuſti donec retribuas mihi. Dicitur etiam alibi· q̄ ſine macula ſunt ante thronum dei. Verū et ſi ſine macula nondum tamen ſine ruga· donec veniat dies cum ſibi glorioſaꝫ Chriſtus exhibeat eccleſiam· non habentem maculā aut rugam. In his enim qui adhuc militāt· ſine macula quideꝫ non eſt eccleſia· quia nemo mundus a ſorde ⁊c. In his vero qui ſub altare domini requieſcunt· iā q̄dem ſine macula eſt· ſed non ſine ruga vt dictum eſt. Tunc autem ſine ruga erunt anime ſancte· cum extendentur celi ſicut pellis· vt ſequantur agnum quocunq̄ꝫ ierit· qui vtiq̄ꝫ attigerit a fine vſq̄ꝫ ad finem fortiter· ⁊ diſponet omnia ſuauiter. Ipſe q̄ dicit: In omnibus requiem queſiui ⁊c. Hec plane requies domini nō interciſa nec reſtricta circa aliq̄d· quia ĩ omnibus gaudet· in omnibus delectat᷑· placent ei bona in ſemetipſis· ⁊ delectat᷑ etiā bona ordinatione malorum. Diligit miſericordiam et iudiciuꝫ. Et vtiq̄ꝫ poterit anima humana in hoc gaudium domini ſui ⁊ in hanc requiem eius intrare· vt ipſa quoq̄ꝫ ĩ omnibus delectetur· nec vlla iam affectione priuata in rugam contrahatur· ſed in affectum quendā generalem atq̄ꝫ diuinum tranſeat· ſi tamē ſuper pauca que nunc accepit· fidelis inueniatur· hec Bernardus. Vt autē ſcribit Auguſtinus ad Januarium ſicut iā dictum eſt ſupra. In illa preſenti ſanctorū requie non eſt deſidioſa ſegnicies· ſed q̄dam ineffabilis tranquillitas agnitiōis ocioſe. Et requiem illam primā animaꝝ iudei ſuſceperunt in miniſterium per ocium ſabbati corporaliter celebrandā· nos aūt ſpiritualiter intelligendaꝫ. Dies autem dominicus qui et octauus non iudeis ſed chriſtianis eſt· reſurrectione domini declaratus· ⁊ ex tunc cepit habere feſtiuitatem ſuam. Ideo autē iudeis ſolum ſabbatum traditum eſt antea celebrādū quoniā ⁊ antea iam erat requies mortuorum: Reſurrectio vero illius nondum erat qui ſurgens ex mortuis iam non moreretur· ⁊ ei mors vltra non dominaretur vt poſtq̄ꝫ talis reſurrectio facta ē in eius corpe qd̄ p̄ceſſerat in capite· corp⁹ eccl̄ie ſperaret ĩ fine ⁊ incipet celebrari dies dn̄icus· i· octau⁹· q̄ eſt prim⁹. In q̄ deſignat᷑ etas reſurgentiū octaua· a qua ſuſcipiet᷑

etas quieſcentium ſeptima. Hoc etiam deſignatur in celebratione quinquageſime poſt diem paſce. Nam ideo prius celebramus quadrageſimã vt per pęnitẽtiam oſtendamus nos aſcendere ad requiem ſicut quadragenarius numerus aſcẽdit ad quinquageſimum. Eſt enim numerus ſuperabundans ⁊ congregãs omnibus partibus ſuis aliquotis aſcendit ad quinquagenariũ. qđ ſignificat requiem. quia hac die requieuit deus ab operibus ſuis. Geñ. ij. Ideo ⁊ per. xlix. eadẽ ſignificatur requies. quia idem ſignificatur per partem aliquotã et totum. Et cũ bis completis reditur ad primũ diem. qui et octauus completur quinquagenari⁹. Et ideo ſignificat tempus noſtrę reſurrectionis. qđ erit ĩ octaua ętate. ſcʒ finita ſeptima quieſcentium. Unde et ipſum temp⁹ dominicę reſurrectionis quod celebram⁹ in ſacramento noſtrę glorificationis futurę poſt hanc vitam vbi erit quies et lęticia. protenditur per quĩquaginta dies in quibus et ieiunia relaxantur. et ſtãtes oramus quod eſt ſignum reſurrectionis. et alleluia tantum in miſſa cantatur ſine reſponſorio. in quo ſignificatur actionem noſtram futurã non eſſe niſi laudare deum. ſicut dictum eſt ſupra ẜm Auguſtinũ Idem quoqʒ deſignat eccleſia celebrando ſeptuageſimã quę figurata eſt ĩ ſeptuaginta annis babylonicę captiuitatꝭ. de quo dicitur Hiere. xxix. Cum impleti fuerint ſeptuaginta anni. viſitabo vos et reducam ad locum iſtum. hoc eſt. ad cęleſtem hieruſalẽ. de qua per inobedientiã Adę longe proiecti ſumus. ſed per ſeptiformem gratiam nobis datam per ſecundum Adam. id eſt. Chriſtum reuerteſi. Quę ſcʒ ſeptiformis gratia ſignificatur hoc numero. lxx. quia conſtat ex ſeptenario decies multiplicato. Uel in ſeptenario intelligitur totũ tempus vitę noſtrę quod per ſeptẽ dies voluitur in denario decalogi obſeruato. Poſt impletionem igitur ſeptuaginta annoꝝ. id eſt. poſt obſeruantiam decalogi per totum tempus vitę noſtrę completam ad patriũ ſolum id eſt. ad paradiſum cęleſtem reducemur. Unde Pſ. Dies annoꝝ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Tunc enim moritur homo plenus dierum. ſicut Abraaʒ et Job. cum per totam vitam ſuã impleuit decalogum. Et fęlix qui vt dicit beatus Bernardus. ⁊ hic moritur plen⁹ dierum. et ibi oritur in longitudine dierũ Hęc autem reductio captiuorum fiet pleniſſime ĩ octaua ętate. Hinc eſt ꝙ ſeptuageſimam celebremus ex ſtatuto eccleſię quaſi tempus peregrinatiõis noſtrę. quę durat vſqʒ ad ſabbatum in albis. tunc duplex alleluia ĩ miſſa cantatur. ĩ ſignũ duplicis ſtolę quę in octaua ętate a ſanctis recipietur. In ſeptem autem diebus precedentibus non cantatur niſi vnum ſcʒ in vigilia paſcę cũ tractu. ⁊ in ſeptimana ſequenti cum reſponſorio. ſ. in ſignum ꝙ in ſeptima ętate quę precedit octauã nõdum habetur perfecta gloria. quia non habetur ſtola corporis. ſed animę tantum. Nec ipſa etiam anima perfectam habet ſtolam. quia deſiderat corpus ſuum ẜm Auguſtinum. quo deſiderio aliquaten⁹ retardatur vt tota pergat in tertium cęlum. Unde ⁊ ętas illa ſignificata eſt ꝑ ſeptem annos quibus ante reuerſionẽ iudeorum generalem data fuit eis licentia redeundi. Data enim licentia non potuerunt ſtatim redire. ſed in illis ſeptẽ annis preparauerunt ſe qui ſcʒ preceſſerunt cõpletionem decadis ſeptimę. Unde nec in Hieremia dicitur. completi fuerũt ſeptuaginta anni. ſed cũ impleri ceperint: tandem igitur eis completis merito cantari poterit ab electis. omnes mortificat. et viuificat ꝛc. quia captiuauit et liberauit. Tunc Mardocheus noſter. i. Chriſtus. qui ꝓpter nos fuit ſacco indutus. vi debit fulgẽs regijs veſtib⁹. Qui etiã eccleſię ꝑ totã ſeptuageſimã. i. vitã preſentem luctu ⁊ opibus pęnitẽtię afflictę dicit iſtđ Baruch. v. Exue te hierl'ʒ ſtola luct⁹ ⁊ vexatõis. ⁊ indue te decore ⁊ honore ei⁹ ꝗ a deo tibi ẽ ĩ ſẽpitna glĩa. Circũdabit

te diploide deus iuſticie · et imponet mitram capiti tuo honoris eterni. Tunc ergo non timebit domui ſue a frigoribꝫ niuis · Omnes enim domeſtici eius veſtiti erunt duplicibus · vt legitur Prouerb. xxxj. Hinc ⁊ dicit Eſa. lxj. In terra ſua duplicia poſſidebūt · ⁊ erit eiꝰ leticia ſempiterna.

De plenitudine illiꝰ eterne beatitudinis. Cap. XII.

Quoniam igitur beatus eſt cui omnia optata ſuccedūt · Et vt dicit Auguſtinus ī libro de ciuitate dei. Felicitatem eſſe conſtat plenitudinem omniū optabilium: Certū eſt · ꝙ in illa conſummatione beatitudinis replebitur in bonis deſiderium ſanctorum. Vt enim dicit Auguſtinus ibidem libro . xxij. Quid eſt aliud qđ per ꝓphetam a domino dicitur: Ero illorum deus · niſi ego ero vnde ſacient: Ego ero quecunqꝫ ab omnibus deſiderantur · et vita ⁊ ſalus ⁊ copia ⁊ honor ⁊ pax · ⁊ omnia bona. Sic enim ⁊ illud intelligit̄ · vt ſit deus omnia in omnibus · hec Auguſtinus. Hinc ⁊ Hieronymus ſuper epiſtolam ad Eph. libro . ꝑ. Plenitudo inqt eius qui omnia in omnibus adimplebit̄ Nunc quidē deus per partes in ſingulis eſt . hoc eſt in alio iuſticia · in alio caſtitas in alio ſapiētia · ī alio fortitudo: Et nūc difficile eſt in ſanctis etiam viris atqꝫ ꝑfectis omnes pariter eſſe virtutes. Cum autem in fine fuerit vniuerſa ei ſubiecta adimplebitur omnia ī omnibus · vt ſint omnes habentes omnia que ante ſinguli poſſidebant ſingula · hec Hieronymus. Itaqꝫ plenitudo illius beatitudinis omnibus mortalibus eſt ineffabilis · inſuper etiam inconprehenſibilis. Nam de primo dicit apoſtolus . ij . Cor. xij. Qui ipſemet raptus ad viſionem celeſtis paradiſi audiuit arcana verba que nō licet homini loqui. Hinc ⁊ beatus Ceſarius arelaten. in omel. Beatam inquit vitam illam facilius ē conſequi ꝙ enarrare · cuiꝰ erit curſus ſine termīo · vſus ſine faſtidio refectio ſine cibo · ſub antiquis ꝑpetuiſqꝫ gaudijs ſemper noua iocunditas · ⁊ ſine periculo amittendi felicitas. De ſecūdo dicit Eſa. lxiiij. Oculus non vidit deus abſqꝫ te que preparaſti expectantibus te Et iterū apoſtolus . j . Cor. ij. Oculus inquit non vidit · nec auris audiuit · nec in cor hominis aſcendit que preparauit deus diligentibus ſe. Verūtamen vt dicit Auguſtinus vbi ſupra. Ex ipſis bonis ꝗ in hac etiam vita deus conferre non ceſſat miſeris · vtcūqꝫ perpendi poteſt qn̄ta bona cōferet electis ſuis in eterno regno beatificandis. Quid enim inquit dabit eis quos predeſtinauit ad vitam · ꝗ hoc dedit etiam eis qꝰ predeſtinauit ad mortem: Que bona in illa vita beata faciet eos ſumere pro quibꝫ in hac miſeria vnigenitū ſuum voluit vſqꝫ ad mortē mala tanta ꝑferre: hec Auguſtinus. Illic ꝗ ſicut dicit beatus Bern. in meditationibus ſuis: hec erunt bona electis · pax · pietas · bonitas · lux · virtus · ſplendor · honeſtas · gaudia · leticie · dulcedo · vita perennis · gloria · laus · requies · amor · cōcordia dulcedo. Ibi certe pax dei que exuperat omnem ſenſum implebit corda et corpa cuncta omniū electorum. Unde idem dicit Auguſtinus ibidē libro . xx. exponens illud verbum qđ legitur Eſa. lxvj. Ecce ego ait dominus declinabo ſuper eam ꝗſi fluuium pacis · ⁊ quaſi torrentē inundātem gloriam gentiū quā ſugetis. Fluuium inquit pacis dominus ī ſanctos declinare ſe dicit vt ītelligamus in illius felicitatis regione omnia ſatiari hoc flumine · ⁊ quia terrenis corporibus influet inde pax incorruptionis ⁊ immortalitatis ideo flumen hoc declinare ſe ꝓmittit vt etiam inferiora perfundet de ſupernis hec Augꝰ. Itaqꝫ fontē fluminū ꝗ egrediebat̄ de loco voluptatꝫ ad irrigādū ligna paradiſi intelligamꝰ pacis abūdantiam qua perfundentur electi · vt fluminis impetus letificet ciuitatē dei · ꝗ · ſ · fluuius egredit̄ đ loco voluptatꝫ · i · đ ſecreta pace

ipſius veritatis. Ut enim dicit beat⁹ Di-
onyſius in libro de diuinis nominibus.
Diuina ⁊ archiſynagoga pax omniū eſt
adunatrix ⁊ omnium conſenſus ⁊ cōna-
turalis genitrix ⁊ opatrix. proinde ⁊ om-
nia ipſam appetunt portabilem corū mul
titudinem conuertentē in totam vnitatē
⁊ ciuile bellū vniuerſitatis in ęquiformē
habitationem adunantē. Hanc igitur
inquit vnā et ſimplam vnitatis pacifice
contemplabim⁹ naturā. omnes ſibi ac ſi-
bimetipſis ⁊ inuicē copulantem omnia.
quia in confuſa omniū continētia ſaluā-
tem. hęc Dionyſius. Quattuor igit͛ flu-
mina paradiſi deſignant pacem quadru
plicem. quā illic in ſemetipſis habebunt
ſancti. videlicet pacem corporis. pacē ani
mę ſenſibilis. pacē conſcientię vel aīę ra-
tionalis. pacē animę ⁊ corpis. Has ita
deſcribit Auguſtinus vnde ſupra li. xix.
Pax inquit corporis eſt ordinata tempe
ratura partiū. pax animę rationalis ordi
nata requies appetitionū. pax animę ra-
tionalis ordinata conſenſio cognitiōis
et actionis. pax animę ⁊ corporis ordina-
ta vita ⁊ ſalus animantis. hęc Auguſti-
nus. Et prima quidē pax ſcʒ corpis nūc
frequenter qualitatū elementariū intem
perie perturbatur. a qua tunc electi peni-
tus liberabuntur. Nam ⁊ corpora ipſa in
melius immutabunt͛. ⁊ ipſorum qualita-
tes corruptibiles quę nunc corporib⁹ no-
ſtris corruptibilibus congruūt ignis cō-
flagratione deſtruent͛. corpꝫ ſubſtantię
qualitates alias inducent. quibus etiam
corporibus glorificatis conueniet vt dic
Auguſtinus vnde ſupra libro. xx. Secū
da pax. id eſt. animę ſenſibilis. nunc per-
turbatur varijs deſiderijs: Quoniaʒ vt
legitur Eccleſiaſtes. p. Nō ſatiat͛ ocul⁹
viſu. nec auris impletur auditu. Et vt le
gitur Prouerb. xxx. Sanguiſugę. id ē.
carnis duę ſunt filię. gula ſcʒ et luxuria.
dicentes: Affer. affer. Et ſic omnis talis
appetitus cōquieſcet ibi. quoniam ad nu
tum ſeruient omnia ſanctorū voluntati.
nec aliquid poterunt velle vel appetere
qd non ſtatim contingat impleri. Et q̄-
dem vt dicit Auguſtinus eodē libro. xiiij
Corporibus glorificatis non auferet͛ co-
medendi ⁊ bibendi poteſtas. ſed indigen-
tia vel neceſſitas. Nā ⁊ domin⁹ ipſe poſt
reſurrectionem legitur comediſſe Lucę
vlt. Tertia pax ſcʒ conſcientię ſiue ratio-
nalis animę dirimit͛ in perpetratione cul
pę. ſm illud Eſa. lviij. Non eſt pax im-
pijs. Ideo dicit͛ in eodē. xlviij. Utinam
attendiſſes mādata mea. facta fuiſſet q̄ſi
flumen pax tua. Et in euāgelio Mat. v.
Eſto conſentiens aduerſario tuo. id eſt.
conſcientię tuę remordenti. ſcʒ ipſaʒ pa-
cificando. Quarta vero pax ſcʒ animę ⁊
corporis. perturbatur doloribus et infir-
mitatibus varijs. a quibus ſcʒ liberabū-
tur omnino. ſm illud Apocal. xxi. Ab-
ſterget de⁹ omnē lacrymā ab oculis eo-
rum. ⁊ mors vltra nō erit. neqꝫ luct⁹ neqꝫ
clamor neqꝫ labor ꝛc. Tunc igitur vt di-
cit Auguſtinus in libro. p. de trini. domi-
ni in monte promiſſuʒ illud ſaluatoris im-
plebitur: Beati pacifici quoniā filij dei
vocabuntur. In illa namqꝫ pace perfe-
ctio erit vbi nihil repugnabit. Ideo filij
dei vocabūtur pacifici. quia nihil deo re-
ſiſtit. ⁊ vtiqꝫ patris ſimilitudinem debet
habere filij. Sunt autē in ſemetipſis pa-
cifici qui oēs animi ſui motus componē-
tes. ⁊ rationi ſubijciētes atqꝫ ſpiritui. fi-
unt regnum dei. in quo ſic ordinata ſunt
omnia. vt id qd excellit in homine. ſcʒ ra
tio. cęteris non reluctantibus imperet. ip-
ſaqꝫ ratio ſubijciatur veritati. hęc pax ī
terra in hominibus bonę voluntatis in-
choatur. ⁊ in vita beata perficiet͛. hęc Au
guſtinus. De pace ꝟo quā habebūt ſan
cti exteri⁹ dicetur inferius. Deniqꝫ ſicut
dicit idem Auguſtinus in libro de ciuita
te dei. xix. Pax omnium rerum ſiue vni-
uerſitatis eſt tranquillitas ordinis. Eſt
autem ordo parium. diſpariumqꝫ re-
rum ſua cuiqꝫ tribuens diſpoſitio. Il-
lic ergo nimirū erit pax ſumma: vbi om-
nia rectiſſime fuerint ordinata. Ibi cer-
te etiam nobis inquit talis et tanta pax

erit·qua melior vel maior eſſe non poſſit·
Qua propter finem laborũ noſtrorum poſ-
ſumus dicere pacem·iuxta qđ in pſalmo
dicitur ad illam celeſtem ciuitatē: Lau-
da deũ tuũ hieruſalē qui poſuit fines tu-
os pacem. Unde ⁊ nomen myſticum ip-
ſius ciuitatis ·interpretatur· viſio pacis·
Tantũ ſiquidem eſt pacis bonum vt eti-
am in rebus terrenis atq; mortalibus ni-
hil ſoleat gratius audiri ·nil deſiderabi-
lius concupiſci·nil deniq; poſſit meli⁹ in-
ueniri. Adeo pax omnibuſ cara eſt, vt ſi-
cut nemo eſt qui gaudere nolit·ita nemo
ſit qui pacem habere nolit. Nam et ipſi
qui bella gerũt · nihil aliud ꝗ vincere ac
repugnantes ſubijcere volunt·qđ cũ fa-
ctum fuerit·pax erit·⁊ victorie noſtre p̄-
mium eterna pax erit·quā nullus aduer-
ſarius inquietare poſſit·hec Auguſtinus
Hanc enim pacem ipſemet vbiq; ſenſe-
rat·cum in libro confeſ.x.dicebat. Ecce
domine guſtaui ⁊ eſurio· fragraſti ⁊ tibi
anhelo· tetigiſti me ⁊ exarſi in pacem tuā
Cum inheſero tibi ex omni me nuſꝗ erit
mihi labor et dolor · ⁊ viua erit vita mea
tota plena te· Nunc autem qm̄ quem tu
imples ſubleuas eum·quia tui plen⁹ nō
ſum oneri mihi ſum ·contendunt letitie
mee cũ flendis meroribus· ⁊ ex qua par-
te ſtet victoria neſcio. Heu mihi domi-
ne miſerere mei·vulnera mea non abſcon
do·medicus es·eger ſum·miſericors es·mi
ſer ſum·egen⁹ ⁊ pauper ſum in oculto ge-
mitu mihi diſplicens·⁊ miſericordiam tu-
am querens·donec reficiatur defect⁹ me-
us·⁊ perficiatur vſq; in pacem illam quā
neſcit arrogantis oculus. hec Auguſtin⁹

Ibi quoq; tres dotes anime comple-
buntur·de quibus idem dicit Auguſtin⁹
de ciuitate dei libro.xxij. Ipſe deus finiſ
erit deſideriorum noſtrorũ ·qui ſine fine
videbitur·ſine faſtidio amabit̃·ſine fa-
tigatione laudabitur·hic munus·hic af
fectus·hic actus. Profecto ſicut ipſa vi
ta eterna communis erit omnibus: Ita
et deus ipſe nobis erit notus atq; con-
ſpicuus vt videatur ſpiritu a ſingul̃ no-
bis in ſingulis nobis·videatur ab altero
in altero·videatur in ſeipſo·videatur in
celo nouo ⁊ in terra noua· atq; in omni
que tunc fuerit creatura· videatur et per
corpora in omni corpore·quocũq; fuerint
corporales oculi acie perueniente directi·
Patebunt etiā cogitationes noſtre inui-
cem nobis·quia ſm apoſtolũ manifeſta-
bit deus conſilia cordium·⁊ tũc laus erit
vnicuiq; a deo. Omnia corporis incorru
ptibilis membra ⁊ viſcera que nũc vide-
mus ꝑ vſus neceſſitatis varios diſtribu-
ta·quia tunc iam non erit ipſa neceſſitas
ſed plena certa ſecura ſempiternaq; feli-
citas laudibus dei proficient. Itaq; q̄n-
ta erit ibi felicitas vbi nullum erit malũ
nullum latebit bonum·ibi perficietur·va-
cate ⁊ videte quoniā ego ſum deus· qđ
ipſi nobis eſſe volumus cum ab illo ceci-
dimus. Quid enim ſine illo fecimus·ni-
ſi qđ in ira eius defecimus· a quo refecti
⁊ maiori gratia perfecti in eternum vaca
bimus videntes quia ipſe eſt deus· quo
vtiq; pleni erimus quando erit omnia ĩ
omnibus· hec Auguſtinus. Itaq; ſicut
dicit beatus Bernardus· in ſermone de
omnibus ſanctis. Ibi fruemur deo trib⁹
modis ſcz videntes eum in omnibus cre
aturis·habentes eum in nobiſipſis·⁊ qđ
his omnibus ineffabilius et iocundi⁹ ſit
atq; beatius ipſam cognoſcētes in ſemet-
ipſa trinitatē. Nam illa duo predicta·
velut duo circumiacentia·⁊ quaſi cortex
tritici eſſe videntur: Hec vero cognitio
ſumma beatitudinis·medulla tritici·ad-
eps frumēti·quo ciuitas ſancta hieruſa-
lem ſatiabitur·hec Bernarduſ. Et quo-
niam ſatietas in rebus temporalibus ſo-
let generare faſtidium·ideo de illa ſatie-
tate perpetua dicit Gregorius ĩ moral̃.li
bro.xviij. per contrarium. Deum certe et
angeli ⁊ vident ⁊ videre deſiderant. Nā
et deſiderium ſine fructu anxietatem ha-
bet·⁊ ſatietatē faſtidium ſubſequi ſolet·
Ut ergo deſit in deſiderio anxietas· de-
ſiderantes ſatiantur. Ne autem ſit in
ſatietate faſtidium: ſatiari deſiderant·

Sic et nos erimus cũ ad fontem vitę ve/nerimus erit nobis delectabiliter impreſ/ſa ſitis ſimul atq; ſacietas·ſed longe ab/erit a ſiti neceſſitas·et a ſacietate faſtidiũ hęc Grego?. Dic etiã Proſper de vita contẽplatiua libro.p̃. Q: ita ſingulis tũc patebũt ſinguloꝝ mentes·ſicut nũc ocu/lis corpalibus ſubiacent facies corpales Ipſos etiam oculos corporis nihil late/bit creaturę inuiſibilis·hęc ille. Sic igit' vt dicit beat? Berñ. vñ ſupra. De? qui erit omnia in omnibus menſurã plenam dabit in vniuerſitate creaturarũ·cõfertã in interiori homine noſtro·coagitatã; in exteriori·ſupeffluentem in ipſo deo·vt ſit gloria ſupereminens ⁊ efflues beatitudo Hęc de illa pleniſſima viſione ¶ Por/ro de perfectiſſima dilectione dicit ide; Bernardus in libro de diligendo deo· Oportet inquit nos in hunc affectũ q̃n/doq; tranſire·ut quomodo deus omnia voluit eſſe propter ſemetipſu;·ſic nos q̃; nec noſipſos·nec aliquid aliud fuiſſe vel eſſe velimus·niſi ęque ꝓpter ipſum ·ſ· ob ipſius ſolam voluntatem · non noſtram voluptatem. Qđ etiã in oratione quoti die poſtulamus cum dicimus: Fiat volũ tas tua ſicut in cęlo et in terra. Sic autẽ affici et deificari ẽ. Nã quomodo aquę ſtilla multo vino mixta· dum vini ſapo/rem induit et colorem · a ſe tota deficere videtur. Et quomodo ferꝝ ignitũ et can dens propria forma exutum igni ſimili/mũ efficitur. Et quomodo luce ſolis ꝑ/fuſus aer in eandẽ luminis claritatẽ trãſ formatur adeo vt non tam illuminatus q̃; ipſũ lumen eſſe videatur. Sic omne; tunc in ſanctis humanã affectionẽ·quo/dam ineffabili modo neceſſe erit a ſemet·ipſa liqueſcere· atq; in dei penitus tranſ/fundi voluntate; . Alioquin quomodo deus omnia ĩ omnibus erit· ſi in homine de homine quicq; ſuperit? Tunc itaq; fa/cile ſummũ gradum dilectionis optine/bit·cum in gaudiũ domini ſui promptiſſi me et auidiſſime feſtinantem · nulla iam carnis illecebra retardabit · nulla mole/ſtia ꝑturbabit· hęc Bernardus. Et quo/niam ita dictum eſt ſuperius . Ex cogni/tione procedit dilectio· ex vtraq; autem fruitio·in qua tanta erit delectatio·vt in vocem iubilationis et laudis prorumpa tur neceſſario·ideo fruitionis loco poni/tur laus ab Auguſtino. De qua ſc; lau/de ſine iubilatione patet ẜm Gregoriũ· ꝙ laudabũt deum et mente ⁊ ore. Laus enim mentalis eſt iocunda ⁊ diffuſa pro/teſtatio vel comprobatio diuinę bonita/tis·et hac ſemper vtũtur ⁊ angelici ſpiri/tus·ẜm illud Job.xxxviij. Vbi eras cũ me laudarent aſtra matutina · et iubila/rẽt omnes filij dei? Itaq; de iſto ſancto/rum iubilo dicitur Job.xxxiij. vbi agitur de viro iuſto: Videbit faciem eius in iu/bilo. De hoc ait Gregorius in moral'.li/bro viij. Deus inquit non proijciet ſim/plicem donec impleatur riſu os tuum ·et labia tua iubilo. Cu; enim electi omnes implentur gaudio apertę contemplatio/onis·quaſi ad hilaritatem riſus exiliunt in ore mentis. Iubilum ergo dicimus·cũ tantam lęticiam corde cõcipimus quã/tam ſermonis efficacia non explemus· et tamen mentis exultatio hoc qđ ſermo/ne non explicat voce ſonat. Bene aute; os impleri riſu dicitur ⁊ labia iubilo: q2 in illa ęterna patria cum iuſtoru; mens in exultatione rapitur· lingua in laudis cantum eleuatur. Qui quoniã tantũ vi/dent quantum dicere non valent in riſu iubilant · quia non explendo reſonant· qđ amant · hęc Gregorius. Hinc etiam dicit Pš. ꝙ exultabunt ſancti ĩ gloria· hoc eſt extra ſe ſaltabunt pręgaudio tri/pudiando ſc; atq; laudando. Cuius rei myſterio legitur Heſter.viij. ꝙ damna/to Aman qui interpretatur iniquitas·et ſignificat diabolum · et exaltato Mar/docheo qui ſignificat Chriſtum· iudęis noua lux oriri viſa eſt·gaudium ⁊ honor ac tripudium. De hac etiam laude di/cit Auguſtinus vbi ſupra. Vacabitur ibi dei laudibus·qui erit omnia in om/nibus ⁊c. Nam quid aliud ibi agetur

vbi nulla desidia cessabit: nec vlla indigentia laboratur: nescio. Vñ scriptū est Beati qui habitāt in domo tua domine &c. Idem ad Januariū li. ij. Inest. n. inquit in illa requie nō desidiosa segnicies sed quedā ineffabilis trāquillitas agnitionis ociose. Sic igit ab hmōi vite operibus in fine requiescit: vt in alterius vite actione gaudeat: s quia talis actio ī laude dei agitur sine labore mēbrorum: sine angore curarum. nō ad eā sic transit p quietē vt ipsi quieti succedat. i. nō sic actio esse incipit vt desinat esse quies. Neqz. n. redditur ad labores & curas. s pmanet ī actione. qd ad quietē ptinet. nec in ope laborare. nec in cogitatiōe fluctuare. hec Augustinus. Sicut g dicit beat⁹ Effrem in libro de surrectione. Illic cantabimus et dicem⁹: Mirabilis es dñe in sanctis tuis. Illic etiā confitebimur. qm̄ repleti sumus mane misericordia tua. & exultauim⁹ et delectati sum⁹. Hec de glā sanctorum interiori.

De corporib⁹ sanctorum glorificandis. Cap. XIII.

De corporibus aūt eorū glorificādis dicit beat⁹ Bern. in sermone de oib⁹ sanctis. Vt inhabitet inqt gloria in terra nostra. i. in corpe qd ex quattuor elemētis ɔstat esse cōpactū. quattuor sūt querēda. sicut sup triplex inuēta est aīarum natura. replenda pace diuina. Nec miremini q pluribus indigere videt homo exterior q̄ miserior est cum dicat Ps. Sitiuit in te aīa mea q̄ multiplicit tibi caro mea. Habeat g terra nostra immortalitatē. ne iā timeat se denuo in puluere redigendā. & ne contingat in eternū viuere in miserijs. quib⁹ hoc corruptibile corpus incessanter affligit. Habeat etiā aqua omnimodā impassibilitatē. Ab hūorib⁹. n. ī ordinatis causas aiunt pcedere passionū. s iam desiderat etiā corp⁹ nostrum leuitatē sm eā. s. quā habet ex aere portionē. Tanta itaqz futura est corporum leuitas. & agilitas sanctorum vt possint si velint absqz omni difficultate cogitationū nostrarū seq ad oīa velocitatē. Habebūt q̄z pfectissimā pulcritudinem. quā ei pti quā habebam⁹ ex igne possimus attribuere. Saluatorē enī expectamus q reformabit corp⁹ humilitatis nre cōfiguratū corpi claritatis sue. exhibens qd pmisit. q fulgebūt iusti sicut sol hec Bern. Aplus etiā. j. Cor. xv. contra calūniantes fidē gloriose resurrectionis future ostēdit p exemplū etiam naturale. q non est necesse corp⁹ tale resurgere qle morit. s. passibile ac mortale. Corpus inqt grani nō seminas quale futurum est cum herba vel stipula vel palea sic exurgit seminatū. s potius nudū granum absqz stipula vel tegumentis palearum. deus aūt dat illi corpus cū palea et arista sicut ipse vult q potest oīa. Sic igit & mortui dei nutu ac virtute poterūt viuere & meliori corpore. s. glorioso resurgere. De qua gloria ibidē dicit aplus. postea Seminat in corruptione. surget in incorruptione. Seminat in ignobilitate. surget ī gloria. Seminat in infirmitate. surget in vtute. Seminat corpus aīale. surget corpus spūale. Ecce gloria corpis cōsistens in his q̄ttuor dotib⁹. sc ī impassibilitate. claritate. agilitate. subtilitate. Que per simile notent in solari corpore. Radius enim solis super quascūqz trāseat feces coinquinari. vel corrumpi nō potest. in quo notat impassibilitas. Splendidius est. in quo claritas in ortu suo statim vsqz in occidentē transparet. in quo agilitas. Radi⁹ eius per vitrū transit. et calor eius oīa penetrat. in quo subtilitas. Ideo recte corpora glorificanda ɔparat dominus soli. dicens Math. xiij. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum Cui recte ɔgruit & illud Sap. iij. Fulgebunt iusti et tanq̄ scintille in arūdineto discurrent. Nā in fulgore accipitur claritas. in iusticia immortalitas. Iusticia. n. perpetua est & immortalis. vt legit eodē. p. Porro in scintillis accipit subtilitas.

⁊ in diſcurſu ꝑ harũdinetũ agilitas. Ee-
dem quoqꝫ dotes ſignantur per quattu
or menſuras in euangelio. ⁊ per q̃ttuor
pſalmos in completorio ¶ Quidam
tamen dicunt dotes corporis eſſe im-
paſſibilitatẽ ⁊ glorioſitatẽ ⁊ virtuoſita-
tem ⁊ ſpũalitateꝫ. que tangunt̃ expreſſi-
us in ſupradictis apl'i verbis. Eſt auteꝫ
impaſſibilitas naturalis potentia q̃ cor-
pora glorificata erunt poſſibilia reſiſtere
oĩ cauſe extrinſece leſionis illatiue: Vñ
ſub illa comprehenditur ĩmortalitas ⁊ ĩ
corruptibilitas ⁊ ĩmutabilitas. ⁊ oĩa hu
iuſmodi. Glorioſitas autẽ eſt decor cor-
poris gl'ificati ſub q̃ ꝯtinent̃ luciditas ⁊
ſuauitas ⁊ redolentia. ⁊ ſimilia. Virtuo
ſitas ẽ naturalis potẽtia agẽdi in aliud
abſqꝫ cõtradictiõe vel reſiſtentia: Vn-
de ſub ea comprehendunt̃ agilitas ⁊ ſb-
tilitas. Agilitas eſt potentia qua corpus
naturalit̃ ab anima poteſt agi quocũqꝫ
voluerit. Sed nunc quidem ipſi anime
grauitas corporis obſiſtit. tunc aũt one-
re depoſito agilitas ibi erit que naturaꝫ
perficit. Subtilitas autem eſt potentia
qua poterit hmõi corpus oĩa penetrare
corpora non glorificata. Ad dignitateꝫ
enĩ ⁊ nobilitatẽ dabitur ei penetrare nõ
penetrari. agere non pati. naturalis potẽ
tia nullaqꝫ impotẽtia. Nec replebit cor-
poris non glorificati locum. ⁊ ideo reci-
piet illud ſecum. Porro ſpũalitas eſt
natal' potentia per ſe ſubſiſtẽdi. id eſt. ſi-
ne ſubſidio alimẽti. Ideo enĩ dicit̃ cor-
pus ſpũale ſm Aug. non quia conuer-
tatur in naturã ſpiritus. ſ; quia viuet ex
ſolo ſpiritu. ſm qđ ibideꝫ dicitur: Si ẽ
corpus animale. eſt et ſpũale. fact' ẽ ꝑ-
mus homo in animã viuentẽ. nouiſſim'
in ſpiritũ viuificantem. Itaqꝫ đ impaſ-
ſibilitate dicitur Job. xxij. Dabit ꝓ ter-
ra ſilicem. id eſt. pro carne infirma ⁊ paſſi
bili carnem ſolidam ⁊ impaſſibilem. Et
iterum Apocal. ij. Vincenti dabo manna
abſconditũ. ⁊ dabo ei calculũ candidũ
id eſt. corpus ſolidum ac lucidũ. ⁊ in cal
culo nomen nouũ ſcriptuꝫ qđ nemo ſcit
niſi qui accipit. De glorioſitate ſiue pul
critudine dicit Aug. de ciuita. dei. li.
xxij. Omnis pulcritudo corporis ẽ parti-
um congruentia cum quadam ſuauita-
te coloris. vbi ꝯo non eſt ꝯgruẽtia par-
tium. aut ideo aliquid offẽdit quia pra-
uum ẽ. aut quia paruũ. aut quia nimiũ.
Proinde nõ erit in corporib' illis defor-
mitas quã facit incongruentia partiuꝫ
vbi ⁊ que praua ſũt corrigent̃. ⁊ qđ mi-
nus eſt q̃ꝫ decet. vnde creator nouit inde
ſupplebitur. et qđ pl' ẽ q̃ꝫ decet ſeruata
materie integritate detrahetur. Coloris
porro ſuauitas q̃ta erit vbi fulgebũt iu
ſti ſicut ſol. tranſacta quoqꝫ membro-
rũ vſus neceſſitate ſola fruemur inuicem
pulcritudine ſine vlla libidine. qđ maxi-
me referendũ eſt ad laudẽ conditoris. cũ
dicitur in pſ: Confeſſionem ⁊ decorem
induiſti amictus lumine ſicut veſtimẽto
Oĩa itaqꝫ membra ⁊ viſcera corpis glo-
rificati proficient laudib' dei. hec Aug.
De virtuoſitate autem dicit Greg. in
moral. Erit corpus noſtruꝫ ſubtile qui-
dem per effectum ſpiritualis potẽtie. ſed
palpabile per veritatẽ nature. Vnde et
redemptor noſter dubitantibus de ſua
reſurrectione diſcipulis manus ⁊ latus
oſtendit dicens: Palpate ⁊ videte. q2
ſpiritus carnem ⁊ oſſa nõ habet ſicut me
videtis habere. hec Greg. Sed fortaſſe
queret aliquis: quid illic ſubtilitas vel
agilitas proderit vbi non erit motus. q2
nec tempus. ſ; eternitas que tota ſimul
exiſtit. Econtra rñdemus qꝫ cum ibi fu-
tura ſit laus vocal'. erit vtiqꝫ ⁊ mot' cor-
poralis. At in ſolo deo erit illa pfecta et
ſtabilis eternitas vt non moueat̃. in aĩa
quoqꝫ ſtabilis perpetuitas quo ad illaꝫ
partẽ q̃ deo ĩmutabilit̃ adherebit eoqꝫ
pfruet̃. Vt autẽ dicit Aug. de ciui. dei
li. xxij. Qui mot' illic taliũ corporũ ſint
futuri definire nõ audeo: Tamẽ ⁊ mot'
⁊ ſtat' ſic ipſa ſpẽs decẽs erit vbi qđ nõ
deceat nõ erit. Certe vbi volet ſpũs. ibi

ꝓtinus erit corp⁹· nec volet aliquid ſpi-
ritus qđ nec ſpm̄ decere poſſit nec corp⁹
hec Aug⁹· Itaq; ſpūs corpus ſuū feret
vbicūq; voluerit ſine mora tempis aut
impedimēto ponderiſ vt dicit Proſper
Vnde ⁊ Aug⁹ ibidem. Cū inquit nunc
valeat natura corpoꝝ terrenoꝝ depme-
re aīas deorſum: cur non aliqn̄ ⁊ anime
terrena corpora valebunt leuare ſurſu;
Habebit tamen ⁊ ipſum corpus qđdā
pondus ſuū· ſm qđ pondus dicitur im-
petus rei cuiuſlibet tendent ad locū pro
priū. Vnde ſi nature ſue reliqueret̄ ita
ꝙ ſpiritus eum non regeret ad locū ſuū
naturalit̄ tenderet ibiq; remaneret. Gra
uitatem quoq; ſuam naturalem retine-
bit q̄ntum ad exteriora violētie reſiſten-
dum non q̄ntum ad motū voluntarium
impediendū. Vnde Aug⁹ in quodam
ſermone· Ita inquit in corpib⁹ illis glo
rificatis erit celeritas mouendi ſi tanta
erit reſurgēdi; Fiet enī reſurrectio ī ictu
oculi· toto licet mūdo membra mortuo-
rum diſſipentur· per totam terram cine-
res diſpergantur· totum qđ ſparſum eſt
in ictu oculi reparabit̄· hec Aug⁹. Por
ro đ ſpūalitate dicit idē Aug⁹ de ciui·
dei· li· xxij· Quale tunc corp⁹ erit qđ oī-
modo ſpiritui ſubdit̄ qđ ſufficiēter viui
ficatū nullis alimonijs indigebit. Non
enī erit animale ſed ſpūale· habens qui-
dem carnis ſubſtātiā ſed abſq; vlla cor-
ruptione· hec ille. Igitur anime iuſtoꝝ
in reſurrectione leuabunt corpora ſua de
terre puritate induta quidem aque cla-
ritate· aeris quoq; leuitate vel agilitate
igniſq; ſubtilitate· eritq; tunc anima ſic
dictum eſt ſupra ſm Aug· et obediens
⁊ imperans ⁊ viuificata ⁊ viuificans· tā in-
effabili facilitate vt ſit ei tunc glorie qđ
prius fuerat ſarcine. Idcirco autem q̄t-
tuor ſunt dotes corpis bonū vnū· ſ· ab-
ſolutum· hec eſt glorioſitas· aliud reſpe-
ctiuū· hec eſt virtuoſitas. Similiter du-
plex eſt eius malū: vnū intrinſecus ve-
niens ꝯ qđ ſpūalitas· aliud extrinſecus
ꝯ qđ impaſſibilitas. Sūt ḡ due de carē
tia oīs mali· ⁊ due đ p̄ſentia oīs boni· ī
quibus ſc; duob⁹ pfecta beatitudo cō-
ſiſtit· habentq; naturale pncipiū in cor-
pore cuius ſunt ⁊ a gratia pfectionē. Di
cit autem Amb· in· li· de exceſſu Satyri
ſecūdo· ꝙ fides reſurrectionis noſtre tri-
plici ꝓbatur argumēto · videlic; ratiōis
iudicio · vniūſitatꝪ exēplo · rei geſte teſti-
monio. Ratio ſiquidem euidens exiſtit
quia cum oīs vſus vite nr̄e ſit in corpori
animeq; cōſortio· reſurrectio aūt aut p̄-
mū actus boni· aut penā reprobi habe-
re noſcatur· neceſſe eſt corpus reſurgere
cuius actus impenditur. Vniuerſitatiſ
autem exemplum voco ſeriem oīum ge-
nerationū vices ſucceſſionū obit⁹ ort⁹q;
ſignorum· diei ac noctis occaſus eorum
quia quotidie tanq̄ rediuiuā ſucceſſio-
nem ⁊ ſeminū mortuorū in eaſdem ſpēs
reformationū. Porro rei geſte teſtimo-
niū ideo dixi· quia reſurrexerūt iā plu-
rimi· hec Amb. De hoc etiā dicit Greg⁹
in moral· Qm̄ in nobis eſt ſenſus ratio-
nis · acceſſit in exemplo gratia redēpto-
ris qui mortem noſtram ſuſcepit ⁊ reſur-
rectionē oſtendit · vt qui reſurrectionis
ſpem ex ratione voluimus hr̄e· ex ei⁹ ad-
iutorio ⁊ exēplo teneremꝰ. Recte q̄; ī ei⁹
reſurrectiōiſ tpe mltoꝝ etiā ſctōꝝ corpa
ſurrexere: vt cū ſe pcipere deſperaret hō
qđ in ſe fieri oſtenderet de⁹ hō h̄ ī ſe fieri
poſſe p̄ſumeret qđ in puri hoīb⁹ factū co
gnoſceret· hec Greg⁹. Apl's etiā· j· Cor
xv· ex dn̄ica reſurrectione ſumit argumē
tum reſurrectionis nr̄e dicēs: Si reſur-
rectio mortuoꝝ fut̄a nō eſt · ſequitur ꝙ
neq; Chriſtus ſurrexit· q̄ vtiq; ꝓpt̄ nos
fecit · videlic; vt ſicut ille· ſic et nos ſpere-
mus reſurgere. Sic ergo ꝓbat eam indi
recte īnuens ꝙ ⁊ nos reſurgem⁹ ſicut il-
le. Et eſt argumentū a ſimili ⁊ a cauſa.
A ſimili nempe · quia licet in excellētiori
gloria tanq̄ filiuſ dei reſurrexerit q̄ ali-
quis nr̄m reſurrectur⁹ ſit· tamē inq̄tum
ille homo ſcilicet filius virginis eſt filiuſ
dei· per gratiam ſimilis eſt alijs ſanctis·
ſm illud Phil· ij· In ſimilitudinem ho
minum factus: ⁊ habitu inuentus vt hō
Et ſcđm hoc ſimile eſt ipſum reſurrexiſſe

et ſanctos reſurrecturos eſſe. A cauſa ve-
ro duplici motiua ſumitur illa ratio apo
ſtolica. Nam reſurrectio Chriſti eſt cau-
ſa motiua liberalitatis paterne. vt eius
amore faciet frēs glorioſe reſurgere. Si-
cut rex terrenus quādo filium ſuū militē
fac. ei9 amore mltos etiā alios milites effi
cit. Eſt etiam qntum ad nos cauſa moti
ua. quia mouet nos ad reſurrectiōis glo-
riam bonis operibus acquirendā. eo ꝙ i
illo iam apparet ſanctoꝝ gloria ꝑpetua.
Hanc autē indirectam rationem ſumit
apoſtolus contra illos qui negabant fu-
turam reſurrectionē. Unde quō inqt di
cunt quidam in vobis ꝙ reſurrectio fu-
tura non ſit? Si enim ita eſt. ſequitur ꝙ
neqꝫ Chriſtus reſurrexit qui eſt caput et
cauſa reſurrectionis. Dehinc etiā incon-
uenientia multiplicans addit: Inueni-
mur aūt ⁊ falſi teſtes dei ſi non reſurgent
mortui. quādo diximus aduerſus eū te-
ſtimoniuꝫ ſcꝫ veritati contrariū. ꝙ vide-
licet ſuſcitauerit Chriſtū qui eſt primoge
nitus mortuorū: quē vtiqꝫ non ſuſcita-
uit. ſi nec mortuos reliquos ſuſcitaturus
ſit. deus autē de falſa laude ſua nō leta-
tur. ſed poti9 iraſcitur. Unde glo. Augu-
ſtini. Perhorrenduꝫ eſt aliquid falſi de
deo dicere. etſi ad eius laudē videat̄ ꝑti-
nere. quia non minori ſed fortaſſe maiori
ſcelere laudatur in deo falſitas qꝫ vitupe
ratur veritas. Deniqꝫ aliud incōueniēs
addit apoſtolus dicens: Si in hac vita
tantū ⁊ non in alia in Chriſto ſperantes
ſumus. ſ. vt reſurrectionē futuram nō ſpe
remus: miſerabiliores ſumus omnib9 ho
minibus. Ut enim dicit glo. Ceteri ho-
mines ſaltem fruunt̄ hoc ſeculo. nos aūt
neqꝫ preſenti neqꝫ futuro. Sic ratiōib9
aſſerit̄ noſtra reſurrectio. nō ſolū a cete-
ris ſanctis. ſed etiam ab apoſtolo. Aſſeri
tur etiā multipliciter vniuerſitatis exem-
plo. iuxta illud Ambroſij ſupius poſitū.
Et illud Gregorij ī moral. li. xiiij. Quid
inquit quotidie mundus in elemētis ſuiſ
niſi reſurrectionē noſtrā imitat̄? Vide-
mus enim arbuſta frondiū viriditatē de-
ponere. ⁊ a fructuum prolatione ceſſare.
Rurſumqꝫ folia erumpere. ⁊ fruct9 gran-
deſcere. ac totam arborē veſtiri rediuiuo
decore. Quoniā g rationabiles conditi
ſumus reſurrectionis noſtre ſpem ex ipſa
rerum contēplatione colligere debemus.
hec Greg9. Sic ⁊ apoſtolus in predicto
capitulo qſtionibus inſipientiū reſpon-
det. qui dicebant: Quō mortui reſur-
gent vel quali corpe venient? Inſipiens
inquit tu qui ſapientē te putas. nō atten-
dens ꝙ in rerum natura ſi vis quotidie
fieri conſideras. Nam granū qđ in terra
ſeminas nō viuificabitur niſi pri9 moria
tur. id eſt. niſi prius putrefiat in terra nō
vegetatur. Sicut ergo granū reſurgit in
terra putrefactū. ita corpus humanū re-
ſurget. licet putrefactū ⁊ in puluerē reda-
ctum. Deniqꝫ reſpōdet queſtioni de cor
poris qualitate. oſtendens per ideꝫ exem-
plum. nō eſſe neceſſe vt reſurgat paſſibile
vel mortale. ſicut oſtēſum eſt ſup. Itaqꝫ
ſicut ideꝫ dicit apoſtolus: Mortui reſur
gent incorrupti. ⁊ nos immutabimr. Ma
li quidem reſurgent qntum ad diminu-
tionem membroꝝ incorrupti. ſed prauis
⁊ paſſibilibus corpoꝝ qualitatibus non
ꝑuati: Boni aūt per gloriā immutati. ⁊
in multis bene diſpoſiti. ſm illud Sap.
iij. In paucis vexati. in multis bene diſ-
ponentur. videlicet interius vt dictū eſt
qntum ad tres. ⁊ exterius qntum ad qt-
tuor dotes. His enim ſponſa Chriſti ꝑ
omnia membra ſua dotabitur ⁊ ornabit̄
cum in celeſtem ſponſi domū introducet̄
hec eſt eccleſia electorum ex hominibus
cuius matrimonium initiatuꝫ fuit in pa-
triarchis et prophetis Chriſti promiſſio-
ne. conſummatum in verbi incarnatione
ſed ratum erit in plena glorificatione. ſi-
cut dicitur Oſee. ij. tn̄ ordine conuerſo:
Spōſabo te mihi in fide. et ſponſabo te
in miſericordia et miſerationib9. et ſpon-
ſabo te mihi in ſempiternū. Angelis aūt
nec Chriſtus promiſſus fuit. nec ipſorū

naturam aſſumpſit· ⁊ ideo nec eorum eccleſia dicitur ita proprie in ſponſa Chriſti eſſe· nec dotes hr̄e· licet ⁊ ipſa deo vniatur charitate. Et ſm̄ hoc eccleſia de angelis et hominibus collecta dicitur vna ſponſa non ſolum Chriſti ſed totius trinitatis.

De quattuor gaudiolis in quibus cōmunicabūt cū angelis. Cap. XIIII.

PReter dotes autem ſupradictas animarum ⁊ corporum habebunt homines ſancti octo gaudia particularia· quattuor ſcꝫ cū angelis cōmunia· ⁊ quattuor ſibi ſpecialia. Ideo autē dicit particularia· qꝛ vniuerſale gaudium eſt ipſe deus· q̄ tūc erit omnia in omnibus. Itaqꝫ quattuor illa prima ſanctis hominibus angeliſqꝫ cōmunia erunt de beata ſocietate· de mūdi renouatione· de creature contemplatione· de diuine iuſticie in reprobos conſideratione. De beata ⁊ iocunda ſocietate dicit Auguſtinus de ciuitate dei libro. xix. Pax ſuperne ciuitatis eſt ordinatiſſima et concordiſſima ſocietas fruendi deo ⁊ inuicem in deo. Hinc ⁊ de felicitate illius ciuitatis dicit beatus Bernardus in meditationibus ſuis. O ciuitas celeſtis māſio· ſecura patria· totū cōtinens qđ delectat· populus ſine murmure· q̄ꝫ glorioſa dicta ſūt de te ciuitas dei ſicut letantium omniū habitatio eſt ī te. Que ergo nos angit veſania vitiorum: ſitire abſinthium· huiꝰ mundi ſequi naufragium· vite labentis pati infortunium· impie tyrānidis ferre dominiū· et nō magis conuolare ad angelorꝫ ſocietatē· ſanctorum ſplendorem· regis potentis honorem ſuperne glorie? Sed ad hec oīa q̇s idoneus? profecto verus penitēs· verus obediens· amabilis ſocius· fidelis ſeruꝰ. hec ille. Et rectiſſime ſocietas illa dicit̄ ciuitas· quaſi ciuiū vnitas. Ut enim dicit Proſper vbi ſupra. Illic omnes qui fuerint vnū corpus erunt· ⁊ ſinguli de ſua ſingulorꝫ felicitate gaudebūt. Et hoc eſt vt dicit Auguſtinus ſuper Iob. ſermone vij. Qz dei filius patrē pro nobis orās ait vt ſint vnum ſicut ⁊ nos vnū ſumus· tu pater in me ⁊ ego in te· ⁊ ipſi in nob̄ vnū ſint· vt habeant gaudiū meum impletū in ſemetipſis. Hec eſt enim illa pax ⁊ beatitudo in futuro ſeculo· ꝓpter quā conſequendam ſobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuendū eſt in hoc ſeculo· hec Auguſtinꝰ. Cumqꝫ ſublimitatē ſuperbia comitari· ex ſupbia vero diſcordia vel iurgium oriri ſoleat· ſm̄ illud Prouerb. xiij. Inter ſuperbos ſemꝑ iurgia ſunt. Recte tantā concordiam in tam ſublimibus ꝑſonis beatꝰ Iob xxv· inter miracula dei reputat dicens: Poteſtas et terror apud eū eſt: qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Ibi nāqꝫ reuera ꝓpter cōmunem veritatꝭ poſſeſſionem erit inter fruentes ſumma pax ⁊ concordia· qm̄ ipſa charitate veritatis excludetur inuidia. Unde Augꝰ. de ciuitate dei libro. xxij. Qz ibi ſiquidem futuri ſint ꝓ meritis p̄miorum· etiā gradus honorum atqꝫ gloriarꝫ· nullatenus eſt ambigendū: Ibiqꝫ verus honor q̇ nulli negabitur digno· nulli deferetur indigno. Sed nec ad eā ambiet vllus indignus· vbi nullus permittetur eſſe niſi dignus. Ibi vera gloria erit vbi nec laudātis errore· nec adulatione quiſq̄ꝫ laudabitur. Uera quoqꝫ pax vbi nihil aduerſi vel a ſeipſo vl̄ ab alio quiſqꝫ patiet̄. Idqꝫ etiam illa beata ciuitas in ſe magnū bonū videbit· qꝫ nulli ſuꝑiori aliquis inferior inuidebit. Tamqꝫ nolet eſſe vnuſquiſqꝫ qđ n̄ accepit· q̄ꝫuis ſit pacatiſſimo ꝯcordie vinculo ei qui accepit obſtrictus· q̄ꝫ nec in corꝑe vult oculus eſſe q̇ eſt digitꝰ· cum membrꝫ vtrūqꝫ contineat totiꝰ carnis pacata cōpago. Sic itaqꝫ donū habebit aliꝰ alio minus vt hoc q̊ꝫ habeat· ne velit amplius· hec Augꝰ. Hic ⁊ Gregoriꝰ in moral. li. v. Difficile quidem eſt

❡Tertio quantum ad euidentioꝛem glo/rie ſue manifeſtationem pꝛo ipſoꝛum re/pꝛoboꝛum comparatione. Ex ipſa ſiqui/dem comparatione illoꝛum euidenti⁹ ap/parebit electoꝛum gloꝛia·quia mag' elu/ceſcunt oppoſita iuxta ſe poſita·vt ple/rūqꝫ accidit vt aliqua pulcra mulier ve/tulam ſecum defoꝛmem accipiat vt ex ei⁹ comparatione pulcrioꝛ appareat. Sic et Chꝛiſtus voluit oſtendere gloꝛiam ꝛ de/coꝛem ſponſe ſue in patria comparatiōe ſponſe diaboli que eſt maloꝛum eccleſia· Unde ad Eph.v. Semetipſum tradi/dit ꝑ ea vt illā ſanctificaret mūdās laua/cro aque in verbo vite·vt exhiberet ipſe ſibi gloꝛioſam eccleſiā non habentē ma/culam aut rugam aut aliquod eiuſmodi Sicut legitur Heſter.p°. Precepit rex Aſuerus vt introducerent reginam va/ſthi coꝛam rege poſito ſuper caput eius diademate·vt oſtenderet cunctis popu/lis et pꝛincipibus illius pulcritudinem· Propter hec omnia ſicut legit' ad Ro/ma.ix. Suſtinuit deus in multa patien/tia vaſa ire apta in interituꝫ: vt oſtende/ret diuitias gloꝛie ſue in vaſa miſericoꝛ/die que pꝛeparauit et in gloꝛiaꝫ. Si au/tem queritur cur de tanta maſſa taꝫ pau/ci in ſalutem reperiantur·quia ſicut legit' Math.xx. Multi ſunt vocati·pauci vo electi: Reſpondet Auguſtinus ꝙ hinc pꝛecipue apparebit electis q̄ꝫ gratuita et q̄ꝫ indebita miſericoꝛdia liberati fuerint quando quidem videbunt ſe paucos de tanta multitudine a debitis ſupplicijs li/beratos·iux' illud Amos.iiij. Facti eſtis q̄ſi toꝛris rapt⁹ de incendio. Itaqꝫ ſicut dic' Aug⁹ in li. de ci. dei li.xxj. Ita diſper titū eſt hūanū gen⁹ diſponēte deo vt in q̄buſdā demōſtret' q̄d valeat miſericoꝛs gratia. In ceteris aūt q̄d iuſta vindicta in qua pꝛopterea plures ſunt q̄ꝫ in illa vt ſic oſtendatur quid omnibus deberetur

qd̓ ſi omnibus redderetur·in nullo iudi-
cantis iuſticia reprehenderetur · hec ille ·
Cum ergo ſancti coniuncti erūt deo qd̓
nunc offendit eos in parte·tunc placebit
in vniuerſo. Ut enim dicit idem Augu-
ſtinus in Enchiridion. Ex oībus ꝯſiſtit·
admirabilis vniuerſitatꝭ pulcritudo· ita
ꝙ etiam bene ordinatū·⁊ ſuo loco poſi-
tum eminentius· bona commēdat illud
qd̓ malum dicit᷑· vt magis placeāt ⁊ lau-
datiora ſint dum malis comparantur.
Nunc autem vt idem dicit in libro de or
dine.ꝑ. Homines qui vniuerſam rerum
comparationem atqꝫ contentū imbecilla
mente complecti ⁊ conſiderare nō valent
ſi quid eos in parte offenderit ·magnam
rebus infelicitatem ineſſe putant· Cuius
rei cauſaꝫ ipſemet tangit ī muſica ſua li.
vj. dicēs: In rebus mūdi multa nobis ī-
ordinata ⁊ perturbata videntur·quoni-
am eorum ordini pro noſtris meritis aſ-
ſueti ſumuſ. Quemadmodum ſi quis in
ampliſſimarum ⁊ pulcerrimarum edium
nunc in aliquo angulo tanqꝫ ſtatua col-
locetur·pulcritudinem illiꝰ fabrice ſentire
non poterit cuius ipſe pars erit: Nec to-
tius exercitus ordinem miles in acie po-
teſt intueri· Amor quidem inferioris pul-
critudinis animaꝫ polluit·que cum ī infi
mis etiam ordinem diligat·ipſa ordineꝫ
ſuum amiſit·non tamen ordinem rerum
exceſſit. Aliud enim eſt ordinem tenere·⁊
aliud teneri ordine·hec Auguſtinꝰ. De-
niqꝫ ſicut idem dicit ſuper Gen̄. contra
manicheos. Omnis pulcritudo que par-
tibus conſtat·multo laudabilior eſt ī to-
to ꝙ̄ in parte· Tanta enim eſt vis ac po-
tentia integritatis vt etiā q̄ multa per ſe
ſingula bona ſunt·tunc magis placeant
cum in vnum aliquid conueniunt atqꝫ
concurrunt. Qd̓ ſi manichei conſidera-
rent vniuerſitatis auctorem laudarent·⁊
qd̓ eos propter mortalitatis noſtre cōdi-
tionem in parte offendit ad vniuerſi pul
critudinem redigerent· eo ꝙ omnia deus
non ſolum bona ſed etiam valde bona fe
cerit· hec ille. De hoc etiam Gregorius
nazanzenus dicit in ſermōe de natali do-
mini. Laudabiliſ quidem eſt mundus ꝑ
ſingulis quibuſqꝫ ſpeciebus·ſꝫ multo lau
dabilior ex armonia omniū et compage
vniuerſorum·in quo ſumma ⁊ ſtupenda
ex contrarietate concordia·dum inter ſe
inuicem diuerſa ſunt·et cum ſingulis cū-
cta conueniunt·⁊ ad vnius mundi perfe-
ctionem cuꝫ vniuerſis cūcta concordāt·
hec ille. Itaqꝫ de reprobis etiā que ma-
xime videntur vniuerſi pulcritudinē de-
turpare vel ordinem perturbare·dc̄ Au-
guſtinus libro confeſſionum.ij. Tu do-
mine iniquos etiam a te fugientes cernis
⁊ vmbras diſtinguis·et ecce omnia cum
eis pulcra ſunt·ſed ipſi turpes ſunt. Ni-
hil ergo tibi nocuerunt·aut imperiuꝫ tu-
um vbiqꝫ iuſtum ⁊ integrum ī aliquo de-
honeſtauerūt·hec Auguſtinꝰ. Proinde
ſicut idem dicit · in libro de ciuitate dei.
xiiij. Peccatores ⁊ angeli ⁊ homines ni-
hil agunt quo impediuntur magna ope-
ra domini exquiſita in omnes volunta-
tes eius·quia qui ꝓuidenter atqꝫ omni-
potenter ſua cuiqꝫ diſtribuit· non ſolum
bonis ſed etiam malis bn̄ vti nouit· hec
ille. Cum igitur peccatoribus iuſto dei
iudicio in pena ordinatis ſancti deo pe-
nitus adherentes ſupra rerum ordinem
erunt·tunc vniuerſitatiſ ordinem tanq̄
de ſublimi conſpicientes·omnia rectiſſi-
me ordinata videbunt. Et quod nūc q̄-
buſdam de iudicio peccatorū in deo du-
rum ac crudele videt᷑·tunc non ſolum re-
ctum ac bonum ·ſed etiam ſuaue ac dele-
ctabile ſāctis liquido manifeſtabit᷑. Di-
uina quippe ſapientia que vincit malici-
am·attingit a fine vſqꝫ ad finem fortiter
⁊ diſponit omnia ſuauiter. Hec de leti-
cia ſanctorum in cōſideratiōe dānatorū

¶ Deniqꝫ quattuor illa ſpecialia gau-
dia que ſoli habebunt hoīes ſancti· licet
in veritate ſint magna·tn̄ compatiōe illiꝰ

gaudij quod erit de fruitione deitatis quę communis erit omnibus angelis et hominibus · minima ſunt 7 prope nulla niſi inquãtum procedunt aut reſultãt ex illa. Nam in illo ſolo 7 ſummo gaudio proprie conſiſtit perfecta beatitudo. Unde Auguſtinus in libro de queſtionibus euangeliorum: Omnia inquit poſſũt dici de illa ineffabili perfruitione veritatis· 7 tanto magis omnia dici poſſunt· q̃nto minus digne aliquid dici poteſt. Nam 7 dux eſt illuminatorum· 7 requies exercitatorum· 7 patria reſidentium · 7 eſca indigentiũ · 7 corona vincentium · 7 quęcũq3 bona temperaliter tranſeuntia per creaturę partes· error appetit infidelium · in mora in ęternum manentia· in creatore omnium ſimul inuentura eſt pietas filiorum· hęc Auguſtinus. Itaq3 ſicut idem dicit in libro de ciuitate dei. v. Non erit ibi magna induſtria ditare publicũ ęrarium priuatis rebus anguſtiis vbi theſaurus communis eſt veritatis. Et hęc ad pręſens de gloria ſanctorum pręſenti et et futura ſufficiant.

De prelibatione 7 expectatiõe illius ęternę felicitatis. · Cap. · XVI ·

Nos itaq3 du3 ab illa cęleſti patria exules ĩ hoc ergaſtulo corporis· et ĩ hac valle lachrymarum a domino peregrinamur pręſentis vitę labores atq3 miſerias illius felicitatis prelibatione 7 expectatione prout vnicuiq3 data eſt a domino gratia· ſubleuemus 7 conſolemur. Juxta illud apoſtoli ad Roma. xij. Spe gaudentes 7 in tribulatione patientes· necnon 7 ab huius ſeculi vanis proſperitatibus eodẽ intuitu nos temperemus · ſcḋm illud qḋ ad Euſtochium ſcribit Hieronym⁹. Egredere inquit pauliſper de carcere corporis tui · et pręſentis laboris mercedem ante oculos tuos pinge· quã oculus nõ vidit nec auris audiuit nec in cor hominis aſcẽdit: Quotiẽs vana ſeculi te delectat ambitio· quotiens ibi videris aliquẽ glorioſum ſic ad paradiſum mentem tranſgredere· 7 eẽ incipe qḋ futura es· hęc Hieronymus. Et recte dicit· eſſe incipe· quoniã vt dicit beatus Ceſarius: Vitam illam beatam facilius eſt conſequi q̃3 enarrare· Et hoc eſt vt dicit Anſelmus in proſlogion· vnum illud neceſſarium in quo eſt omne bonum· imo quo omne et vnum et totum 7 ſummum bonum: Excita inquit in me anima mea · et erige totum intellectum tuum 7 cogita q̃ntũ potes· quale et q̃ntum ſit illud bonum: Si enim ſingula bona delectabilia ſunt· cogita intente q̃3 delectabile ſit illud bonum qḋ continet iocunditatem omnium bonorum: et non qualem in rebus creatis ſumus experti· ſ3 tanto differente3 quanto differt creator a creatura. O qui hoc bono fruetur quid illi erit · et quid illi non erit· ecce quicqḋ volet erit 7 quicquid nolet non erit. Cur ergo per multa vagaris homuncio quęrẽdo bona animę tuę et corporis tui? Ama vnum bonum in quo ſunt omnia bona· 7 ſufficit. Quid enim amas anima mea· quid deſideras caro mea? ibi eſt quicqḋ amatis quicquid deſideratis. Si delectat pulcritudo· fulgebunt iuſti ſicut ſol Si velocitas aut fortitudo aut libertas corporis· tibi nihil obſiſtere poſſit · erunt ſimiles angelis dei. Si longa et ſalubris vita· ibi eſt ſana ęternitas 7 ęterna ſanitas. Si ſatietas· ſatiabimur cu3 apparuerit gloria domini. Si ebrietas· inebriabuntur ab vbertate domus dei. Si melodia· ibi concinunt angelorũ chori. Si ſapientia · ipſa ſeipſa3 oſtendet eis ſapientia dei. Si amicicia· diligent deũ pluſ q̃3 ſeipſos· et inuicem tanquã ſeipſos · et deus illos plus q̃3 illa ſeipſos· quia illi illum 7 ſe inuicẽ per illũ· 7 ille ſe 7 ipſos per ſeipſũ. Si poteſtas· omnipotentes erunt

voluntatis ſue ſicut et deus ſue. Nam ſi/
cut poterit deus qd volet per ſeipſum. ita
poterunt illi qd volent per illum. Si bo/
nor et diuitie. deus ſeruos ſuos bonos et
fideles ſupra multa conſtituit heredes
quidem dei. coheredes autē Chriſti. Si
vera ſecuritas. certi erunt. nunq̄ et nulla/
tenus iſta vel potius iſtud bonū ſibi de/
futurum. Gaudium vero quale vel q̄n/
tum eſt vbi tale et tantū bonum eſt: Cor
humanum. cor indigens. cor expertum
erumnas. imo obrutum erumnis q̄ntū
gauderes ſi ſupradictis omnibus abun/
dares? Interroga intima tua ſi cape poſ
ſunt gaudium ſuum de tanta beatitu/
dine ſua. Sed certe ſi ille quem omni/
no ſicut teipſum diligeres eandem beati/
tudinem haberet. duplicaretur gaudi/
um tuū. quia non minus gauderes pro
eo q̄ pro teipſo. Si autem duo vel tres
vel multo plures idipſū haberēt. tantū de
ſingulis quātum pro teipſo gauderes. ſi
ſingulos ſicut temetipſum amares. hec
Anſelmus. Illic vtiq̄ ſicut dicit beatus
Effrem in libro de reſurrectione. nobis
demonſtrabit Chriſtus omnem gloriā
patris et angelorū ſanctorum officia. tūcq̄
cantabimus et dicemus: quia mirabilis
deus in ſanctis ſuis. Ibi enim vt dicit Au
guſtin⁹ ſuper Iob. ſermone. lxvij. erunt
et premiorum gradus. ſicut ait ipſe domi/
nus: In domo patris mei manſiões mul
te ſunt. Nam ille quidem denari⁹ equa/
lis eſt omnibus. ſed multe manſiones di
uerſos meritorum in vna vita eterna ſi/
gnificāt ordines: Alia ſiquidem eſt clari/
tas ſolis. alia lune. alia ſtellarum. Stel/
la namq̄ a ſtella differt in claritate. Si
ergo deus erit omnia in omnibus. vt qd
deus charitas eſt per charitatem fiat. vt
qd habent ſinguli cōmune ſit omnibus:
Non erit igitur aliqua inuidia imparis
claritatis. quia regnabit in omnib⁹ vni/
tas charitatis. hec Auguſtinus. Idem ī
ſermone. cxj. Quis autem inquit ē ido/
neus loca iſta. vel que ſunt in locis iſtis

ſine ſpacijs et molibus corporeis cogita/
re? Non parum tamē perficitur ſi ſaltem
quicquid tale oculis cordis occurrit re/
ſpuitur et improbatur. vt lux quedam in
qua iſta neganda et reſpuenda cernun/
tur. ſicut potuerit cogitatur. et q̄ ſit certa
cognoſcitur et amatur. vt inde ſurgatur
atq̄ ad interiora tendatur. que cum pe/
netrare mens inualida et min⁹ q̄ illa ſūt
pura nequiuerit. non ſine amoris gemitu
et deſiderij lachrymis inde pellat et patiē/
ter ferat q̄diu ferre mādat. atq̄ vt illic
habitare valeat ſanctis moribus prepa/
ratur. hec Auguſtinus. De hoc etiam di
cit beatus Bernardus ſicut dictum ē ſu/
perius: O regio ſublimis. plena delitiarum
de valle lachrymarū ſuſpiro ad te. Cur/
re igit anima ſpiritualib⁹ oculis deſide/
riorum regionem iſtam videre. regē glo
rie ſtipatum legionibus angelorum ſan/
ctorum. et agminibus ornatū. et dic: Be/
ati qui habitant in domo tua domine. in
ſeculum ſeculi laudabūt te. hec ille. Idē
ad Eugeniū libro. v. Ecce inquit affect⁹
noſtri iacēt p̄grauati corporea mole. et he
rentibus luto deſiderijs ſola interim ari/
da tenuiſq̄ cogitatio p̄uolat. et tamen
ex tantillo qd iam datur libet exclama/
re: Domine dilexi decorem domus tue et
locum habitationis glorie tue. ¶ Pa/
tet igitur q illius eterni gaudij preſtat
deus arram anime ſancte nonnullā etiā
in preſenti. Vnde ſcribit Hugo de ſan/
cto victore libro de arra anime: Ad quā
videlicet arram pertinet illud centuplum
qd pmittit dominus in euangelio relin/
quentibus mundū. Ad hoc enim vt dicit
beatus Bernardus pertinent primitie
ſpūs: charitatis delitie. gloria conſciētie
regnum dei quod intra ē nos. non vtiq̄
eſca vel potus. ſed iuſticia et pax et gaudiū
ī ſpirituſancto. nō ſolū ſpe glie ſed etiā ī tri
bulatiōib⁹. Hec ē virt⁹ ex alto q̄ Andreā
fecit amplecti crucem. Laurentiū ridere
carnificē. Stephanū p lapidātib⁹ genua
flectere ad orationem. De his omnibus

dic̄ Pſ. loquēs de viro iuſto: Dn̄e p̄ue
niſti eū ī bn̄dictiōibꝫ dulcedinis. Hic be
atus Laurenti⁹ p̄fata luce īteri⁹ illuſtra
tus ī tribulatiōe cōſtitut⁹ ait: Mea nox
obſcuꝝ nō habet. ſ; oīa in luce clareſcunt
Et beatus Vincentius: Ecce inquit iaꝫ
in ſublime agoꝛ. et omnia tormenta tua
ſeculo altioꝛ tyranne deſpicio. Hinc et
Hugo in libꝛo pꝛenominato: Quid eſt
inquit illud dulce qđ in eius recoꝛdatio-
ne aliquādo me tangere ſolet. et tam ve-
hementer atq; ſuauiter afficere. vt iaꝫ to
tus quodāmodo a memetipſo alienari
⁊ neſcio quo abſtrahi incipiam. exhila-
rat̄ conſcientia. in obliuionem venit om-
nis pꝛeteritoꝝ malozum memoꝛia. coꝛ il-
luminatur. deſideria iocundantur. Iāq;
alibi neſcio vbi me eſſe video. et quaſi q-
buſdaꝫ amplexibus amoꝛis intus teneo.
⁊ neſcio quid illud ſit. ⁊ tamen illud ſem
per retinere ⁊ nunq̄; perdere toto niſu la-
boꝛo. luctatur quodāmodo debiliter ani
mus ne recedat qđ ſemper amplecti deſi-
derat. Et quaſi in illo omniū deſiderio-
rum finē inueniens ineffabiliter exultat
nihil amplius querens. ſemper ſic eſſe vo
lens: O anima mea vere ille eſt dilectus
tuus qui venit vt tangat te. non vt vi-
deatur a te: Uenit vt non totum fūdat
ſe. ſed vt guſtando pꝛebeat ſe. non vt im-
pleat deſiderium ſed vt trahat affectum
Primitias quaſdam poꝛrigit ſue dile-
ctionis. non plenitudineꝫ exhibet pfecte
ſocietatis. Et hoc eſt qđ maxime ad arrā
deſponſationis tue pertinet. qꝛ ille qui ī
futuro ſe tibi videndum ⁊ perpetuo poſſi
dendum dabit. nunc aliquādo vt q̄; dul
cis ſit agnoſcas ſe tibi ad guſtandum p̄-
bet. ſimul vt etiam interim de abſentia ei⁹
conſoleris. quādo eius viſitatiōe ne de-
ficias inceſſanter reficeri. hec Hugo. Si-
cut enim dicit beatus Bernardus ſuper
Cant. omel. xxij. Licet ſuauis dn̄s vni-
uerſis. maxime tamen domeſticis. Et q̄n
to quis ei pꝛo vite meritis. ⁊ puritate mē-
tis appꝛopinquat. tanto vnctionis ſuaui
oꝛis ſentit fragrantiam. Poꝛro in hui⁹-
modi non capit intelligentia niſi q̄ntum
attingit experiētia. hec ille. Idem i. xxxv.
Anima q̄ ſemel a domino didicit ⁊ acce-
pit intrare ad ſemetipſam. ⁊ in intimis ſu
is dei ſuſpirare pꝛeſentiam. talis neſcio
an vel ipſam gehennam ad tempus expe
riri hoꝛribilius penali⁹ ve ducat. q̄; poſt
ſpiritualis huius ſtudij guſtatam ſemel
ſuauitatem exire denuo ad illecebꝛas vel
potius moleſtias carnis ſenſuum et in-
explebilem repetere curioſitatem. Terri-
bilis proinde nimis eſt illa comminatio.
egredere. ⁊ abi poſt veſtigia gregum. qđ
eſt indignā te noueri illa tua familiari et
ſuaui diuinoꝛum contemplatione. q̄;ob
rē egredere de ſanctuario meo coꝛde tuo
⁊ magis tanq̄; vna de ſecularibus paſcē-
dis ⁊ oblectandis tue carnis ſenſibus in-
tricare. Exitus aquarum deducant ocu-
li mei ſuper huiuſmodi animam. que cū
nutriretur in croceis. amplexatur ſterco-
ra. Pauit enim ſterilē et que non parit.
⁊ vidue non benefecit. hec Bernardus.
Hinc et Auguſtinus libꝛo confeſſionum
vij. Ego quidem admonitus ad memet-
ipſū ītraui ī intima mea duce te. Et vidi
qualicunq; oculo anime mee ſupꝛa eun-
dem oculum lucem incōmutabilē. Qui
nouit veritatem nouit eam. ⁊ qui nouit
eam nouit eternitatem. O eterna veritas
⁊ vera charitas et chara eternitas: tibi ſuſ
piro die ac nocte. Et cum te pꝛimum co-
gnoui tu aſſumpſiſti me vt viderem om-
ne qđ viderem. ⁊ nuduꝫ me eſſe viderem
Et reuerberaſti infirmitatem aſpect⁹ mei
radians in me vehementer. et contremui
hoꝛroꝛe ⁊ amoꝛe. ⁊ inueni me longe eſſe in
regione diſſimilitudinis. Idem libꝛo. x.
Ecce inquit domine guſtaui ⁊ eſurio. fra
graſti et tibi anhelo. donec reficiatur de-
fectus meus. ac perficiatur vſq; in paceꝫ
illam quā neſcit arrogantis oculus. Tu
enim es lux permanens. quam de omni-
bus conſulo. ⁊ docentem ac iubentem au
dio. ⁊ ſepe illud facio. h; me delectat ⁊ ab

actionibus nocturnis quantum relaxari poſſum ad illam voluptatē refugio. Nec in his omnibus que percurro conſulens te inuenio tutum anime mee locum niſi i te quo colligātꝰ ſparſa mea· nec a te quicꝙ recedat ex me · ⁊ aliqn̄do intromittis me in affectum multum inuſitatū introrſus ad neſcio quā dulcedinem que ſi perficiatur ī me neſcio quid erit quod vita iſta non erit. Sed recido in his erumnoſis ponderibus· ⁊ reſorbeor ſolitis· et teneor ⁊ multum fleo ſed multum teneor. Tantum cōſuetudinis ſarcina digna eſt · hic eſſe valeo nec volo · illic volo nec valeo miſer vtrobiqꝫ. Ideoqꝫ conſideraui languores peccatorum meorum in cupiditate triplici· et dexteram tuam ad ſalutem meam: Vidi enim ſplendorem tuū corde ſaucio ⁊ repercuſſus dixi: Quis illuc poteſt· proiectus ſum a facie oculorū tuorum. Tu enī es veritas ſuper omnia pſidens· gaudium certe res eſt quā ſe expertū dicere nemo poteſt: Ideoqꝫ reperta ī memoria recognoſcitur quando beate vite nomen auditur. Sed abſit domine vt ſi quocunqꝫ gaudio gaudeam· idcirco beatum me putem: Eſt enim gaudiū qd nō datur impijs ſed eis qui te gratis colūt· quorꝫ gaudiū tu ipſe es. Et ipſa eſt ſola vita beata gaudere ad te de te ꝓpter te· beata quippe vita eſt gaudium de veritate. Qui autē aliud gaudium non ipſum verum ſectantur· ab aliqua tamen imagine gaudij voluntas eorum non auertitur. Omnes quippe beati eſſe volūt qd niſi certa noticia noſſent· nō vtiqꝫ tā certa voluntate vellent. Idem quoqꝫ dicit in eodem libro .xj. Quid eſt illud qd interlucet mihi ⁊ percutit cor meum ſine leſione· ⁊ inhorreſco ⁊ inardeſco? Inhorreſco inqn̄tum diſſimilis ei ſum. Inardeſco inqn̄tum ſimilis ei ſū. Sapientia ipſa ē que interlucet mihi diſcindens nubilum meum · qd me rurſus cooperit deficientem ab ea caligine atqꝫ grege penarꝫ mearum· quia ſic infirmata eſt in pauperta-te virtus mea· ⁊ non feram bonum meū donec tu domine qui propitiatus es omnibus iniquitatibus meis ſanes etiā omnes infirmitates meas. Sepe enim ſalui facti ſumus· promiſſaqꝫ tua per patientiam expectamus· hec Auguſtinus. Illaꝫ ergo plenam eccleſie gloriam cū magno deſiderio expectare debemus· quia nimirum ⁊ hanc expectat totus mundꝰ· ⁊ etiā ipſe omniū dominus. Vñ beatus Bernardus ſuper Cantꝗ. omel· lxviij. Nōne inquit de ſtatu et conſummatione eccleſie finis omnium pendet· tolle hanc et fruſtra inferior creatura filiorū dei reuelationem expectabit. Sed ⁊ ipſa angelorum ſocietas pro imperfectione ſui numeri claudicabit· nec ciuitas dei de ſua integritate gaudebit. Ceterꝫ putas deum totam habiturum glorie ſue laudē · donec veniant qui in conſpectu angelorum pſallāt ei? Letati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti· annis quibꝫ vidimꝰ mala. Hoc enim genus leticie celi neſcierunt· vt oſtenſum eſt ſupra· niſi p filios eccleſie. Idē iterum dicit in ſermone de vigilia natalis domini. Nonne glorificationem noſtram totus mundus expectat· Creatura enim in hac expectatione ingemiſcit ⁊ parturit que homine cadēte corrupta eſt ⁊ vanitati ſubiecta· nec reparabitur donec heredes repentur. Nec ſolum mundo ſed et angelis et hominibus ſpectaculum facti ſumus· Me inqt expectant iuſti donec retribuas mihi. Martyribus quoqꝫ cum diem iudicij poſtularēt dictum eſt: vt ſuſtinerent modicum· donec impleretur numerus fratrum eorum· Jam quidem ſingulas ſtolas accepērūt· ſed nequaqꝫ duplicibus veſtientur· donec ⁊ nos veſtiamur vadia tenemus · et obſides ipſa eorum corpora ſine quibus conſummari non poſſunt· nec ſine nobis recipient ea. Unde de patriarchis ⁊ prophetis per apoſtolum dicitꝰ: ꝙ nondū acceperūt repromiſſionē deo ꝓ nob aliqd meliꝰ puidēte· ne ſine nob cōſūmarentꝰ

O ſi cognoſcerem⁹ ⁊ nos quomodo no-
ſtrum aduentum expectant· q̃ntum deſi-
derant· q̃ȝ ſollicite quęrūt· q̃ȝ libenter bo-
na de nobis audiunt· qui didicerūt com-
paſſionem ex eis quę paſſi ſunt· quando
quidem ⁊ ipſi nos angeli ſancti cum deſi
derio pręſtolantur· per quos tanq̃ȝ ꝑ la-
pides viuos ruina ciuitatis eorū repara
bitur· plane non dedignabuntur vt ſim⁹
eorum ſocij quorum facti ſunt iam mini-
ſtri. Vę tibi quiſquis es qui redire deli-
beras ad luctum· reuerti ad vomituȝ· pu
tas ne placatos habebis in iudicio quoſ
tanto ⁊ tam ſperato priuare vis gaudio?
Nam ⁊ in pęnitentia tua exultauerunt:
Currite fratres currite· non ſolum ange-
li· ſed etiā angelorū creator vos expectat
Expectat pater ⁊ deſiderat non ſoluȝ ꝓ-
pter nimiam charitatem qua dilexit nos
ſed etiam ꝓpter ſemetipſū: De filio quis
neſciat· q̃ntum natiuitatis ⁊ totius vitę
quā geſſit in carne ⁊ crucis fructuȝ ⁊ mor
tis ſuę precium deſideret? Expectat etiā
nos ſpiritusſanctus. Eſt enim charitas ⁊
benignitaſ qua ab ęterno prędeſtinati ſu
mus· hęc ille. Et vt ideȝ alibi dicit: Ma
gnum profecto teſtimoniū habituri ſūt·
quos pater in cęlo tanq̃ȝ filios ⁊ hęredeſ
ſuſceperit· ⁊ filius tanq̃ȝ fratres ⁊ cohęre
des aſſeruerit. Neq̃ȝ enim indignum eſt
deo illorum fieri patrem· quoruȝ ſe Chri
ſtus fecerit fratrem· ſed ⁊ ſpiritusſanctus
adhęrentes deo vnum ſpiritū faciet eſſe
cum eo· hęc Bernardus. Tunc igitur
pleniſſima erit ſanctorum gloria quā ni-
mirum omnia ſm modum ſuum deſide-
rant· ad cuius accumulationē concurrēt
⁊ cooperabuntur omnia· non tantūmo-
do bona· verum etiā ⁊ mala· ſicut oſtēſū
eſt ſupra. His ergo qui ſm ꝓpoſituȝ dei
vocati ſunt ſancti· magna debet eſſe con-
ſolatio· etiam in pręſenti· videlicet cōtra
multiplicem huius vitę miſeriam· ꝙ et
in hac vita diligentibus deum oīa bona
⁊ mala cooperantur in bonum· ⁊ in futu-
ro nihilominus hęc omnia coopabunt
ad gloriam. Itaq̃ȝ domine mi rex donec
inter huius ſęculi ꝓſpera ⁊ aduerſa ꝑ ar-
ma iuſticię a dextris ⁊ a ſiniſtris ꝓceden-
tes· ad illam gloriam ſpiritu domini du-
ctore veniatis· conſolamini interim ī ver-
bis iſtis· Bene ac diu valeat in vob mo
deſtia regię maieſtatis. Amen

Sępius impoſita preſſis hęc crimina vidi:
Incorrecta cadit littera: charta fluit·
Si illum contigeris forſan vir docte libellum:
Innocuū a menda crede mihi inuenies·
Muſaꝝ cantus: ſteriles lites: fora linque:
Hic ſpecimen ſtudij: Caſtalidūq̃ȝ chorus·
Omnia quę ad noſtrā conſtat ſpectare ſalutem
Continet: hic ergo iure colendus erit·
Gratia nomen habet: libro Vincentius auctor:
Quattuor ⁊ ſpeculis: dignus vbiq̃ȝ coli.
Virginis hinc vita ſequit̕ ſacrę ⁊ inclyta fama:
Fama per eximios concelebrata viros·
Tum quoq̃ȝ laus colit̕ paranymphi virginis alm
Cuiq̃ȝ aquilę nomen fingitur eſſe ſibi·
Adde ꝙ aſſueſcat virtutes regius infans:
Pręcipue ex noſtro codice qui ſequitur:
Aureus ipſe liber: qui tot documenta poeſis
Tradit: ⁊ ad mores pandit iter faciles.
Inde liber ſequitur mortis ſolatia prębens:
Eſſe aliquid tandem cum pietate mori.

Perlege diuina vatūq̃ȝ volumina lector:
Et ſimul hoc noſtꝝ concelebrabis opus·
Ingenium moreſq̃ȝ viri preſſoris ⁊ artem:
Regia cōmendat vrbs Baſilea ſatis·
De Amerbach natus nomen ſibi forte Iohānes:
Finem operi impoſuit: dum pia virgo parit·

Idib decēbrib⁹ Anno a Chriſti natali die Octua-
geſimo pmo ſupra milleſimū quaterq̃ȝ centeſimū

Bene Vale Lector

Ut valeas citius chartis coniūgere chartas
Hęc tibi monſtrabit tabula quę ſequitur

a
Incipit
noli flere
velit
non ſint
aut turpitu
inde ꝟo
b
aſſumpſit
Itaqꝫ
ſeminauit
de deſiderio
ſcura clareſ
c
baptiſmat̄
defeciſſe
totidem
at vero
peraperet
d
q̄ꝫtum
eccleſiam
de myſterio
perfecte
blandienti
alijs ad lucē
e
de myſterio
recedens
intulit
de myſterio
ptum eſt nō
f
theſaurum
ꝓpugnatori
nūc iudicam̄
iuſticia
int̄ mortuos
nos ad

g
inqꝫ ſcio
quoqꝫ dicēte
cum verbo
eſt ſola
ſuſcepit
h
videlicet
errores
caro factuꝫ
delere
aduentum
perficiat
i
arma
deo viuo
noſtri
affectionis
dignum
k
nunc autem
cuſtodit
mediator
die natitat̄
Ieſum
ipſius
l
ꝓphete ꝟbis
ędificia
offertis
aſſumptę
futuros
m
de fuga
ęgyptum
terras
Surge
⁊ erat
de cauſis

n
eum in nidū
inſidiarum
miraculis
Incipit
veniret
o
Bene
de myſterijs
memorem
conſtat
apoſtolus
ingerit
p
Lucas
fideles
ſ̄ ſinens
princeps
eſt quia
q
haberetis
dicit aliq̄s
quid feci
Qꝛ maius
ſarompheā
r
Incipit
cęleſtis
accipitur
diebus
eo certiori
de cęteris
ſ
corda vr̄a
ad paſſionē
incarnari
dum valet
xiſſe a mortu
t
de vnitate
linguis

Gloſa
poſitas
nondum
vitam
v
probantur
et carni
tranſituri
additis
deſignatus
x
Qꝛ ad p̄dica
alios credē
illa ⁊ hora
cum enim
nas aliquis
y
Incipit ꝓlo
lxxvij· d inua
multę mihi
memoria
miretur
angelo
A
Bern̄· omel'
virginitat̄
quā opan
inquit mihi
ſpūs adiuuet
B
Bn̄dictus
qualiter
dignare
atqꝫ referret
tua qꝛ quę
eſt in ſubijs
C
omel'·exur
fiduciam
infantulo
qualiter

in plebem
D
et ſimplicitaſ
ſion ⁊ montē
ſuſcipiat
ex perſona
apl's dn̄m
et videbo
E
Incipit ꝓlo
attraxit
incarnatiōe
illuſtribus
aſper
F
Incipit ꝓlo
eſt enim
reuera vitę
humanę
dicentes
G
deſiderant
colligere
quoqꝫ
q̄ꝫtum
neca ī libro
H
ad aliud
prodeſt
debemus
ſimilis
vita ſua
I
ſciet enim
ꝓpt' pctōꝝ
Qꝛ inſtruēdi
qꝛ ſtatim
legem ęt̄nā
ſuam bene
K
penetrauerāt

luxuriant
in iuuenibus
Quicq̄d ſemi
grauius ęgro
L
eſt timendum
ſpiritum vnum
pręteritos
quaſi enim
etiam diſcite
M
qꝛ ſcriptum eſt
de puella
eſt vt eius
hoc faciebāt
conuerſationeꝫ
N
Incipit
ex eius
tota carnis
viuere ⁊
excitat
O
homo
dum corpus
ipſius dn̄i
originali
ante moritur⁹
P
commiſerūt
loca eructantia
ſcꝫ vt miſeriam
ope fortitudīs,
bus conſtat
Q
et in diſcurſu
et ſanctos
vt in hoc
in merito
Hugo in libro
vltra addas